

# SLAVORUM LITTERAE THEOLOGICAE,

## CONSPECTUS PERIODICUS.



SEPARATA EDITIO SUPPLEMENTI  
PUBLICATIONIS PERIODICAE CLERI BOHEMICI  
„ČASOPIS KATOLICKÉHO DUCHOVENSTVA“

DIRIGENTIBUS

Dr. JOS. TUMPACH, Dr. ANT. PODLAHA, AD. ŠPALDÁK  
Pragae,

E. MATZEL Dr. FR. GRIVEC Dr. KAM. DOČKAL  
Chyroviae. Labaci. Zagrabiae.

ANNUS V.

Nr. I.

La Revue »Slavorum litterae theologicae«  
paraît quatre fois par an.

PRAGAE BOHEMORUM 1909.

SUMPTIBUS PROPRIIS. TYPIS AEP. OFFICINAE TYPOGRAPHICAE.  
IN COMMISSIONE EIUSDEM TYPOGRAPHIAE PRAGAE I.-190.  
(ROHLÍČEK & SIEVERS.)

# **SLAVORUM LITTERAE THEOLOGICAE.**

## **CONSPECTUS PERIODICUS.**



**DIRIGENTIBUS**

**Dr. JOS. TUMPACH, Dr. ANT. PODLAHA, AD. ŠPALDÁK**  
Pragae.

**E. MATZEL**  
Chyroviae.

**Dr. FR. GRIVEC** Dr. KAM. DOČKAL  
Labaci. Zagrabiae.

**ANNUS V.**

**1909.**

**PRAGAE BOHEMORUM 1909.**

SUMPTIBUS PROPRIIS. TYPIS AEP. OFFICINAE TYPOGRAPHICAE.  
IN COMMISSIONE EIUSDEM TYPOGRAPHIAE PRAGAE I.-190.  
(ROHLÍČEK & SIEVERS.)

# Epitome.

---

## BOHEMICA.

Dr. Václav Hazuka, Srovnání života a zvyků starých Babylónanů se životem patriarchů dle současných pramenů (Ref. Dr. Hejčl)	1
Jan Vodňanský, Traktát o početí přečistém a neposkvrněném P Marie	2
Dr. Rud. Zhánel, Pomocná vojenská duchovní správa (Ref. Prof. Soldát)	65
Prof. Dr. Cam. Henner, Znovuzřízení kurie římské (Ref. prof. Soldát)	66
Th. Dr. Fr. Reyl, Úkoly sociální politiky (Ref. Dr. Jos. Kachník)	129
Dr. Jan Lad. Sýkora, Nový zákon Pána našeho Ježíše Krista (Ref. Fr. Bílek)	130
Dr. Antonín Vřeštál, Katolická mravouka (Ref. prof. V. Müller)	131
Dr. Antonín Podlaha, Politický okres vinohradský (Ref. Stegenšek)	133
Ferd. Menčík, Prof. Dr. Musil. O jeho cestách, spisech a jich významu (Ref. Dr. Hejčl)	134
Adolf Jašek, Výklad idey cyrillo-methodějské (Ref. Jos. Vraštil)	193

## POLONICA.

Prof. Dr. Thaddaeus Gromnicki, Świętopietrze w Polsce (Ref. K. K.)	2
Ks. Antoni Szlagowski, Wstęp ogólny historyczno-krytyczny do Pisma Świętego (Ref. Ad. Jašek)	66
P. Martin Czermiński S. I., Na górze Athos wśród mniszej republiki (Ref. E. Matzel S. I.)	68
Alexander Mohl. W pogoni za prawdą (Ref. M.)	69
X. Arcybiskup Symon, Biblia t. j. Księgi święte Starego i Nowego Testamentu (Ref. Ernestus Matzel)	69

X. Józef Kruszyński, Ewangelie i Dzieje Apostolskie (Ref. M.)	70
Ks. Dr. Jan Korzonkiewicz, Ex oriente lux! Ślady Izraela w zabytkach dawnego wschodu (Ref. Ad. Jašek)	70
Libri recentiores Polonici (Ref. M.)	71
Rola .	71
Świat Słowiański (Ref. P. Ernestus Matzel S. I.)	134
Przegląd Powszechny 1909 (Ref. C. Konopka S. I.)	136
Recentiores libri Polonici (Ref. M.)	139

## RUTHENICA.

Nyva IV. 1907 (Ref. Onuphrius Voljanskij)	3
---	---

## RUSSICA.

Prof. A. Spasskij, Istorija dogmatičeskij dviženij v epohu vselenskih soborov; v svjazi s filosofskimi učenijami togo vremeni (Ref. Dr. Leonini)	6
Pravoslavnyj Sobesednik (Ref. Ad. Jašek)	13
Th. I. Miščenko, Rěci svjatago apostola Petra v knigě dějanij apostol'skilj (Ref. Dr. Leonini) .	18
S. Melgunov, Cerkov' i gosudarstvo v Rossii (Ref. Dr. Leonini)	22
Bogoslovskij Věstnik 1907	23
P. V. Nikolskij, Pis'ma o russkom bogoslovii (Ref. Dr. Leonini)	27
Th. Prohorenko, Russkaja duhovnaja missija v Japonii i Koree (Ref. L.) . . . . .	27
D. I. Ilovajskij, Istorija Rossii (Ref. Dr. L. L.)	27
Episkop Stefan, Pravoslavno-hristianskoe nravstvennoe učenie po sočinenijam Innokentija, Arhiepiskopa Hersonskago (Ref. Dr. Leonini) .	72
Th. Troickij, Poslednjaja paschal'naja večerja Iisusa Hrista po sinoptikam i Ioannu	74
Vizantijskij Věstnik . . . . .	74
Tvorenija blažennago Theodorita, episkopa Kirskago (Ref. Š.)	75
S. Saviuskij, Hristologičeskaja beseda Hrista Spasitelja (Ref. Dr. Leonini) . . . . .	75
L. I. Denisov, Pravoslavnye monastyri Rossijskoj imperii (Ref. F. G.)	76
N. D. Žeravkov, Svjatitel' Ioasaf Gorlenko episkop Bélgorodskij i Obojanskij (Ref. F. G.) . . . . .	77
P. A. Jungerov, Nekanoničeskija knigi Sv. Pisanija Vethago Zavěta (Ref. Ad. Jašek) . . . . .	77
V. Rozanov, Okolo cerkovnyh stěn (Ref. M. Haļušéyúskyj)	79
Bogoslovskij Vremennik 1907	80

Izvěstija otdelenija russkago jazyka i slovesnosti imper. akad. nauk 1907 .	81
Trudy Poltavskago cerkovnago istoriko-arheologičeskago ko- miteta 1908	82
Věra i Cerkov'	82
Prof. I. V. Popov, Ideja oboženija v drevne-vostočnoj cerkvi	83
Libri a. 1908 editi	84
Prof. Th. Titov, Russkaja pravoslavnaja cerkov' v pol'sko-litov- skom gosudarstvě v XVII — XVIII. vv. (Ref. M. Haļu- ščynskyj OSBM.)	140
Trudy Kievskoj Duļovnoj Akademii (Ref. Ot. Židek)	143
A. Bulgakov, O zakonnosti dějstvitel'nosti anglikanskoj ierarhii s točki zrěnija Pravoslavnoj Cerkvi (Ref. Dr. Leonini)	158
Strannik 1907	160
Strannik 1908 (Ref. F. G.)	161
T. Myškovskij, Vzgljad sv. Ioanna Zlatoustago na verhovnuju vlast' sv. Ap. Petra (Ref. Dr. Leonini)	161
Bogoslovskij Věstnik 1908 (Ref. M. Haļuščynskyj) .	194

## BULGARICA.

Hr. Popov, Rękovodstvo za izučvane proročeskité knigi na vethija zavět (Ref. F. G.)	28
Pręgled	28
Cerkoven Věstnik, 1908	87

## SERBICA.

Prof. M. Stanojević, Netačno praznovanje vaskrsenja v pravo- slavnoj cerkvi i reforma kalendara (Ref. dr. Jul. Hadszega)	162
Novi libri	163
Bogoslovski Glasnik 1908	163

## CROATICA.

I. S. B. L., Sveti Dujam biskup i mučenik Solinski (Ref. Dr. K. Dočkal)	29
Dr. Rudolf Vimer, Život sv. Pavla (Ref. Dr. K. Dočkal)	30
Tade Smičiklas, Načrt života i djelâ biskupa J. J. Stross- mayera i izabrani njegovi spisi	88
Vesperal rimsко-slověnski (Ref. Dr. Dočkal)	200
Hrvatska Straža (Ref. F. Lončar) .	200

## SLOVENICA.

Dr. Jos. Gruden, Cerkvene razmere med Slovenci v petnajstem stoletju in ustanovitev ljubljanske škofije (Ref. Dr. Stegenšek)	164
Dr. Avguštin Stegenšek, Konjiška Dekanija (Ref. Jos. Vraštil)	. 201

## PARS DISSENSIONIBUS INTER ECCLESIAM OCCIDENTALEM ET ORIENTALEM COMPONENDIS DESTINATA.

De sacramento poenitentiae (A. Špaldák)	31; 89; 203
Doctrina de Spiritus Sancti ex Filio processione in quibusdam syriacis epicleseos formulis aliisque documentis ipsas illustrantibus (Aug. Salaville)	165

## EXTERNA AD NOS PERTINENTIA.

Fr. Leo Petrorić O. F. M., Disquisitio historica in originem usus Slavici idiomatis in liturgia apud Slavos ac praecipue Chroatos (Ref. Fr. Snopek)	51
Katholikus szemle (Ref. Vr.)	54
Études 1908	54
Revue d' hist. diplom. 1907	54
North Americ. Review 1907	54
Zeitschrift d. histor. Gesellsch. v. Posen 1907	55
Apologet. Rundschau 1907	55
M. Jugie, Histoire du Canon de l'Ancien Testament dans l' Église Russe (Ref. Ad. Jašek)	115
Adrian Fortescue Ph. D., D. D., The orthodox eastern Church, with illustrations by the author (Ref. A. Palmieri)	116
Virg. Pop, Chestia unirii bisericilor	120
Academia orthodoxa (Ref. Dr. Julius Hadszega)	120
Ludovicus Wouters, C. SS. R., De minusprobabilismo. (Refer. Sigismundus Bernhard)	120
Dr. Vasile Suciu, Teologia dogmatică specială (Ref. Dr. Julius Hadszega)	. 121
Cyrille Charon. Le quinzième centenaire de Saint Jean Chrysostome et ses conséquences pour l' action catholique dans l' Orient gréco-slave	122
L. K. Goetz, Staat und Kirche in Altrussland	122
Revue Internationale de Theologie 1908	122
Revue Internationale de Théologie 1907	172
Échos d' Orient (Ref. S. Salaville)	245
Revue internationale de Theologie. 1908 (Ref. O. Židek)	247

## MISCELLANEA.

Relatio de conventu Zagrabensi (Ref. Dr. K. Dočkal)	55; 124
Conventus Velehradensis et Periodicus SSinae Synodi Petro-politanae (P. A. Palmieri)	60
Quomodo unio ab utraque ecclesia iuste appeti possit (Red.)	62
De proximo conventu Velehradensi	64
Libellus II. Conventus Velehradensis a. 31. Iul. — 3. Aug. h. a. habendi	125
Proposita hucusque Conventui Velehradensi II.	128
Relatio de conventu Velehradensi II.	173



# Slavorum litterae theologicae.

## Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach, Dr. Ant. Podlaha. Ad. Špaldák, Pragae  
E. Matzel, Chyroviae. Dr. F. Grivec, Labaci. Dr. Kam. Dočkal.  
Zagrabiae.

---

Annus V. (1909)

Pragae Bohemorum.

Nr. I.

---

### BOHEMICA.

Dr. theol. et phil. *Václav Hazuka*: **Srovnání života a zvyků starých Babyloňanů se životem patriarchů dle současných pramenů.** (Comparatio vitae morumque veterum Babyloniorum cum vita patriarcharum iuxta fontes illius aetatis.) Pragae 1907. p. 113.

Assyriologus Bohemicus in praesenti fasciculo suum eruditissimum tractatum separatim edidit, quem iam prius in comment. „Časopis katol. duchovenstva“ ann. XLVII--XLIX publicaverat.

Libellus paginarum numero (113) non amplus, arguento tamen locupletissimus. Margarita vere fulgens in litteratura nostra. Operam dat materiae novae accessu difficillimae, apud nos hucusque parum notae, ita ut sine erroris periculo dici possit, opus dris Hazuka primum esse florem huius generis in litteratura Bohemica.

Novem libri sectiones. praecipua capita iuris privati palaeobabylonici (dicimus palaeobabylonici in oppositionem ad ius assyriacum et neo babylonicum) vividissimis coloribus depingunt. Sectio I. (pag. 2—11) in familia, S. II. (11—49) in sponsalibus matrimonioque nec non in nuptiarum sollemnitate (p. 18), S. III. in monogamia et polygamia (49—57), S. IV. (57—60) in divorcio, S. V (60—67) in viduae pupillorumque iuribus, S. VI. (67—74) in liberorum iuribus officiisque versatur. S. VIII (74—92) adoptionem, S. IX. (92—104) ius hereditarium describit.

Materiam tractatam cl. scriptor illustrat probatque fontibus immediatis: paragraphis codicis iuris palaeobabylonici regis Hammurabi (c. 2200 ante Ch. n.) nec non plurimis iuris documentis scriptura cuneiformi in tabulis argillaceis scriptis et nuperrime detectis. Quas quidem tabulas dr. Hazuka allegat partim iuxta copias, quas ex originalibus hucusque ineditis Berolini ipse sibi comparaverat; alias tabulas, quarum copias alii viri docti publicarunt, cl. auctor ipse legit, transscribit, in linguam Bohemicam vertit: transcriptiones, versiones, expositiones aliorum — in quantum hucusque existunt — critice examinans, corrigens, complens, perficiens.

Nemo non videt, supra ambitum huius spatii esse omnes et singulas res in opere laudato contentas notare. Nihilominus ad extrema tractatus (p. 104—113) lectoris animum advertere volumus, in quibus

auctor ferrei sui laboris fructus vere aureos proponit: miram vitae morumque patriarcharum — plurinis in punctis etiam contra mores Israelitarum temporis posterioris — cum iure palaeobabylonico similitudinem (E. g. cf. Saram, marito sua servam Hagar offerentem, Eliezer donum nuptiale distribuentem, praesertim autem agendi rationem Thamar). Quae similitudo pretiosum argumentum affert historicae veritati biblicarum de Abraha eiusque posteris narrationum.

Dr. Hejčl.

*Jan Vodňanský. Traktát o početi přecistém a neposkvrněném P. Marie (Tractatus de purissima et immaculata Deiparae conceptione).* Ed. Dr. Ant. Podlahá. Pr. 1908 (36 pag.). Pr. 0.60 K.

J. Vodňanský (\* cc. 1460) O. S. F. strenuus catholicismi ab haereticis Bohemiae defensor hoc libello a. 1509 composito ordinis sui doctrinam — de qua cum Dominicanis dimicabatur — exponit ac tuetur, modo ad populi intelligentiam accommodato. Hoc vetustum Bohemicae eruditionis documentum diligenter editum est e duobus codicibus Clementinae bibliothecae Pragensis.

## POLONICA.

Prof. Dr. *Thaddaeus Gromnicki: Świętopietrze w Polsce. Denarius sti Petri in Polonia* Kraków 1908. pg. 474, in 8-vo.

Hucusque nullam habuimus monographiam huius institutionis (si aliquos tractatus, Dr. Ptašník in Cracoviensi Ac. Scientiarum excipias) quae tamen per Poloniam per sex centena vigebat, atque toto hoc tempore in omnem nationis Polonae culturam influxum non mediocrem exercebat.

Scimus iam initio saec. XI. a rege Boleslao I. solutum esse denarium sti Petri, licet iam multo antea, a patre praedicti Boleslai, Mieci-slao (Mestcone) totam Polonorū regionem s. Petro dedicatam fuisse constet, quocum etiam solutio denarii semper coniuncta erat. Hie venit in memoriam illud clarissimum Mestconis documentum, „Dagome (egomet) iudex et Ode senatrix\*) cuius meminisse forte debuit clarissimus auctor, atque uberior in illud inquirere.

Casimirus, cui Restauratoris nomen datum est solutionem denarii s. Petri innovavit atque hoc modo mutavit, ut abhinc unus denarius (denarius erat id temporis in Polonia valoris usuarii circ. 20 coronarum monetae Austriacae, postea eius valor usuarius multo minor factus est) ex unaquaque domo solveretur; deinde vero, quia nobiles a solvendo denario sese subtrahebant, unaquaque parochia atque dioecesis annuos census secundum taxationem solvere debebat. Sic res permanit usque ad dimidium saec. XVI., quibus temporibus, propter haeresim, quae etiam in Polonia grassari incipiebat, multi solutionem huius denarii recusarunt, praesertim, cum iam ante initio saeculi XV. S. Pontifex huius desuetudinis initium dedit, denarium in usus reipublicae, et quidem in defensionem r. Poloniae a Turcis et Tartaris destinando.

\*) Monumenta R. Pol. Bielowski, Tom. I.

Solutio denarii vario modo fiebat. Initio princeps ipse solvebat debitam summam, deinde Pontifex Romanus putabat, melius fore si in unamquamque regionem collectores apostolici mitterentur, qui adiuvante episcopo et parocho loci debitam summam colligerent. Aliqua pars pecuniae collectae manebat semper apud ipsos collectores, pro sustentatione ipsorum, reliqua argentea conflata Romam vel Avenionem mittebatur. Homines ad id destinati occupabantur transmittendis denariis: pro quo negotio non parvum lucrum capiebant. Ita quidem cives Vratislavienses, qui fere soli saec. XV in transmittendis Romam pecuniis occupati erant, pro transvehendis 118 marcis argenti (ponderis), 102 marcas postularunt, ita ut tantum 16 marcas camera apostolica reciperet. Exinde patet, non valde magnas fuisse pecuniae summas, quas Roma ex denario Petri percipiebat. Si addamus insuper saepe accidisse, ut tota pecuniae summa a latronibus in via raperetur, vel nonnunquam etiam ipsos collectores, non semper optimae fidei homines, aut plus aequo sibi de collecta pecunia sumpsisse, aut ab hominibus plus exegisse, quam taxatione praescriptum fuerat, non est mirum, haec omnia incommoda etiam in maius a nostrae fidei inimicis extolli, atque plerumque etiam odii in sedem apostolicam causam fuisse.

Aliud quoque magnum damnum ab ipsis collectoribus patiebatur Polonia. Nam collectores eorumque adiutores, fere semper alienigenae, tamen saepissime accipiebant in Polonia maxima beneficia ecclesiastica, quae iam exinde in omne tempus ab Apostolica Sede destinabantur, alienigenis utique: hoc igitur modo damna maxima in temporalibus cleris Poloniae, maiora etiam in spiritualibus populus fidelis capiebat. Unicum tantum commodum, quod percipiebant Poloni ex colligendo denario, erat patrocinium Summi Pontificis, atque cum eodem in rebus politicis communicatio eiusque protectio.

Totum hoc opus maximo cum doctrinae apparatu conscriptum, non caret tamen aliquibus defectibus. Habet quidem in additamentis plus quam 250 paginas, ubi in permultis tabulis atque calculis collectorum negotia demonstrantur, — sed tamen non potest dici, hanc monographiam esse completam, quia fere tantum de dioecesibus Cracoviensi, Vratislaviensi atque Culmensi loquitur uberior, de dioecesibus orientalis Poloniae, de dioecesi Posnaniensi, archidioecesi Gnesnensi, et c. silet. Nonne et in iis denarius colligebatur?

Sed res excusari potest difficultate in colligendis documentis ex archivis extraneis atque iis adeundis, in iis praesertim regionibus, in quibus sacerdoti catholico et Polono difficillimus est aditus.

K. K.

## RUTHENICA.

**Nyva IV. 1907** Nro. 1—24 (praeest Dr. Dem. Jaremko).

V. Herasymowyc, Kil'ka sliv pro domo sua (Verba pauca pro domo sua) p. 5—8, 39—42. *H.* castigat corruptiones ritus Rutheni ab ecclesiasticis ipsis factas.

*Ios. Bocian.* Liturgija na shodi (de liturgia in Oriente) p. 102—8, 172—6, 264—7, 343—7, 488—495. *B.* in hac erudita commentatione scientiam magnam bibliographicam ostendit.

*Andr. Dubickij.* O erejskim molitvoslovi. Refertur de decreto synodi Leopolitanae, III. 5 obligationem officii recitandi in province nostra introduceente (p. 113—6, 141—3).

*Ivan. Šyb.* Istoryja cerkovnoi Unii na Bukovyni (historia unionis ecclesiasticae in Bukovyna p. 323—6, 356—363, 427—432, 482—7, 518—526, 551—562, 581—590). Materia instituta porro tractatur.

*Dem. Bordun,* in Vsjačyna p. 250—251 proponit documentum constitutionis cooperaturae Ruthenicae tamquam illustrationem relationum Ruthenico-Polonicarum temporibus praeteritis.

*Ivan. Ios. Mel'nyckij.* Jakoi viry i jakoho obrjadu halycky Rusyny. (Quaiis fidei et ritus sint Rutheni Galiciae) p. 242—5. *M.* proponit terminum novum ad significationem ritualem Ruthenorum, quos Romano-catholicos Ruthenici ritus appellari vult; qua occasione exorta est controversia inter *M.* et infrascriptum (*Mel'nyckij* Vidpovid' na dopys' do »Ny vy« Responsio ad articulum in re nostrae terminologiae ritualis p. 470—4. *On. Volanskyj.* Do našoi cerkovnoi terminologii (In re nostrae terminologiae ritualis) p. 394—6, Pojasnene na vidpovid' (Explicatio ad responseionem) p. 564—6.

*Teod. Kudryk.* Pro domo sua. Agitur de defectibus in scientia rituum apud sacerdotes nostros (p. 501—3).

*Anon.* Plekaner religijnosty v gimnazyjal'noi molodiži. Fuse scribitur de educatione religiosa iuventutis nostrae in gymnasiis (p. 331—41, 371—5, 466—70, 527—30, 562—6).

*Jar. Levyckij.* Okrasa cerkov ženščynamy. De decoratiōne ecclesiarum per mulieres (p. 474—7, 503—6, 570—2).

*Luc. Zaharjasevyc.* Deščo pro zabolonist'i vorožby et vo v našyh hirskyh okolyčyah. De errore superstitionis in regionibus montanis terrae nostrae (p. 590—7).

*Dan. Tanjackeryc.* S'vjashčenyā podruha proponit typum idealem coniugis (p. 603—6, 618—24), deinde S'vjashčenyā maty matris sacerdotis Ruthenici: (p. 655—60, 686—9).

*Vl. Petrievskyj* scribit aliqua characteristicā de vita ecclesiastica Ruthenorum Americae (p. 614—7, 711—3, 732—4).

*Ios. Bocjan Iz sporiv pro akafyst narrat de controversia circa akathiston (p. 624—628, 749—754).*

*V. Herasymowyc.* Pist v hramovyj praznyk (De ieunio die patroni loci) p. 660—4.

Bullja pro novo-osnovane episkopstvo dlja amerykan'skych Rusyniv. Bulla »Ea semper« edita mense Augusti 1907 pro ritu Ruthenico in America S., quae dolorem apud nos excitavit, tractatur. p. 645—7, 673—8.

*Jar. Levyckij.* Rosyjska cerkva v 1906 roci (de statu ecclesiae Russiacae anno 1906 p. 183—6, 245—7, 341—3).

*Teod. Ležohubskij.* Velygradskyj zizd (de conventu Velygradensi) p. 498—500, 597—602.

*Dem. Jaremko.* Z pravoslavnoho Shodu. *J.* scribit de tendentia cleri Serbiei, qui postulat facultatem novi coniugii viduorum sacerdotum Orientalium (p. 716—8).

*Onuphrius Volanskyj.* Z pohranyča teologii i filozofii. Najnovijšij naprijam: psychologija teologii. Tractatur forma novissima subiectivismi philosophici (p. 9—10, 43—4).

*Myk. Ščepanjuk.* Čy reestr simoh holovnyh brihiv povstavi perejšov do moral'noi teologii pid vplivom astrologii. Ostenditur falsissimam esse sententiam propositam a professore Petropolitano Thad. Zelinskij, (in Süddeutsche Monatshefte, 1905, p. 437—442) de influxu astrologiae in originem catalogi peccatorum capitalium in theologia morali (p. 51—60, 74—83, 108—113, 134—7, 176—9, 217—9, 271—9, 309—310).

*On. Volanskyj.* Zamitky z teol'ogično-medyčnoi earyny, Defenditur doctrina catholica de miraculis, de celibatu cleri ostenditur que religionem etiam sanitati corporis prodesse (p. 138—141, 163—72).

*Ambr. Redkyyč.* Empiryzm konsekventno perevedenyj. De consequentiis perniciosissimis empirismi philosophici agitur (p. 196—270).

*Anon.* Značine postu dlja našoho organizmu. Ostenditur valor hygienicus ieunii ecclesiastici (p. 210—12).

*On. Volanskyj.* Nauka i žite v oboronikatolyckoicerkvi. Exemplo Brunetière philosophi et statistica divertiorum et suicidiorum V ostendit ecclesiam catholicam rationibus et doctrinac et usus vitae defendi (p. 235—7, 267—271).

*M. Korytko.* Tajna supružestva i ei vorohy. Exponitur doctrina dogmatica de matrimonii christiani indissolubilitate (p. 388—93, 421—7).

*On. Volanskyj.* Do polovoho pytanja. Exponitur catholica et aetholica doctrina de moralitate actuum sexualium (p. 432—7, 462—6). *Idem* ex historia ostendit fanatismum potius adesse apud ecclesiae hostes maxime apostatas, quam in ecclesia catholicā (p. 745—9).

*Jar. Leryckyj.* Z cerkovnoho žytja. Agitur de separatione ecclesiae et status civilis (p. 12—14).

*On. Volanskyj.* numeris ostendit absurditatem fabulae de immensis divitiis ecclesiae catholicae in Austria (p. 44—9).

*V. Vančickýj.* Materyjalne položene cerkvy v Francyi. De materiali condicione ecclesiae in Gallia (p. 207—10).

*Epiph. Rozdol'skyj.* Kvetyja socijal'nopolityčna i stanovysče duhovenstva zhľadom nei. De relatione cleri ad quaectionem socialem (p. 225—35).

*On. Volanskyj.* Borba o narodnu školu v Avstryi. De studiis anticatholicis scholae liberae, quae vocatur (freie Schule), in Austria exponitur et ex historia ius ecclesiae ad scholam demonstratur (p. 291—8).

*H. Cornodolja.* Cerkov i deržava. Principia de relatione ecclesiae ad statum civilem exponuntur (p. 298—308).

*On. Volanskyj.* Protyv teol'ogičnogo vydilu i šeo z nym ešče lučyt sja. Agitur de actione liberalismi contra facultates theologicas (p. 326—331). *Idem* in Vsjačyna ostendit absurditatem democratiae socialis sub respectu sociali et praecipue philosophico (p. 412—420).

*Audr. Dubickýj.* Socijalizm a cerkov. De socialismo et ecclesia (p. 458—462).

*On. Volanskyj.* Pro teol'ogičnyj vydil v Innsbruci. Facultas theologica Oenipontana defenditur ab obiectionibus liberalismi Ruthenici occasione causae Schellianae factis atque ostenditur facultatem hanc orthodoxia eius non obstante esse seminarium verae et solidae doctrinæ (p. 537—9, 569—570).

*Iul. Baranovskij.* Pravo vlasnosti i eho moral'ne ohranycene. De iure proprietatis eiusque restrictione morali (p. 530—4).

*D. Gockyj.* Zmina konkurençejnoi ustavy. Mutationes exponuntur legislationis de concurrentia quae vocatur sc. de aedificatione ecclesiae et domus parochialis in Galicie (p. 452—5).

*On. Volanskyj.* seribit conspectum vitae ecclesiasticae sc. agit de motu anticlericali in Italia, de liga contra indicem librorum prohibitorum in Germania, de causa Schell-Commer et de publicatione syllabi Pii X. (p. 648—654), *Mich. Dorockyj* «de democratia christiana inter iuuentutem Galliae (664—6, 689—91, 718—26, 754—9). *Nic. Budka* fuse narrat de VI. conventu catholicorum Austriae Vindobonae mense Novembri habito 1907 (p. 705—11, 737—45, 763—6). P. 543 refertur de Ruthenicis in Slav. litt. theol.

Praeterito anno multum in foliis nostris disputabatur de formatione factionis alicuius christianaे Ruthenicae. Liberalismus religiosus impetibus suis contra ecclesiam catholicam, eius doctrinam et disciplinam clerorumque cum ecclesia sentientem excitavit repugnandi studia ex parte defensorum rei catholicæ, cuius defensionis instrumentum Nyva facta est. Quae defensio ecclesiae et cleri ac propagatio rationis sentiendi catholice in omnibus quaestionibus culturæ progressæ integrata liberalibus erat. Cum tamen hoc sincere confiteri non auderent, in animo habebant ecclesiasticum Nyvae spiritum ut mere politicum clericalismum populo nostro exosum facere, id quod ex parte videntur assecuti esse. Haec liberalismi hypocrisis a Nyva semper demonstratur, quae circumstantia ansam dedit originis articulorum multorum polemicorum e. g. »Nyva et factio clericalis Jar. Levyckyj (p. 1—5), »Quousque tendimus« On. Volanskyj (p. 33—9), Factio an organizatio, Jar. Levyckyj (p. 97—102), »Ad quaestionem factio an organizatio On. Volanskyj (p. 260—4), etc.

Praeterea inveniuntur notitiae breves de actione liberalismi, radicalismi et schismophilismi contra ecclesiam catholicam in Galicia, item aliis in terris in unoquoque fere numero Nyvae sub finem. Conspectus foliorum periodicorum sub ecclesiastico-politico respectu claudit saepe numeros singulos.

Multa leguntur in Nyva documenta positiva de vita religiosa populi et cleri e. g. de exercitiis spiritualibus (p. 237—42), de missiōnibus pro populo (p. 17—20), de relatione parochorum ad cooperatores (p. 116—8), de conferentiis cleri (p. 118—9), de statutis associationis sacerdotalis (p. 440—2, 690—6, 731—2), de confraternitatibus ecclesiasticis (p. 143—5, 187—8) etc. Sub finem uniuscuiusque numeri publicantur calendaria cum directorio et personalia.

Supplementum cum paginatione propria (1—198) continet orationes 46 ad usum cleri parochialis.

Mense Martio 1908.

*Onuphrius Volanskyj.*

## RUSSICA.

Prof. A. Spasskij, „Исторія доктрическихъ движеній въ эпоху вселенскихъ соборовъ; въ связи съ философскими учениками того времени“. (Istorija dogmatičeskikh dviženij v epohu vselenskih soborov.) „Historia evolutionis dogmatum temporibus conciliorum oecumenicorum exponitur, respectu habitu disciplinarum philosophicarum, quae illis temporibus florebant“. Tomus I. Sergiev Posad, an. 1908, in 8<sup>0</sup>, pp. 652 pret. 2 rub. 50 kęp.

Dubitari non potest, quin inquisitio historica in circumstantias, in quibus christianaē fidei dogmata evolvabantur facta magno sit theologiae dogmaticae emolumento. Nam si, ut decet, caute proceditur, ne apparatus criticus in hypercriticum transmutetur, ipsae theologiae scholasticae assertiones et schemata a minus fundatis commentis liberantur et eruditio copia augetur. Hanc provinciam non sine profectu sibi excolendam theologos Russos quoque sumpsisse constat: ex quibus prof. A. Spasskij certe non infimum inter collegas locum tenet: cuius librum lectorum iudicio hic subicimus. In antecessum praemonendum esse censemus Russos septem tantum concilia oecumenica admittere: unde nil mirum scriptorem de dogmatum evolutione „temporibus conciliorum oecumenicorum“ loqui.

Opus in duas dividitur partes. In prima, quae quattuor capita continet, doctrina de SS. Trinitate primis tribus christianaee ecclesiae saeculis describitur, in secunda, quae octo capita complectitur, ulterior evolutio huius altissimi dogmatis exhibetur (ab haeresi Ariana usque ad concilium Romanum an. 382).

Pars I. (1—127). — Cap. 1. Apologetae (Tatianus, Iustinus, et.). qui quaestiones de SS. Trinitate ventilare coeperunt, systemati Philonis nimium adhaerentes huius philosophi ideis et terminis usi sunt et licet quoad se ipsos doctrinam Ecclesiae servaverint tamen in discussione scientifica aperte Verbum Patri inferius declaraverunt. (pp. 1—17). Defectus systematis apologetarum Irenaeus corrigere studet; gnosticos enim debellando acriter Dei immutabilitatem propugnat et loco principii cosmologici apologetarum ontologicum principium evehit. Tamen ab opinionibus apologetarum nondum est immunis, quia sicut illi Verbum tanquam principium aliquod inter Deum et mundum positum considerat et inde Deo inferius facit. Primus evolvit conceptus soteriologicos de Christo tamquam novo Adam, mundi Redemptore et Salvatore, eumque non solum centrum vitae intellectivae verum etiam religiosae ponit (pp. 17—34).

Cap. 2. Insufficientia doctrinae de Verbo monarchianismi sectam excitat, quae in dynamistas et modalistas dividitur (34—38). Primi peripateticorum sectatores Christum merum hominem esse censebant, qui divinis auxiliis fatus „Christus“ factus est (38—43). Dynamistae erant gens culta, philosophi et scientiarum cultores, contra modalistae piis tantum affectibus movebantur, in communi autem eos plebem ignorantem fuisse constat. Doctrina Ecclesiae de Christo Deo-Homine inconveniens videbatur; quam ob rem in Christo solam agnoscebant divinitatem, existimantes Christum ipsum Deum esse, qui propter generis humani salutem in terram descendit. In conceptibus philosophicis vestigia systematis Heracliti produnt. (43—53). Contra monarchistas arma direxit Hippolytus. Systema apologetarum ad summum fastigium evexit, subordinatianismum praedicat et ad gnosticis inclinat (pp. 53—57). Ecclesia Romana anceps haeret. Papa Zephyrinus modalistarum placitis benevolum se ostendit, Callixtus vero tum modalistas tum Hippolytum reiecit et veram doctrinam ex bonis theologiae modalisticae elementis colligere et formare studet; tamen defectus scientiae philosophicae et terminologiae antenicaenae insufficientia non parum obfuerunt (pp. 57—63).

Cap. 3. Pariter contra monarchianismum Tertullianus accerrime pugnat. In definitione essentiae divinae sequitur apologetas, sed ideas eorum corrigit et evolvit. Quod vero praecipuum est, Spiritum S. in systemate suo recipit eique locum assignat. Conceptus  $\pi\varphi\beta\omega\lambda\bar{\eta}\varsigma$  et  $\bar{o}\bar{\chi}\bar{z}\bar{o}\bar{r}\bar{o}\bar{u}\bar{\iota}\bar{\alpha}\bar{\varsigma}$  introduceit. In ontologia stoicos perfecte sequitur et doctrinam eorum de omnium rerum existentium materialitate admittit. Licet a subordinatismo apologetarum non fuerit immunis, tamen SS. Trinitatis unitatem et personarum pluralitatem determinate stabilivit et ita omnino fere ad formulam concilii Nicaeni accessit. Ecclesia occidentalnis paulatim doctrinam Tertulliani expolivit et id, quod sane

doctrinae continet, servavit. Post ipsum evolutio dogmatis SS. Trinitatis in Occidente usque ad saec. IV penitus non procedit. (pp. 63—85).

Cap. I. In Oriente vero sub influxu systematis Plotini Origenes suam theoriam de SS. Trinitate evolvit. Omnem distinctionem inter *λόγος ἐνδιάθετος* et *λόγος προφόρος* de medio tollit et conceptum *ὑποστάσεως* introduceit. Licit consubstantialitatem personarum SS. Trinitatis negaverit, extremum profitendo subordinationismum a Philone mutuatum, tamen Filii generationem actum transcendentalē esse docuit. (pp. 85—114.) Sed quia Origenes in systemate suo parum curavit, ut monarchianismum debellaret, is amplius crescere pergebat et ultiore evolutionem in systemate Sabellii habuit. Hic primus docuit ipsam Dei essentiam unam eamdemque esse pro tribus SS. Trinitatis personis (*τὸν ὑποζεύγεον*). (pp. 114—121.) Contra Sabellium Dionysius Alexandrinus surrexit, qui non obstantibus declarationibus, quas coram papa Dionysio fecit, revera tamen subordinationismo Origenis laborat (pp. 121—127). Usque ad Conc. Nicaenum systema Origenis et Dionysii in Oriente triumphat.

Pars II. — Cap. I. Cum Ecclesia Constantino Magno regnante libertatem naeta esset, omnes circumstantiae in quibus exinde disputationes theologicae versarentur, penitus mutatae erant. Ecclesia cum republica foedus iuit et potestas civilis in ipsas theologicas controversias se immiscere studet (131—137). In ecclesia Alexandrina, quae illo tempore quasi caput erat philosophiae christiana presbyter Arius, cum episcopo suo Alexandre dissidens suum systema theologicum promovere coepit. Magna inde oritur commotio in ecclesia. Quidam partes Alexandri, quidam ARII sequuntur et conatibus imperatoris non obstantibus discordiae in dies crescent, ita ut medium animos pacificandi non aliud esse videatur nisi concilii oecumenici convocatio. (137—154).

Fons ex quo haeresis Ariana pullulare coepit, fuit Luciani, presbyteri Antiocheni ac martyris doctrina, item Pauli Samosateni episcopi qui anno 268 ab Ecclesia damnatus erat. Paulus tamquam fundamentum systematis sui Aristotelicam de Dei essentia doctrinam habuit et consequenter Christum merum hominem declaravit. Paulo expulso Lucianus, eins sectator, scholam Antiochenam magna cum gloria regebat. In quantum Pauli sistema participaverit, nobis plane ignotum est. Duo tantum manent certa: eum ideas de Dei essentia easdem, quas Paulum habuisse et animam Christi negasse. Ita licet arianismum aliquomodo anticipaverit, tamen dici nequit eum „Arium ante Arium“ fuisse (pp. 154—171). ARII sistema Pauli opinionibus nixum in eo ab his differt quod generationem Filii *ἐξ οὐκ ὄντος* propugnabat. Hic est cardo et pars praeceipua totius systematis Ariani (pp. 171—178).

Athanasius Alexandrinus ut ARII haeresim debellet ideis neoplatonicis et origenianis nixus tamquam thesim fundamentalem statuit absolutam inter Deum et creaturam differentiam, omni conceptu de Verbo — inter Deum et mundum Mediatore — prorsus abiecto. Verbum est transcendentalis et sempiterna revelatio Patris et proinde principium *τοῦ* esse et vitae omnium rerum creatarum (pp. 179—188). In Christo-

logia sequitur Irenaeum eamque amplius evolvit et compleat conceptibus a theoria neoplatonicorum mutuatis (pp. 188—197). Itaque impugnando systema Arianum Athanasius in persona Christi ipsam divinitatem, quae in terram descendit, vindicat. (pp. 197—200).

Cap. 2. Iam potestas civilis ipsa ad lites ecclesiasticas compo-  
nendas in certamen descendit. Constantinus Magnus concilium Ni-  
caenum convocat (describuntur tempus concilii, duratio, numerus epi-  
scoporum etc.) (pp. 201—213). In hoc concilio quattuor partes disser-  
nere possumus: Arianos, eos qui contra illos Alexandro duce pugna-  
bant, eos (et haec erat maxima pars), qui pietate excellebant philosophia  
vero et doctrina parum eminentes erant „conservatores“, qui tantum  
fidei depositum conservare studebant, denique eos, qui Eusebio Caesa-  
reensi duce extremas opiniones disputantium inter se componere cona-  
bantur neque Arianis neque orthodoxis perfecte assentientes. Concilium  
Arianos condemnavit novumque symbolum composuit, in quod duos  
illos novos terminos *δύο οὐσίας* et *ἐκ τῆς οὐσίας* introduxit (213—226).  
Sensus horum vocabulorum perpenditur et explicatur (pp. 226—239).  
Absoluto concilio brevi temporis intervallo rerum pristinarum studium  
iterum exardescit. „Conservatores“ licet formulae Nicaenae aequieverint,  
tamen perfecte eam non intellexerunt et in verbo *δύο οὐσίας* haeresis  
Sabellianae periculum cernebant. Proinde lucta contra synodum Nicae-  
nam excitata est non ab Arianis, sed ab episcopis catholicis conservato-  
ribus. Indirecte arianismo favet etiam facilitas et claritas systematis  
Ariani: praeterea praecepta moralia, quae Ariani praedicabant, erant  
levia, contra philosophia fidei Nicaenae moresque ascetici orthodo-  
xorum pro christianis qui illis temporibus a paganis consuetudinibus  
nondum erant immunes, nimis abstrusi et difficiles videbantur. Ipse  
Constantinus videns partem potiorem subditorum versus factionem  
anti-nicaenam pendere, rerum pristinarum studium sustinere coepit  
(pp. 239—261). Defensores fidei Nicaenae erant Ecclesia Occidentalis  
et Alexandrina. Sed illa potius passive conatus haereticorum obstitit,  
haec Athanasio duce usque ad exitium haereticorum strenue pugnavit.  
Pro fide Nicaena etiam erant monachi (pp. 261—274).

Cap. In partibus Orientis, quidam origenismo favebant, alii  
vero sensum formulae Nicaenae parum intelligentes cum illis defen-  
sores fidei Nicaenae sabellianismi accusabant. „Nicaeitae“ (никеицы)  
ex parte sua adversarios tritheismi criminabantur (pp. 275—290) Ari-  
ani et eorum fautores Nicaeitas aggrediuntur. Primus Eustaphius  
Antiochenus succumbit, dein Marcellus, Ancyrae episcopus, damnatur,  
qui in systemate sue theologicō omnes haereses eoacervavit et revera  
ad sabellianismum appropinquavit. Dein arma contra Athanasium di-  
rigunt, cum Meletianis se coniungunt et a sede Alexandrina eum ex-  
pellunt (pp. 290—309). Constantino Magno mortuo Athanasius et alii  
Nicaeitae sedes suas iterum occupant, adversarii vero eorum concilium  
Antiochiam convocant, in quo tum prima vice suum „credo“ ex-  
posuerunt. Concilii patres neque Ariani, neque Nicaeitae dicendi sunt.  
„Ουσίας“ et Arii systema respūnt et fidei traditionalis ante-nicaenae  
defensores se esse proclaimant. Frustra ad lites compo-ndandas aliud

concilium Sardicae celebratur. Orientales<sup>2</sup> (i. e. fidei Nicaenae adversarii) suum synodum Philippopoli habent et a communione cum Occidentalibus (inter quos et Ecclesia Alexandrina) sese separant (pp. 310—337). Interim Constantius imperio potitus sub influxu episcoporum aulicorum, Acacii, Ursacii et Valentis Nicæitum inimicum se praebet et post concilia Arelati et Mediolani habita plena super eos victoria triumphat. Nicæitae vieti; ipse papa Liberius Athanasium condemnat et ambas (primum et secundam) Sirmianas formulas subserbit (337—350).

Cap. 4. Victoria de Nicæitis obtenta factio anti-nicaena dissolvit. Incipit. Duce Aëtio et Eunomio arianismus revivisit. quorum sectatores sub anomaeorum nomine noti sunt (pp. 351—367). Pars nobilior factionis antinicaenae videns negationem symboli Nicaeni ad arianismum perduci, totis viribus conatur anomoeos debellare. Duce Basilio Ançyrano et Georgio Laodicensi synodum Aneyram cogunt ibique symbolum conficiunt, in quo Christum Patri ὁμοούσιον esse dicunt unde nomen „omoeusianorum“ nacti sunt. A verbo ὁμοούσιος propter sabellianismi haeresis periculum abhorrent sed revera ὁμοούσιος paene in Nicæitarum sensu explicant. Nova phasis in disputationibus de SS. Trinitate incipit. Cum primo anti-nicæitae super Patris et Filii diversitatem institissent, iam „de unione parentalī“ (*γρηγορίτης*) inter Patrem et Filium quaerunt, ut ita errores anomoeorum facilius vitare possint (pp. 367—386). Per breve tempus omoeusiani favorem Constantii sibi pariunt, sed paulo post ab episcoporum aulicorum factione vineantur. Ii post concilia Arimini et Seleuciae celebrata omnibus episcopis formulam Nice<sup>\*)</sup> subserbendam imponunt, quae formula adeo indeterminatis terminis expressa erat, ut omnes eam subserbere possent. Hoc etiam tempore tertia formula Sirmensis conficitur, quam denuo papa Liberius subserbit. Omoei, seu factio episcoporum aulicorum, per se nullum sistema theologicum sequebantur sed tantum eo tendebant, ut favorem imperatoris sibi conciliarent (pp. 386—414).

Cap. 5. Imperatoris Iuliani ab Ecclesia Christi apostasia id effecit, ut diversarum factionum sectatores propter imminentem paganismi impetum et ipsius imperatoris erga disputationes theologicas indifferentiā (nulli enim factioi prae reliquis auxilium praestabat) ad unionem inter se paratiōes evaderent. Omoeusiani Nicæitis appropinquare desiderant; qua in re pro viribus Hilarius et Athanasius insudant (pp. 414—431). An. 362 synodus Alexandriam cogitur ad symbolum Nicaenum confirmandum; vocabulum ὁμοούσιος in sensu „μία ἐπόστασις“ concilium approbat. Insuper doctrina de Spiritu S-to exponit. Hoc exemplum occidentales et quidam orientales sequuntur. Ioviano regnante unio in dies progreditur, sed sabellianismi periculum orientales etiam tum prohibet, quominus ὁμοούσιος in pleno ac perfecto sensu accipient (pp. 432—454).

Cap. 6. Post Iovianum Valentinianus et Valens regnum adipiscuntur. Ille Nicaenae fidei, hic omoeis favet, omoeusianos persecuitur:

<sup>\*)</sup> in Thracia: russice: «никейская формула».

hi papae Liberii auxilium implorant et ab eo in communionem accepti concilium Tians convocant (pp. 454—468). Vigor disputationum theologicarum remittit. Omoeusiani in duas partes scinduntur, quarum altera nomen „pneumatomachorum seu „Macedonianorum“ sortitur. Pariter et omoei paulatim deficiunt. Solum Nicaenum symbolum latius in dies divulgatur et cum terminis δυοούσιος et ζατ' οὐσίαν in liturgiam atque complurium ecclesiarum orientalium symbola ingreditur. Sed veri triarii, quibus fides Nicaena victoriam absolutam debet, fuerunt, Basilius Magnus, Gregorius Theologus, Gregorius Nazianzenus (468—478).

Cap. 7. Deserbitur vita Basillii. Hic inter tres supradictos doctores facile princeps agnoscendus est. Primo et ipse inter δυοούσιος et δυοιούσιος anceps haeret et ad secundum terminum inclinare videtur. Ideam concipit Orientem cum Occidente uniendi, in caue re magno cum profectu toto vitae sua tempore insudat (pp. 478—492). Nova factio, quae duce Basilio in Oriente constituta est, apud doctos nomen „neo-nicaitarum“ („ново-никейцы“) obtinuit. Trium Cappadocum (каппадокийцы), huius factionis antesignanorum meritum in hoc potissimum est, quod terminologiam theologicam ordinaverunt et distincte conceptus οὐσία et ἡπόστασις determinaverunt. Non tam clare de Dei unitate, licet eam omnino agnoscant, loquuntur, quia contra Sabellianismum pugnantes errorem contrarium, i. e. tritheismum, parum respiciebant. Ulteriores progressus in eo faciunt, quod loco ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός, ponunt ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ et ita essentiam Dei non ad Patrem solum, sed etiam ad Filium et Spiritum S. extendunt (pp. 492—517). Etiam mysterium SS. Trinitatis rationis solius operantur vindicare et explanare, qua in re principaliter ideis Plotini utuntur. Hoe modo perfectam scientiae et fidei concordiam ostendunt et christianismum tanquam summum iudaismi et hellenismi complementum considerant (pp. 518—537). Ast in Occidente orientalibus nondum satis fidebant, doctrinam de tribus hypostasibus suspectam habebant et in communione cum Marcelllo persistebant. Basilius indesinenter occidentales sibi conciliare studet et tandem aliquando post multos labores veluti pontem inter Occidentem et Orientem facit. (pp. 537—567)

Cap. 8. Theodosius cum regnum occupasset fidem Nicaenam extollere coepit. Constantinopolim concilium convocat, in quo Macedoniani dominantur (pp. 568—588). Sequitur confutatio theoriae ab Hortio et Harnackio de symbolo Constantinopolitano excogitatae (pp. 588—628). Occidentales concilio Constantinopolitano non contenti, quia Paulino rejecto Flavianus creatus est, Romae celebrant concilium (an. 382) et Theodosium rogant, ut oecumenicum concilium Romam convocaret. Sed is petitionem eorum respuit: ut tamen responsum occidentalibus detur, denuo orientales episcopos Constantinopolim cogit, iisque ad Occidentales rescribunt. Haec tamen ad litem Antiochenam componendam — propter quam tota controversia exorta est — nihil profuerunt: papa Damasus epistolam suam ad Paulinum direxit (629—640). Theodosius persequitur haereticos, ita ut ad finem saeculi IV, ne reliquia quidem diversarum

factionum sentiantur (pp. 641—646) Conclusio. Libera evolutio dogmatum praebet nobis miram inter philosophiam paganam et christianam doctrinam concinnitatem. Patres et doctores ab omnibus systematis philosophicis (speciatim a Neoplatonicis) meliora elementa assumunt, fidem tamen intactam servant, qua profitentur Verbum Dei, Patris adaequatam expressionem, certo ac determinato tempore in terram descendisse. Ecclesiam suam instituisse, hominem factum mysteria Regni Dei patefecisse et hominibus viam, qua Deo similes evaderent, aperuisse. (pp. 647—652).

Eruditionis copia, methodi claritas, analysis acuta, qua scriptor vel minimas systematum inter se varietates describit et circumstantias sive temporum sive personarum perpendit, certe sunt huius operis praeclarissimae dotes. Speciatim accurate descripta sunt systemata Origenis, Tertulliani et trium Cappadocum \*). Maiore etiam attentione digna est Herti et Harnackii confutatio, qua scriptor inania rationalistarum de symbolo figmenta in nihilum redigit.

Totam arianismi saec. IV historiam scriptor modo prorsus speciali pertractat. Docet enim pugnam contra symbolum Nicaenum non ab Arianis, sed a conservatoribus excitatam esse. Proinde nomen semiarianorum quod omocusanis applicatur simpliciter stupidum (безмыслическимъ р. 386 nota) esse dicit. Praeter Arium et Aëtium cum Eunomio nemini nomen Ariani neque semiariani convenit. Cardo controversiae in eo erat positus, quod orientales in fide Nicaena novum aliquid et inauditum, quod sabellianismum redolere videbatur, suspicabantur et pro viribus fidei antiquam, quae via traditionis conservabatur, tueri nitebantur. Num ita res se habeat, videant theologi et historiae sacrae indagatores nobis tamen videtur auctor nimis benigne haereticos tractasse et nimis facile credere eorum conamina, quibus tanquam velamine, ut haeresim suam tegerent, usi sunt. vera atque sincera postulata theologica fuisse. Ita auctor Arium et Eusebium, Nicomediae episcopum, quasi scelerum eorum oblitus simpliciter philosophiarum disciplinarum studiosos declarat. E contra sanctos Patrem tamquam meros homines tractare non dubitat, immo aliquando eos hand honorifice carpit (vid. pp. 359, 386, 479—481). Unde generatim totum opus rationalismum quandam redolet, quippe quo pragmatismus theologicus ubique penitus excludatur neque de supernaturali Providentiae influxu vel mentio quaedam occurrat. Ex eo, quod Theodosius imperator fidei Nicaenae sectatores se „catholicos“ vocare iussit, concludit: Toto saeculo quarto, non obstantibus differentiis dogmaticis factionum, quae inter se disputabant, si rigide methodum historicam sequi velimus, cum certitudine, ubi orthodoxa fides, ubi haeresis fuerit definiri nequit. (pp. 642—643). Ipse Theodosius imperator ut homo ingenii mediocreis, libertatis oppressor, falso mysticismo imbutus repraesentatur contra Constantii et Valentis crimina excusantur etc.

\*) Lieet non possimus cum illis, quae de Dionysio Alexandrino (pp. 123—125) habet, consentire, constans enim et tota traditio hunc s. Patrem ab omni errore Origenis immunem ostendit.

Si haec et similia scriptor fortasse ex nimio desiderio sequendi puram illam methodum criticam, quam vocant, protulit, mirandum sane est, cur, cum de ecclesia catholica tractat, hanc methodum non sequatur? Generatim de ecclesia occidentali et de Romanorum pontificum in re orientales influxu vel parum dicit vel silentio ea praeterit. Fidei firmatatem in Occidente tantummodo defectui capacitatis theologicae (недостатокъ богословского развитія) adscribit. Epistolam Concilii Constantinopolitani ad papam Damasum tanquam actum hostilem exhibit (pp. 633—636), in qua concilium „in cunctis incursionem Occidentis propulsavit“ („по всѣмъ пунктамъ отбило атаку Запада“)! А pag. 567 nota 1 haec habet: „Mirum cur Golstenius omnes actus (concilii scilicet Antiochiae habitu an. 379) non publicaverit: nonne quaedam, quae maiestati papae minus favebant in illis fuerint inclusa?“ Certe huius generis commenta, nullo solido fundamento superposita, tanto operi haud parum derogant.

Dr. Leonini.

**Православный Собесѣдникъ**, издание Казанской духовной академіи. (Pravoslavnyj Sobesednik). Kazan' 1907.

*Pokrovskij I., Russkija eparhii v XVIII. vek'e: otkrytie ih, sostav i predely* (De episcopatibus in Russia saec. XVIII. eorumque constitutionibus, compacturis et limitibus) I. 104—119, 274—304, 531—560, 827—858. Ultimus finis regiminis Petri Magni erat politica elatio Russici imperii, cui etiam ecclesiasticae personae nec non earum officia servire debebant. *P* describit conatus et opera Petri Magni illustrando varias litteras illo ex tempore statum ecclesiasticum attingentes. Ut Petrus M. suum finem politicum consequeretur, condidit sua potestate novos episcopatus, antiquos novis limitibus definivit; praecipue in regionibus, ubi influxum suum ponere vel positum iam confirmare voluit, fecit ita per personas ecclesiasticas sibi addictas. Describuntur origo et territoria episcopatum, qui Russice sunt: eparhija Voronežskaja, Rjazanskaja, Kolomenskaja, Krutickaja, Bélgorodskaja, Astrahanskaja, Kazanskaja, Vjatskaja, Nižegorodskaja, Novgorodskaja, Pskovskaja, Rostovskaja, Smolenskaja, Suzdal'skaja, Tver-skaja, Vologodskaja, Velikoustjužskaja, Holmogorskaja.

**Sv jatyj apostol Iasson.** (De s. apostolo Iasone) I. 149—172.

In quaestione inter scriptores ecclesiasticos disputata, num Iason cognatus s. ap. Pauli (Ep. ad Rom. 16, 21) idem sit atque Iason, qui Thessalonicae apostolum et fratres eius in dominum suam suscepit (Act. Apost. 17, 5—6), pro eadem persona uterque habetur. Labores s. ap. Pauli, status Iudeorum et Christianorum Thessalonicae, episcopatus s. Iasonis Tarsi, incrementum religionis christiana per eius influxum et miracula in Corcyra insula patrata describuntur. Dein adducuntur additamenta in eius descriptione vitae e monumentis ecclesiae Russicae, quae eius memoriam 4. Ian. in concilio LXX apost. et 28. Apr. praecipue celebrat.

**Lanin P., Ekzarseskaja forma cerkovnago upravlenija** (De ecclesiastica forma, qua exarcha provinciam suam administraverit.) I. 251—262. Historica evolutio exarchatus, limites potestatis exarchae et relatio eiusdem ad metropolitam in Oriente et Africa exponuntur

**Pominovenie Svjatějšagopatriarcha Germogena.** (De sollemnitate in memoriam s. Hermogenis patriarchae celebrata.) I. 321—328. Datur programma et descriptio sollemnitatis a s. synodo imperatae et archiepiscopo Dimitrio presidente ab academiis ecclesiasticis, nobilitate, nigro et albo clero, populo Kazanii celebratae in trecentesimam memoriam de christianis rebus, de tota Russia,

ecclesia orthodoxa, imperatoria domo et patria optime meriti patriarchae Kazaniensis Hermogenis.

*Pokrovskij I.*, Germogen, mitropolit Kazanskij i Astrachanskij i ego zaslugi dlja Kazani s 1579 po 1606 g. (Hermogenes, metropolita Kazaniensis et Astrachaniensis eiusque merita de Kazan ab a. 1579—1606) I. 328—350. Oratio, quam occasione trecentesimalae sollemnitatis auctor habuit. Incertum est, quando, ubi, ex quibus parentibus Hermogenes natus sit; factus monachus mox nominatus est metropolita. In quo munere adiuvabat propagationem religionis christianaee inter Turcas, aedificabat ecclesias et turbulentissimis temporibus in regno Russico ipse pacifice et optime administrabat suam provinciam. Scripsit inventionem reliquiarum et vitam ss. Gurii et Barsonovii. Acriter resistebat voluntati Pseudo-Dimitrii Mariam catholicam in matrimonium ducendi, quapropter privatus dignitate recepit se in monasterium.

*Carerskij I.*, Germogen, Svatější patriarcha Vserosíjskij, v ego samootverženom služení i bědsvujuščemu otecestvu. (Quomodo Hermogenes, sanctus totius Russiae patriarcha, vitam suam patriae dedicaverit) I. 351—400. Altera oratio habita occasione supra dictae sollemnitatis celebratae continet publicos labores H. in favorem populi et totius patriae susceptos nec non relationem eius ad regnantes Mosquae.

*Ep. Dimitrij*, O zaslugah Imperatorskago Pravoslavnago Palestinskago Obščestva (De meritis Imperialis orthodoxae Societatis Palaestinensis) I. 589—597. 1. Mai a. 1882 condita est in Russia societas ad defendendam et propagandam fidem orthodoxam inter peregrinatores et incolas Russiae in Palaestina degentes. Societas sustentat Russicas scholas (Nazareti, Hierosolymis, Beyruthi, etc.), hospitia (Nazareti et alibi), in promptu habet ductores per loca sacra, propagat domii populares libellos continentis vitas antiquorum Russicorum peregrinatorum et descriptionem Palaestinae, editique trimestrem libellum Soobščenija Palestinskago Obščestva o Sv. Zemlě (S. Peterburg, pretium per annum 3 rubl., qui non solum de hodierno statu ecclesiae Russicae in Oriente optime refert, sed etiam pro re biblica perutilia monumenta in lucem edit.

*Ternorskij S.*, Značenie imeni »Ierusalim« (Quid significet nomen Jerusalem) I. 598—613. T enumerat varias a scriptoribus datas etymologias »Jerusalem« et accipere videtur a Gesenio inventam:

Jerusalem significat fundamentum pacis.

Ierusalim v nastojaschee vremja (Jerusalem, quae nunc est.) I. 614—631. Maiora monumenta in singulis partibus urbis secundum articulum in Dictionnaire de la Bible a Vigouroux publicatum populari modo describuntur.

*Poljanskij E.*, Biografija pervago učenago palomnika i izslédovatelja Palestiny Blažennago Ieronima. (De vita primi docti peregrinatoris et exploratoris Palaestinae, s. Hieronymi) I. 657—685. Delineantur studia et labores praecipue litterales s. Hieronymi Romae, relatio eius ad papam Damasum et varias pias mulieres, dein eius itinera in Oriente. Suavi modo dicit nos P. per Palaestinam, ut erat quo tempore s. Hieronymus eam visitabat, donec pedem figimus cum hoc doctissimo et in operibus Eusebii et Origenis versatissimo viro in specu Bethlehemitico et conspicimus eum die nocte que laborantem, a rabbini discentem, alioz docentem nec non scribentem illustria opera sua.

*Poljanskij E.*, Mněnija Blažennago Ieronima o palomničestvě v Palestinu (Quid s. Hieronymus de peregrinationibus in Palaestinam putaverit) I. 686—699. Ex duabus epistolis expresse patet, quid s. Hieronymus de peregrinationibus et habitatione locis sacris putaverit: ex epistola ad Marcellinam, ubi maximis laudibus loca sacra extollit eamque in Palaestinam invitat, et ex ep. ad Eustachium et

Paulinum, cui dissuadet, ne Hierosolymis habitet. Erant etiam, qui putarent s. Hieronymum inimicum fuisse peregrinationibus in Palaestinam. Sed immerito. Utique epistolae opus est interpres. Marcelinae, diviti matronae Romanae, periculosior erat Roma Terrâ Sacrâ, in qua permulta monumenta religioni nostrae carissima pietatem et religiositatem cordis eius excitare poterant. Sed Paulinus erat monachus, propterea in urbe multitudine hominum et varietate fidei abundantia eius anima et certe vita monastica detrimentum capere poterant, qua de causa in epistola ad eum missa postponit s. Hieronymus habitationem eius Hierosolymis vitae solitariae locis desertis. Sed multae adnotaciones in scriptis et opera nec non vita eius per triginta annos in Palaestina peracta copiosum testimonium reddunt fervori, quo ad Terram Sacram ardescebat.

*Poljanskij E., Palestina v IV. v è k è.* (Palaestina saec. IV. post Chr. n.) II. 105—200. In describenda topographia S. Terrae secundum duodecim tribus Israelitarum procedit historico-critice hauriens documenta praecipue e scriptis s. Hieronymi, sed non negligit etiam Talmud et opera scriptorum ecclesiasticorum usque ad saec. IV. Quod praecipuum habet valorem, sunt copiosae criticae et litterales adnotaciones sub linea.

*Episkop Aleksij.* O ne obhodi mosti izuchenija v duhovnyh akademijah russkago sektantstva. (De necessitate introducendi in ecclesiasticas academias doctrinam de Russicis sectis) II. 437—445. Multae et variae sectae in sinu Russicae ecclesiae ultimo tempore inopinatum progressum fecerunt, sed viris ecclesiasticis et politicis maxima e parte occultae manserunt. »Sectae dilatatae sunt toto spatio territorio Russico: invenies communitates sectarum in extensione ab Arhangelsk usque ad Karsum, a Varšavia usque ad Vladivostok, invenies sectarios in paludibus Polësiensibus, in tuberosis tumulis (tundra) Sibiriae, in silvis circa Volgam, in cavernis Caucasi. Inter sectarios videbis Europaeo modo excultum principem, hominem doctum et litteratum, artificem, mercatorem, opificem etc.« (p. 439). Praecipue autem id attendendum est Russicas sectas enormiem vitalem energiam ostendere, rationem et voluntatem laborare vehementer, fervide, instantanter. Inter eos haberi celebres congressiones et conventus, ubi de rebus fidei, morum, nationalis iuris, publicae vitae etc. refertur. Sectae istae tentant non solum religiosam et moralem vitam populi, sed comprehendunt etiam alias partes nationalis vitae: familiarem, oeconomicam etc. Sunt sectae (štundisti), quarum membra invicem fratres et sorores se appellant: pater filium et vice versa fratrem, mater filiam et viceversa sororem. „Animus haereticus“ occupat mentes multitudinis, adipiscitur asseclas in omnibus classibus Russici populi incipiendo a sacerdotibus et comitibus et descendendo ad simplices operarios. Sectae Russicae pendent tamquam minaces nubes supra ecclesiam orthodoxam et intentant ei magnum periculum in futuro. Qua de causa non sunt negligendae a pastoribus animarum, sed magna eis attentio adhibenda est. Sed hucusque doctrina de sectis Russicis in ecclesiasticis academias non tradebatur, propterea suadet episcopus Aleksij, ut ad reparandam societatem Russicam et salvandam ecclesiam orthodoxam in academias ecclesiasticas quam primum introducantur cathedrae, ex quibus auditores, futuri animarum pastores, de sectis Russicis edoceantur.

*Poljanskij E., Teorii kasatel'no Salima, goroda carja Melchisedeka.* (De theoriis, quae de situ Salem, oppidi regis Melchisedec, agunt) II. 495—520. Tres praecipue inter doctos vigent theoriae. Prima a Iosepho iam proposita, Salem esse idem oppidum atque Hierosolymas (ἱερός + στύλος), altera saec. IV. a peregrinatrice Silvia proveniens, quae Salem in regione Aennon, loco baptismi Ioannis precursoris Domini, ad ripam Iordanis sita vel Sichem collocat. Quam opinionem etiam s. Hieronymus aliquando defendit. Sed argu-

menta non habent vim et possunt conciliari cum prima theoria eamque adiuicare. Vero simillimum enim est Abram a Mambre usque Dan per Hierosolymas vel non procul ab eis profectum esse eodemque itinere cum spoliis revertisse, quare facile ei Melchisedec obviam ire potuerit. Gen. 33, 18 כָּשׁ est pro nomine adiectivo habendum et vertendum: incolumis, salvus. Tertia theoria a Kramer in Zeitschrift für die hist. Theologie. Lpzg 1837 p. 90 publicata ponit Salem inter Pentapolim quinque regum (Gen. 14) in parte Transiordanis non procul a Kiriathaim. Sed caret solido fundamento; nam tam amplae transformationes geologicae in valle hodierni Mortui Maris ab auctore suppositae in historia non habent argumentum et propterea reversio Abrahae per Cisiordanem vero simillima esse videtur. Etiam Ps. 75 (76), 2-3 Salem pro Jerusalem ponit, quam theoriam Poljanskij item bene defendit.

Bažanov M., Sv. Ioann Zlatoust i ego pastyrskaja dějatel'nost v Antiochii. (De s. Ioanne Chrysostomo eiusque pastoratione Antiochenâ.) II, 597—670. Mores fidelium et controversiae in doctrina vergente ad finem saeculo quarto postulabant in Oriente virum omnibus proprietatibus animi et cordis instructum, quibus exornatus fuit s. Ioannes Chrysostomus. B. describit religiosum et politicum statum urbis patriae, egregiam, vere christianam educationem puero a pia matre Anthusa in patria domo datam, inanes co-natus Libanii, rectoris gentilis scholae, excellenti ingenio praeditum iuvenem gentilismo conciliandi, dein breve Ioannis causidici opus, moralem in eius animum influxum episcopi Miletii et relationem Ioannis ad exegeticam scholam Diodori Tarsensis.

Vi animi et pietate cordis armatus accepit presbyteratum, in quo fungebatur munere contionandi Antiochiae. Plebs nuper e gentilismo et iudaismo ad christianismum conversa corruptos mores, superstitiones, religiosas notiones e vetere in nova religione retinebat. Apostolico fervore aëcensus in sermonibus omnia zizania extirpare conabatur, theatra, circos, luxuria aeruginem, servitutem impugnabat, virtutes christianas pauperibus et divitibus commendabat. Homiliae eius sunt tamquam speculum illius corruptae aetatis. B. e scriptis s. Ioannis, in primis ex eius sermonibus religiosum et moralem statum christianorum Antiochiae conicit et pastorales eius labores ostendit.

Pisarev L., Sv. Ioann Zlatoust kak učitel' žizni (S. Ioannes Chrysostomus ut magister vitae) II, 804—827. Causa persecutionis s. Ioannis Constantinoli quaerenda est in ethnica christianis infensissima cultura, cui generationes IV. saeculi, in primis regnantes, magna ex parte adhaerebant. Chrysostomus noverat originem universi mali, quod, nullam rationem ad singulas personas habens, omni vi verbi et proprii exempli impugnabat atque omnes sibi subditos moribus et caritate evangelica inter se coniunctos habere voluit. Unde exoriebantur persecuciones. Sed s. Ioannes, ut monachus, sacerdos, episcopus ne vi quidem a proposito suo deterrebatur semperque heroicas virtutes christianas exercebat, qua in re splendidissimum exemplar omnibus fidelibus evasit.

K istorii literatury o sv. Ioanně Zlatoustě. (Ad historiam litteraturae de s. Ioanne Chrysostomo) II, 828—851. De magna s. Ioannis Chrysostomi in Russia aestimatione testatur copiosa litteratura domestica de vita, operibus, doctrina huius sancti. In opere Russkaja i inostrannaja bibliografija k istorii cerkvi v period Vselenskih soborov (Russica et externa bibliographia ad historiam ecclesiae periodo oecumenicorum conciliorum) Kiev 1883 enumerantur hi in originali lingua Russica scripti libri et commentationes:

Lebedev V I., Podrobnoe opisanie žizni i pastyrskoj dějatel'nosti sv. I. Zlatousta (Accurata descriptio vitae et pastorationis s. I. Chrysostomi). Moskva 1860. (E Pribavl. XIV—XVI).

Agapit arhimandrit, Žizn' sv. I. Zl. i ego pastyrskaja dejatel'nost' (De vita s. Io. Chr. eiusque pastoratione) S. Peterburg 1874.

Svjatyj Ioann Zlatoust v istorii hristianskago obščestva v IV. i V. vv. (S. I. Chr. in historia christianaæ societatis IV. et V saeculi) publ. in Pravosl. Obozrenie 1873 Vita non describitur. Auctor loquitur de publica vita, tumultibus, conditione servorum et plebis, de luxuria et superstitione dicitum, vitiis cleri et operibus S. Ioannis.

Sv. Ioann Zlatoust i Evtropij (S. I. Chr. et Eutropius) publ. in Voskresnoe Čtenie. XI.

Razskazy iz istorii hrist. cerkvi: Zlatoust i Evtropij. (Enarrationes e historia christianaæ ecclesiae: Chrysostomus et Eutropius) publ. in Čtenie Obščestva ljubitelej duž. prosvěščenija 1871.

Diakonissa Olimpiada in Protokoly Kievskoj akad. 1875—76 p. 437—444.

Barsov T., Processy dužovnago suda v drevnej cerkvi (De ecclesiasticis iudiciis antiquae ecclesiae) publ. in Hristianskoe Čtenie 1871. Agitur etiam de iudicio de s. I. Chr. p. 299—301.

Sv. I. Zl. v izgnanii (S. I. Chr. in exsilio) publ. Voskresnoe Čtenie II.

Poslednie gody žizni sv. Ioanna Zl. (De ultimis annis vitae s. I. Chr.) publ. in Voskresnoe Čtenie XI.

Perenesenie moščej sv. Io. Zl. (De translatione reliquiarum s. Io. Chr.) publ. in Voskresnoe Čtenie V.

O besedaḥ sv. I. Zl. na poslanija ap. Pavla (De sermonibus s. Io. Chr. de ep. s. Pauli) publ. in Voskresnoe Čtenie I.

Kazanskij P. S., Učenie sv. I. Zl. o tom, čto ne dolžno osuždat' dužovnyh pastyrej—episkopov i svjaščennikov (De doctrina s. Io. Ch. pastores ecclesiae—episcopos et sacerdotes — non esse iudicandos) publ. in Dušepoleznoe Čtenie 1877.

Roždestvenskij, Sv. I. Zl. kak propovědník (De s. Io. Chr. ut concionatore) in Protokoly Kiev. akademii 1876 p. 180.

Voskresenskij, O teatrah i zreliščaḥ po sudu otcev cerkvi (Quid patres ecclesiae de theatris et spectaculis iudicaverint). Liber ms.; solo Io. Chrys. utitur ut fonte.

Majoranov, Sv. Ioann Zl. kak propovědník (De s. Io. Chr. ut concionatore) pars publ. in Voskresnoe Čtenie 1881.

Mysli sv. I. Zl. o hristianskom brakě (Quid s. Io. Chr. de christiano matrimonio putaverit) publ. in Dušepoleznoe Čtenie 1861.

Učenie sv. I. Zl. o brakě (Quid s. I. Chr. de matrimonio docuerit) Arhangelsk 1902.

Arhiep. Filaret (Gum.), Sv. I. Zl. o vospitanii dětej (S. Io. Chr. de educatione liberorum) publ. in Černigovskija Eparh. Vědomosti 1864. Nro 1.

Megorskij Evgraf, Mysli sv. otcev o vospitanii dětej (Quid s. patres de educatione liberorum putaverint) publ. in Dužovnaja Beseda 1871.

Blagotvoritel'nost' i pravo sobstvennosti po učeniju sv. otcev [sv. I. Zl.] (Quid de beneficentia et iure proprietatis s. patres [s. Io. Chr.] docuerint) publ. in Voskresnoe Čtenie XXXIII.

Janovskij Nikod., Nrävoučenie sv. I. Zl. (Doctrina moralis s. Io. Chr.) in Protok. Kiev. akad. 1906—1907 p. 532—534.

Trudy sv. I. Zl. po ustrojstvu obščestvennago bogosluženija (Opera s. Io. Chr. de publico cultu iudicata) Hristianskoe Čtenie 1849.

Ramenskij, Očerk bogosluženija po sočinenijam sv. I. Zl. (Lineamentum cultus secundum opera s. Io. Chr.) publ. in Rukovodstvo dlja sel'skih pastyrej 1874.

Liturgija Vasilija Velikago i I. Zl. (De liturgia Basilii Magni et Io. Chr.) publ. in Hristianskoe Čtenie 1848.

Sten'kovskij, Dokazatel'stva podlinnosti liturgii sv. I. Zl. na hodašcijasja v ego pisanijah (Argumenta de genuinitate liturgiae

Io. Chr. ex eius scriptis sumptu in Protok. Kiev akad. 1874 – 1875 p. 304.

Ust'vol'skij, Dogmaticheskoe učenie o tainstvah v tvorenijah sv. I. Zl. (Dogmatica doctrina de sacramentis in operibus s. Io. Chr.) in Prot Peterb. akad. 1881 p. 234.

Lewickij, Popećitel'nost sv. I. Zl. o rasprostranenii evangelija među jazyčnikami (Quomodo s. Io. Chr. de propagatione evangelii inter gentiles providerit) publ. in Tvoreniya sv. Oteca T. II. 322 333, 471–478.

Popećenie sv. I. Zl. o rasprostranenii i blagosostojanii hristianskih cerkvej v stranah jazyčeskih Quomodo s. Io. Chr. de propagatione et incremento christianarum ecclesiarum in gentilibus partibus providerit) Voskresnoe Čtenie VII.

Kerenskij V., Amerikanskaja episkopal'naja cerkov' (De episcopali ecclesia in America) I. 33—64, 217—250, 488—524, 769—796, II. 305—336, 755—790. Explicatur doctrina episcopalis ecclesiae in America de ecclesia militante et triumphante, de sacramentis in genere et de septem in specie comparata cum doctrina antiquae et orthodoxae ecclesiae.

Praeter nonnullas alias minores commentationes refert Pravoslavnyj Sobesednik constanter de vita variarum societatum (caritativarum, doctarum) et ecclesiasticae academie Kazanii, cuius est publicus minister. Supplementi instar accedit:

Tverskij paterik Descriptio vitae sanctorum, qui Tver coluntur 1—48, 49—80, 81—116. In ecclesia S. Trinitatis Kašinae invenitur imago (ikona) reprezentans quadraginta sex personas, quae in eparchia Tver tamquam sanctae coluntur (Sobor Tverskih Svjatylj), sed non omnes ab ecclesia orthodoxa sunt hucusque canonizati. Describitur vita eorum, qui sequuntur: 1. Blag[ověrnyj] velikij knjaz' Mihael Jaroslavič, Tverskij, 2. Blag[ověrnaja] velikaja knjaginija Anna Dimitrievna, Kašinskaja, 3. Blag. knjagina Tverskaja Ksenija, 4. Blag. knjaginija Julianija Novotoržskaja, 5. Sv. Blag. velikij knjaz' Georgij Vsevolodovič, 6. Blag. Vasil'ko (Basilius) Konstantinovič, Rostovskij knjaz', 7. Blag. knjaz' Dimitrij Jur'evič Krasnyj, 8. Blag. Vladimir, Rževskij knjaz', 9. Rževskaja knjaginija Agrippina, supruga (coniunx) Vladimira, 10. Prep[odobnaja] Paraskeva, igumen'ja Rževskaja, 11. Sv. Filipp 2j, metropolit Moskovskij, 12. Prep[odobnyj] Dionisij, Trojce-Sergievoj Lavry arhimandrit, 13. Sv. patriarch Job, 14. Nektarij, Arhiepiskop Tobolskij i Sibirskij, 15. Prep. Makarij igumen Koljazinskij, 16. Prep. Paisij Ugličskij, 17. Prep. Antonij Krasnoholmskij, 18. Prep. Nektarij Běžeckij, 19. Prep. Arsenij Novgorodskij, 20. Prep. Kornilij Komel'skij, 21. Prep. Savvatij, osnovatel' Srétenskago monastyrja, 22. Prep Efrosim, 23. Prep. Trifon Pečengskij, 24. Sv. Arsenij 1j, Episkop Tverskij, 25. Svjatitel' Akakij, Episkop Tverskij, 26. Sv. Barsonofij 2j, Episkop Tverskij, Čudotvorec Kazanskij, 27. Prep. Efrem Novotoržskij, 28. Svjatitel' Theodor 2j, Episkop Tverskij, 29. Svjatitel' Theoklist, Arhiepiskop Tverskij, 30. Prep. Arkadij učenik pr. Efrema Novotoržskago čudotvorcea, 31. Sv. German, arhiepiskop Kazanskij, 32. Sv. Gurij, arhiepiskop Kazarskij. *Id. Jašek.*

*Th. I. Miščenko. Рѣчи святаго апостола Петра въ книгѣ дѣяній апостольскихъ.* (Rěci svjatago apostola Petra v knigě dějanij apostol'skih) **Sancti Petri Apostoli qui in Actibus Apostolorum exstant sermones.** Kiev. 1907 an.. pp. VIII+354 in 8<sup>0</sup>; pretium 2 rub. 50 kop.

Cum beati Petri sermones ceteraque dicta hinc inde in Actibus Apostolorum occurrentia speciali quodam charactere insigniti sint integrumque seriem locutionum, quae modum loquendi nec non ratiocinandi

Huius apostoli praeseferunt, exhibeant, placuit scriptori, ut haec omnia speciale argumentum tractationis constituant ac methodo historica et exegetica exponantur. Inter cetera rationalistarum placita scriptor speciales conatus contra scholam Tubingensem dirigidos proponit (I—VIII).

Prima pars sermonem de apostolo loco Iudee eligendo comprehendit (pp. 1—48). Discutitur diligenter de tempore et loco ubi electio loeum habuit, de Petri primatu, de ipso coetu, coram quo apostolus orationem habuit. Dein ipsa oratio exegetice et hermeneutice explicatur (1—41). Preces, quae ante electionem persolutae erant, beato Petro adiudicantur (41—48).

In secunda parte agitur de sermone die Pentecostes habitu (pp. 49—141). Tempore et loco discussso auctor specialem attentionem in donum linguarum (*γλωσσολαλία*) eo die apostolis infusum convertit illudque explicare studet non ut quamdam capacitatem pluribus linguis loquendi easque possidendi, sed tanquam statum exstaticum in quem rapti apostoli linguis adstantium eloquebantur (pp. 49—74.) Postea ipse sermo apostoli exponitur (pp. 74—141).

Pars tertia. Sanatio claudi ad ianuas templi Hierosolymitani et sermo hac occasione a Petro institutus (pp. 142—203).

Quarta pars complectitur sermonem apostoli ante synedrion habitum nec non preces fidelium Act. 4, 8—12, 19. 20, 24—30 (pp. 204—238). Etiam hoc loco scriptor beatum Petrum auctorem precum fuisse censet.

Pars quinta. Damnatio Ananiae et Saphirae (pp. 239—253). Exponuntur verba damnationis, quibus b. Petrus illos punivit ipsumque factum illustratur.

Pars sexta. Secunda oratio Petri ante synedrion habita Act. 5, 29—32 (pp. 254—261).

Pars septima continet damnationem Simonis magi (pp. 262—271); strenue veritas facti contra ineptias rationalistarum vindicatur.

Octava parte comprehenduntur ea, quae s. Petrus Aeneae et Tabithae dixit et sermones occasione conversionis Cornelii tum coram hoc tum coram fidelibus instituti (pp. 272—308). Iter b. Petri, visitatio Aeneae et Tabithae eorumque sanatio miraculosa (pp. 272—276) exponitur. Conversio Cornelii. Vindicatur veritas historica facti (pp. 277—286); dein sequitur expositio orationis coram Cornelio eiusque cognatis habitae (pp. 287—299). Tandem explicatur oratio, qua apostolus fidelibus Hierosolymitanis de sua cum gentilibus conversatione rationem reddidit et verba ab ipso post liberationem de carcere prolata Act. 12, 3—19 (pp. 299—308).

Pars nona. Oratio b. Petri in concilio Hierosolymitano habita (pp. 309—332). Veritas historica facti vindicatur et sermo apostoli enucleatur. Loco conclusionis auctor de charactere speciali, quem in modo theologicas conclusiones deducendi et genere dicendi sermones b. Petri exhibent, disserit (pp. 333—354). Scriptor ex ipso apostoli ingenio specificas notas eius „theologiae“ depromit. Haec plena est repraesentationibus et imaginibus, caret fere reflexionibus et abstractionibus. Apostolus non multum metaphysica delectatur, sed praefert facta. Non argumentatur,

neque polemice agit, sed docet. Ipse est cephas, petra fidei, non apostolus γράσσεως christianaæ". (p. 337). Alia nota specifica est stricta conexio cum Vetere Testamento, quae ipsi, utpote circumcisorum apostolo apprime convenit. Cardo demonstrationis et argumentationis b. Petri est Christus Iesus, verus Messias a Deo ad generis humani redemptionem missus, passus ab hominibus, et a Deo Patre gloriose resuscitatus. Ut homines iam veritatis conscientiam paenitentiam agant, apostolus modo speciali in momentum eschatologicum insistit. His omnibus consideratis *M.* miram esse inter b. Petri epistolas eiusque orationes affinitatem testatur, ex qua apparet tum has tum illas ad unum idemque individuum pertinere. Idem apparet ex genere dicendi, ubi abundant expressiones Aramaicae et ἄπαξ λεγόμενα, quibus epistolae eiusdem apostoli sunt refertae.

Liber omni laude dignus. Cum magna eruditione scriptor sanam criticam et profundam analysim colligit suasque proprias opiniones magna cum temperantia et modestia exhibit. Quod operi specialem valorem tribuit est eius vestis apologetica, qua sermones et verba apostoli contra rationalistarum nugas defenduntur eorumque authentia solide et strenue vindicatur. Non enim nuda verba apostoli criticae subiciuntur, sed simul omnes circumstantiae, in quibus prolatæ sunt, minutatim triturantur et perpenduntur. Licet *M.* in diiudicandis scientiae bibliacae argumentis auctores protestantes et Russos sequatur, tamen neque exegetas catholicos prorsus spernit (v. g. citantur Felten et Knabenbauer).

Hic non possumus silentio praeterire quaedam ab hoc. cl. scriptore de primatu b. apostoli Petri dicta. Pag. 17—18 disserens de apostolorum electione s. Petro tantummodo initium operis adiudicat non vero primatum, cuius virtute ipse ceteris novum apostolum eligendum proposuerit. Hoc operis initium (ιηπιτιατινα) nil aliud est nisi naturalis quaedam resultantia indolis b. apostoli, qui erat θεομός et semper praeceps ad quodvis opus incipiendum. Hanc suam opinionem auctoritate Chrysostomi fulcire conatur eiusque verba in hom. super Act. Apost. citat „Vide autem quomodo Petrus omnia ex communis sententia faciat nihilque cum auctoritate et cum imperio (οὐδὲν αὐθερτικῶς οὐδὲ ἀρχικῶς).” *M.* LX., 34.) Sed pace cl. scriptoris nonne haec ipsa verba primatum Petri clare ostendunt? Cur necesse fuit s. Patri hanc apostoli temperantiam et modestiam indicare si revera hic nulla pollebat in coapostolos potestate? Porro Chrysostomus non solum, ut *M.* existimat, in Petro agnoscit primatum propter indolem, aetatem atque obligationem moralem (sic!) fratres suos confirmandi, verum etiam propterea, quod Dominus illi gregem suum commisit. „Καὶ ὡς θεομός καὶ ὡς ἐμπιστευθεὶς παρ τοῦ χριστοῦ τὴν ποίησιν, καὶ ὡς τοῦ χριστοῦ προστος” (ibid. *M.* LX, 33). Ergo propter tria: a) quia fervens, b) quia ille, cui grex Christi conereditus est, c) quia primus inter coapostolos. Verba vero: καὶ ὡς ἐμπιστευθεὶς παρὰ τοῦ χριστοῦ τὴν ποίησιν non ad illud Lucae 22, 32 de fratribus confirmatione (morali, ut vult *M.*) sed ad illud Ioannis 21, 15—17, ubi Dominus Petro gregem suum committit, referuntur Mens Chrysostomi etiam clarius e sequentibus apparet: „Quid ergo, an Petro ipsi eligere non licebat? Li-

cebat utique, sed ne videretur ad gratiam facere, abstinet. (ibid. M. LX. 35—36; Edit. Russica Бесѣда III, стр. 34) „ita (Petrus) procul erat a vana gloria et ad unum tantum spectabat, quamquam non par forma apud omnes eius vigebat auctoritas (*τιμὴ καταστάσις*): sed iure haec sic gerebantur ob virtutem viri et quod nunc praefectura non honor esset (*ἡ ἐπιστασία ἡρώς τοῦ πολέμου*) sed providentia erga subditos. Tandem: Primus auctoritatem habet in negotio, ut cui omnes commissi fuissent. (ibid. Бесѣды ibid.). Ergo si b. Petrus cum apostolis consilium habuit, hoe minime fuit, quod auctoritatem non haberet, sed propter singularem eius virtutem, ob quam auctoritatem suam vix sentiri volebat. Ita Chrysostomus!

а pag. 78 — 79 scriptor in interpretandis verbis b. Petri cap. 2, 15 „Non enim sicut vos suspicamini, hi ebrii sunt“ difficultatem experitur, cur apostolus dicat „hi ebrii sunt“ loco „nōs ebrii sumus“? Varia adducit protestantium et rationalistarum commenta, tamen omnia tanquam nihil explicantia reicit (de interpretatione catholica nihil dicit). Ipse hoc modo explicare studet: „Naturalior explicatio esse videtur: Petrus apostolus ad dicendum aggreditur, incipit loqui distinete, clare, moderate, voce auctorativa (съ авторитетом въ голосѣ) et ita attentionem auditorum sibi parit: hoc iam ab eo sufficienter suspicionem ebrietatis removebat, ipse vero, ut loquens, ab aliis, qui tacebant, eam aufert (Какъ говорящій спытываетъ его и съ остальнымиъ молчавшимиъ р. 79). At nemo non videt hanc quoque interpretationem minime sustineri posse. Haec vera essent in sermonis decursu non autem in eius initio, quando quivis ebrius adhuc sui compos optime pauca verba clare, distinete et auctoritative proferre potest. Ipsi Petro tunc solummodo persuasum esse potuit, se a populo iam non ebrium existimari, cum effectum suo modo loquendi in populum iam productum esse observavit, quod in orationis initio, quando fors populi risus nondum cessavit, nullo modo accidere potuit. Contra, primatu Petri semel admisso, palmaris sequitur solutio. Loquitur enim tanquam superior subditos suos sibi a Christo commissos defendens.

Non possumus profecto consentire huic scriptori, quod Act. 15, 7—9 contendit nullum vestigium Petri primatus in eo, quod primus in concilio loquatur, inveniri posse (pp. 326—7). Quaestionis pondus non ita ininititur facto, quod Petrus prior Iacobo sententiam profert, sed effectu quem eius oratio produxit: Tacuit omnis multitudo ubi non sine fundamento theologi catholici auctoritatem b. Petri deprehendunt. Etiam S. Iacobus, licet postea loquatur (quod secundum auctorem potius praesidi convenit), tamen nihil in doctrina Petri mutat, sed illius sententiae acquiescit. Iam si haec omnia simul sumuntur, evidens fit, cur Petrus primus loquatur.

Interpretando illud apostoli: „quoniam ab antiquis diebus“ vers. 7, scriptor miratur, theologos catholicos non intelligere cur apostolus hoc tantum argumentum proferat, de praedicatione vero sua apud Romanos nihil dicat. „Nonne patet“, inquit M., „apostolum ante concilii convocationem Romae non fuisse!“ (p. 328). Sed aliquid in ista consideratione scriptorem effugit. Felten (Die Apostelgeschichte), quem M.

citat, haec habet: „Es könnte auffallend erscheinen, dass der hl. Petrus sich nicht auf seine eigene Wirksamkeit in der Heidenwelt beruft, da er doch damals bereits zu Rom gepredigt und sich wenigstens auch an die mit der Synagoge in Verbindung stehenden gewendet hat.“ (p. 291) Ergo non solum silentium apostoli de iis quae Romae gesserat, sed quae generatim apud gentiles egerat admirationem Dr. Felten excitat. Ceterum nullam difficultatem adesse per se patet. Apostolus enim: a) loquitur de sua missione apud gentiles tanquam de re omnibus nota: „Vos scitis“, ex quo infertur b) eum velle in memoriam auditorum revocare ipsum praedicationis suae initium, quippe ipso mediante gentes prima vice evangelium audierant. Insuper hoc factum (i. e. Cornelii conversio) unicum erat, quo ante baptismum Spiritus Sanctus super gentiles descendit: ex quo Apostolus recte argumentari potuit: „Et nihil diserevit inter nos et illos, fide purificans corda eorum.“ (v. 9). Nulla igitur post haec necessitas fuit, ut Petrus de progressu praedicationis suae apud gentes loqueretur.

Dr. Leonini.

*S. Melgunov. Церковь и государство въ Россіи. (Cerkov' i gosudarstvo v Rossii) De ecclesia et regimine politico in Russia. Moscoviae, in 8°, an. 1907 pret. 50 kop.; pag. V+193, cum 16 tabulis pictis in textu.*

Sub hoc titulo scriptor diversos articulos ab se annis 1904—06 conscriptos in unum librum collectos publici iuris fecit. Cum quidam ex his articulis iam ante annum 1905 scripti sint, auctor totum librum in tres veluti periodos divisit. Pars prima: Quomodo tempore antiquo potestas civilis adversus ecclesiam se gesserit (pp. 1—77); pars secunda: edictum de conscientiae libertate an. 1905 et effectus ab eo producti describuntur (pp. 77—152); pars tertia: de iis quae sub novo regimine constitutionali in ecclesia Russica mutanda sint (pp. 155—193).

In prima parte sermo est de relationibus quae post Petrum Magnum et ante eum inter ecclesiam Russicam et statum vigebant et de completa ecclesiae servitute, quae inde orta est. Item de legibus quibus gubernium Russicum tum vetero-ritualistas tum alios sectarios persequebatur. In secunda parte auctor ostendit differentiam inter illam libertatis conscientiae proclamationem anno 1905 factam et huius edicti per regimen bureaucraticum exsecutionem vel potius irritationem.

In tertia parte auctor inter quae in ecclesia Russica reformanda sunt et quae ab Russis eruditioribus desiderantur indicat renovationem regiminis ecclesiastici, abolitionem legum, quibus veteroritualistae et sectarii vexantur amnestiam delinquentibus in materia religionis concedendam.

Relictis propriis auctoris sententiis de conscientiae libertate et ipsa religionis substantia, ubi aliquando plus aequo sententiis liberalibus indulgere videtur, reliqua operis pars iis, qui coaequam ecclesiae Russicae vitam magis intellegere cupiunt, sat bene inserviet.

Dr. Leonini.

**Bogoslovskij Věstnik** 1907.

S. Bratkov: Učebnaja reforma v seminarijah rimsko-katolièeskago duhovenstva (De ordine in Romano-catholicis seminariis mutando) I, 475—512. *B.* ea, quae in catholicis seminariis explicantur, obsoleta esse et obsoleto modo tradi existimat; eoque laborare seminaria, quod scholasticismum et linguam Latinam colant nec disciplinarum, quae naturae investigatione continentur, ratio habeatur. Praeprimis RP. Pius X., quod seminariorum progressui suis encyclicis impedimenta posuerit, vituperatur.

P. Kremlerskij: Drevnij diakonat i ego vozstanovlenie (Antiquus diaconatus eiusque restitutio) I, 587—594.

Clerus, ut ex suis laboribus spiritualibus fructum capere possit, manum apponere et adlaborare debet, ut populo etiam in temporalibus prospere succedat. Quam ob causam diaconatus, prout principio in ecclesia habebatur, restituendus est. Eo enim tempore diaconi temporalibus praepositi erant et hac ratione fidelibus succurrebant. Quae licet verissima sint et temporibus nostris quam maxime necessaria, tamen in eo *K.* errat, quod diaconum priunitus ad sola temporalia administranda designatum et destinatum fuisse putat, qua in re Patres antiqui ei minime consentiunt.

D. Konorarov: Religioznyj ekstaz v russkom mističeskom sektantstvě I, 595—615; II, 649—695; III, 312—351. Materia nondum absoluta est. Mira, quae in religiosa vita apud varias sectas evenire narratur, describit et exponit. Quae discussio ad mysticismum in Russia cognoscendum cum multa opera alleget multum conferre potest.

N. Dobronravov: Horepiskopy v drevnej vostočnoj Cerkvi (Chorepiscopi in antiqua Ecclesia orientali) II, 1—30; III, 411—436. Dobronravov in hac commentatione operi »Das Institut der Chorbischöfe im Orient. Historisch-kanonische Studie von Dr. Franz Gillmann. München 1903 innititur Chorepiscopi nomine designatur episcopus, qui non in civitate sed in vicis munus pastorale gerebat. *D.* monet, ut tempus originis chorepiscoporum designari possit, ad duo attendendum esse: *a)* tempus, quo primo in pagis et vicis christianaे fidei lumen propagari coeptum est, debet explorari; *b)* inquirendum est, quae ratio inter chorepiscopum et civitatis episcopum intercesserit.

Quibus exploratis et instituta historica inquisitione tenendum putat scriptor chorepiscoporum munus ab ipsis apostolis institutum esse numerumque ipsorum tempore procedente auctum esse (cf. p. 13 sqq.) Chorepiscopi tamen, cum nullae rationes pro contraria opinione stent, initio sui iuris erant idque eo magis dicendum, quod primis temporibus communi nomine cum civitatis episcopo appellabantur (p. 14). At tempore procedente episcopi urbani auctoritas et propter politicam urbis dignitatem et propter moralem chorepiscoporum ab urbis episcopo saltem in fide vicorum ab urbis fidelibus suscipienda dependentiam paulatim crescere coepit. Cum vero post Valeriani persecutionem saeculo III. descendente ecclesia pacem assuta esset et late diffunderetur, pugna haec moralis inter episcopum urbis et chorepiscopum acerrima evasit (p. 15). Quae pugna eo finita est, quod chorepiscopi episcopo urbis obnoxii facti eamque ob rem etiam speciali nomine »chorepiscoporum« appellati sunt. Quam chorepiscoporum dependentiam synodus Neocaesariensis c. 14. decreto conciliari sanxit (p. 16) Saeculo VI<sup>o</sup> ad finem vergente magnis passibus hoc institutum interitui appropinquare coepit. Cuius rei causam *K.* in eo videt, quod urbis episcopus suam auctoritatem per chorepiscoporum institutum opprimi putabat. VII. synodus oecumenica legibus suis chorepiscoporum interitum maturavit, ita ut iam saeculo XII<sup>o</sup> Balsamon, canonum interpres, chorepiscopis quasi necrologum scriberet (p. 22 sq).

Utrum vero chorepiscopi ordine episcopali insigniti fuerint necne multum in utramque partem disputatum est. K. variis ecclesiae antiquae canonibus perlustratis chorepiscopos, cum ordinandi potestatem haberent, pro veris episcopis habitos esse existimat (III, 411 sqq). Ad eorum autem munus haec pertinebant: *a)* inferiores ordines conferre; *b)* in civitate celebrare (—secus atque alii sacerdotes); *c)* clericis sibi subditis litteras pacificas dare (p. 434 sq).

*A. Lebedev:* Dva pionera cerkovno-istoričeskoy nauki i nemnogija svěděniya, o žrebjah ih preemnikov (De duobus fundatoribus ecclesiastico-historicae disciplinae ac de eorum successoribus) II, 101—107.

A Constantinopolis interitu apud Graecos nullus, qui solidum opus historicum conscriberet, exstitit. Duo tantum opera a Graecis composita nominari solent: *a)* »Historia Ierosolym. patriarcharum» a Dositheo patr. Ierosol. initio saec. XVIII. edita, et *b)* »Historia ecclesiastica« a. 1783 a metr. Athenensi Meletio typis mandata Idem rerum status etiam in Russia cernitur Usque ad saec. XVIII. nullum opus, quod via ac ratione compositum esset, editum est. Cuius rei variae causae adduci possunt. Tandem cum exeunte saec. XVIII<sup>o</sup> s. synodus decrevisset, ut historia ecclesiastica in ecclesiasticis academiis traduceretur, res in melius commutata est. Id enim professoribus, qui historiam ecclesiasticam tradebant, incitamento fuit, ut libros, ex quibus discipuli historiam disserent, conscriberent. Quae historiae ecclesiasticae initia Lebedev hic enarrat. Episcopi Methodius et Innocentius primi libros de historia ecclesiastica tractantes composuerunt. Methodius (Michaël) Smirnov (1761—1815), episcopus Tveriensis, postea Psvoviensis, a. 1805 opus Latina lingua conscriptum: »Liber historicus in primitiva sive trium primorum et quarti ineuntis saeculorum ecclesia christiana« Moscoviae edidit. Opus, cum in legente solidam rerum cognitionem requirat, potius magistris quam discipulis adiumento esse potuit. Operis auctor solida eruditione, mente critica excellens in operis compositione liber esse studuit. Similes virtutes etiam alterum historicum, ep. Innocentium exornabant. Innocentius (Harion) Smirnov (1784—1819), prof. historiae in academia Petropolitana, a. 1819 episcopus Penzensis: »Начертание церковной истории отъ библейскихъ временъ до XVIII. вѣка», duos tomos a. 1817 Petropoli edidit.

Uterque Methodius et Innocentius, Moscovia oriundi, una cum metr. Platone scholam historicam Moscoviae excitarunt. Ad quam scholam pertinent Philaretus ep. Černigoviensis, rector A. V. Gorskij, acad. E. E. Golubinskij, N. I. Subbotin, A. Lebedev. Qua occasione usus Lebedev condicionem et rationem, quomodo historici, praesertim academiae Moscovensis professores variis temporibus tractati sint, depingit.

*N. Tunickij:* Drevnija skazanija o čudesnyh javlenijah Mładenea Hrista v evharistii (Antiquae legendae de viso Iesu infante in eucharistia) II, 201—229. Fides, quam tradit ecclesia de Christo Iesu in ss. Eucharistiae sacram. praesente deque modo, quo Christus in Eucharistia praesens fiat (consecratio), tempore procedente a populo Christiano variis additamentis augebatur. De Christo sub forma infantis in augustissimo Eucharistiae sacramento viso varias legendas praecipue Slavicis percurrentis cuiusdam mentionem facit, quae solum in lingua Slavica habetur, quae Graeca lingua composita Gregorio Nazianzeno adscribitur.

*B. Grečer:* »Zavolžskie starcy v literaturnom rěšenii spornyh voprosov russkoj cerkovno-obščestvennoj žizni konca XV. i XVI. vv.; II, 477—522.

Russi, cum eo tempore a Graecis fidem christianam suscepissent, quo Graecia politice debilitata in rebus religionis praeprimis cultum externum amabat atque exhibebat, tempore procedente caerimonias

atque externum cultum inter fidei dogmata reponebant. Quo in errore Constantinopolis interitus atque unio Graecorum in concilio Florentino eum sede Romana Russos confirmarunt atque effecerunt, ut se magis devotos Graecis existimantes pietatem suam in rebus externis colloarent. Eandem viam monachi quoque tenebant, praesertim a saec. XVI<sup>o</sup>. Hinc mirum esse non potest, si studio contrarii abrepti posteriores etiam dogmata reicere audebant. Quos haereticos cum synodus an. 1503 morti tradere vellet, inter alios Paulus Jaroslavov et Nilus Sorskij (завоеваные старцы) restiterunt. Hi duo viri suis laboribus litterariis ad solvendas quaestiones de relationibus ecclesiae ad gubernium deque religiosa tolerantia multum contulerunt. Quorum virorum conamina *G* describere intendit. Res finita nondum est.

N. Smirnov: Христіанско-соціалное движеніе (De christiano-sociali quaestione) II, 523—557.

Saeulum XIX<sup>um</sup> prae oculis habens, S. socialistarum et christianorum in quaestione sociali solvenda conamina considerat. Christianorum labores effectusque laborum nigris coloribus desribenti nulla spes affulget rem in melius mutatum iri.

N. Kuznetsov: К вопросу о церковном имуществе в отношении государства к церкви в межевом и менинском в России (De beneficiis ecclesiasticis ac de gubernii ad ea relatione in Russia) II, 592—648; III, 61—88; 203—260.

Ecclesia utpote societas visibilis, ut possit esse ac munus suum implere, res ad id opportunas habeat necesse est. Quam ob rem, ut bona temporalia possideat possidetique potestatem habeat, omnino requiritur. Hisce praemissis K. quomodo gubernia, nempe Byzantium et Russicum bona ecclesiastica tractaverint, anquirit atque enarrat. Graeci et Russi bona ecclesiae temporalia semper pro rebus ad ecclesiam pertinentibus ac Deo dicatis atque ideo pro rebus, quae alienari non possent, habebant. Quae bona in Russia primo a Petro M. et Catharina II. profana facta sunt. Quam agendi Russorum imperatorum rationem K. ita explicare conatur: α) ecclesia Russiaca haec bona non semper ad finem intentum applicabat, ideo gubernium hac in re ecclesiam iuvare studuit, etsi non raro — quod fateri veritate cogitur — gubernium civile eadem bona ad alios fines reapse applicabat; β) hunc eventum maturavit et regiminis ecclesiastici in Russia exauguratio et opinio ac iudicium de bonis ecclesiasticis, quod in Graecia vigens ad Russos transiit. Gubernium tamen civile, cum in Russia bona ecclesiae sequestraret, solum bono consilio hac in re movebatur; etenim omnibus modis ecclesiae bona tueri ac defendere conabatur et semper bona nominata pro bonis inalienabilibus habebat. Ut vero quaestio de bonis ecclesiasticis bene solvi possit, praeprimis attendendum est, quae regiminis civilis ad ecclesiam relatio sit. Cum gubernium indirekte ac remote eundem finem atque ecclesia prosequatur, i. e. cum per prosperitatem temporalem cives in adipiscendo fine ultimo adiuvare teneatur, sub nullo praetextu ecclesiae bona adimere potest; dein cum se rebus ecclesiasticis immiscet, nihil nisi bonum et commodum ecclesiae quaerere debet. Quem agendi modum et historia ecclesiastica et Russorum indoles requirunt. Iuxta auctorem autem ad rite administranda ecclesiae bona: α) fundi, quos ecclesia in Russia possidet, relinquendi sunt; β) synodale regimen, ad quod etiam laici pertinere debent, in ecclesia Russiaca introducendum est; γ) in posterum quoque, sicut ad praesens tempus fieri solebat, imperatoris licentia expetenda est, quoties bona ecclesiastica maioris momenti alienanda sunt.

Commentatio haec in universum solida est. Mira tantum esse incipit, cum K. de laicorum et imperatoris partibus in rebus ecclesiasticis loqui incipit. In fine disquisitionis tria idem postulat: 1. ut ecclesiae bona semper pro sanctis et inalienabilibus habeantur; 2. ec-

clesiae, vel etiam monasteria, quae inopia laborant, simili ratione bonis domentur; 3 nonnullae leges civiles utpote bonorum ecclesiasticorum naturae atque indoli contrariae mutandae sunt. Quae postulata collegium, ad materiam praeparandam de qua synodus ecclesiastica decernat institutum, rata ac iusta habuit.

*A. Malein:* Latinskij cerkovnyj jazyk (De ecclesiastica lingua Latina) II, 253—320. *M.* Latinae linguae et litteraturae christiana fata atque evolutionem a primis aetatis christiana temporibus percurrit. Qua occasione etiam, quomodo lingua Latina in Russieis scholis ecclesiasticis tractata sit, enarrat.

*A. Spasskij:* Věra v demonov v drevnej cerkvi i borba s nimi (Sententiae de diaboliis in antiqua ecclesia atque pugna cum illis) II, 357—391.

*Th. Titov* Moskovskij mitropolit Makarij Bulgakov, II, 392—400. Die 8. Iunii 1882 mortuus est unus ex celeberrimis historicis ecclesiae Russicae. Ep. Macarius fuit vir laboris amans; ex theologicis disciplinis praecipue historiae ecclesiasticae vacabat. Eos autem progressus in historia ecclesiastica fecit, ut merito ipse novam epocham incepisse dici possit. Etenim non solum multam materiam ad historiam ecclesiasticam conscribendam concessit, verum etiam opus pulchra atque accurata et critica ratione composuit. Haec professoris Titov verba in episcopi Macarii laudem conscripta sunt.

*A. Lebedev:* K moej učeno-literaturnoj avtobiografii i materialy dlja harakteristiki bezprincipnoj kritiki, II, 401—425. Lebedev iam a. 1896 promisit se rerum suarum commentarios in XII tomo operum suorum, quae edere coepit, editurum esse. Quare, cum solum tomuni decimum edidisset, loco plenaе historiae suaе vitae synopsim conscripsit, ut sic saltem lectorum suorum desiderio satisfaceret.

*A. Preobraženskij:* Iz očerkov sovremenennago anglikanskova (Quaedam de Anglicanae ecclesiae statu) III, 122—159, 261—281. A. 1906, 2. Iulii constitutum est in Anglia collegium, quod ut dissidia ritualia componeret, sibi ius ac officium demandatum habuit. Cuius collegii labores ac dignitas exponuntur et simul etiam ritualismi qui dicitur eventus ac progressus describitur.

*A. Kirčer:* De VII. internationali conventu vetero-catholicorum Hagae Comitum (Haag) habitu et nostrae ecclesiae officiis, III, 371—396. Vetero-catholicorum conventu descripto K. animadvertisit in quaestione num vetero-catholici orthodoxis uniri possint, diligent distinctione opus esse inter fidei dogmata et conclusiones, quas theologi humana ratione e fidei mysteriis deduxerunt. Ad quas theologorum conclusiones Kirčev processionem Spiritus Sancti a Patre et Filio ac panis et vini in ss. Christi corpus et sanguinem transmutationem adnumerat. Qua in re unicuique fidei libertatem permittit. Primam quaestionem (Sp. Si. a Filio processionem) certam non esse ideo existimat; quia Patres hac in re dissenserint. Etiam in secunda quaestione a K. libertas doctrinae proponitur, quia Patres, etsi de praesentia, non tamen de transmutatione quidquam testentur, et, quia Philaretus in primis catechismi orthodoxi editionibus et rituale, iuxta quod non-orthodoxi ad fidem orthodoxam adiunguntur, hoc verbum transmutationis prorsus omittunt.

*A. Orlov:* Proishoždenie i harakter t. n fragmentov ex opere historico Ilarija Piktavijskago (De fragmentorum, quae dicunt, ex opere historico Hilarii Pictaviensis origine et indole) III, 352—370, 468—493. O. ex Hieronymi et Rufini testimoniis atque ex codicium manuscriptorum, in quibus haec fragmenta conscripta habentur, indole ac natura concludit saltem maiorem fragmentorum partem s. Hilarii opus esse et omnia fragmenta unum librum, in quo Sardicensis concilii historia exponebatur, constituisse (contra Schanz). Res nondum finita est.

*P. V. Nikolskij, „Письма о русскомъ богословіи“*  
(Pis'ma o russkom bogoslovii) „*Litterae de theologia Russorum*“. Petropoli, an. 1907; pp. 109, pret. 45 kop.

Praesentes „litterae“ sunt veluti continuatio illarum decem, quas scriptor anno 1903—1904 in folio periodico „Pravoslavnyj Putevoditel“ (Православный Путеводитель) conscripsit, ubi novos opinio- num torrentes inter theologos et philosophos Russos recensuit. Proinde litterae istae, ab eo libro speciali editae, sunt undecimae et duodecimae.

In litteris primis (pp. 1—67) exponitur et criticae subicitur sistema philosophicum Nesmělovii academie ecclesiastice Kazaniensis professoris, cuius opera partim iam edita sunt (vid. „Slavor. Litt. an. 1907, No. 1. p. 56) partim adhuc latent. In litteris secundis (pp. 68—109) criticae subiciuntur opera comitis Trubeckoj: „Doctrina de Verbo et eius historia“ („Ученіе о логосѣ и его истории“ — Трубецкой) et eius adversarii Starobělskij (et archiep. Antonii Volynensis). Systema prof. Nesmělov scriptor tanquam systema novum, ingeniose compositum laudibus prosequitur, sed quasdam naevos in eo esse fatetur. Utilem quoque esse librum a Trubeckoj editum indicat. sed defecutum puritatis doctrinae christianaе de Verbo in eo improbat et in hac re plane cum Starobělskij et arch. Antonio consentit. Ideas singulares de Verbo Antonii, licet non reiciat, tamen parum fundatas et demonstratas esse dicit.

Dr. Leonini.

*Th. Prohorenko, Русская духовная миссия въ Японіи и Кореѣ. Missio ecclesiastica Russorum apud Japonenses et Coreenses.* Harkov, an. 1907, in 8°, pag. 101; pret. 60 kop.

Quaedam de hoc argumento lectoribus nostris iam nota sunt, quia anno III. 1907, No. 1 „Slavor. Litt.“ (pp. 37—38) p. Palmieri inter ceteros periodici „Vѣра и Razum“ (Вѣра и Разумъ) articulos recensuit etiam illud Prohorenko „Missio ecclesiastica Russorum apud Japones“. Praesens opus nihil aliud est nisi ampliatio eius materiae, quam articulis supradicti folii periodici scriptor tractavit. Nova est ea pars (pp. 83—101), quae de missione Russia in Corea tractat. Auctor originem missionis orthodoxae eiusque statum praesentem describit. Tria sunt, quae secundum auctorem progressum religionis christianaе haud parum impediunt, nempe: status abiectus mulierum, modus concipiendi Coreanorum, quo varias religiones simul veras esse posse autu- mant, denique missionariorum agendi ratio, qui fors plus aequo rebus politicis se immiscent.

Si quasdam opiniones (ex. gr. de missionariis catholicis) nimis subiectivas excipias, opus omnino attentionem eorum, qui hisce rebus occupantur, meretur.

L.

*D. I. Ilcovskij, Исторія Россіи.* (Istorija Rossii) t. I. 2 (Periody kievskij i vladimirskij). Moskva (Kušnerev) 1906. Pg. XX+775. Pr. rub. 4.

Altera editio primi voluminis Historiae Russiae<sup>z</sup> professoris Ilcovskij non multum differt a prima editione iam ante triginta annos publicata. Opinionem suam de initiis imperii Russici I. non mutavit.

Primam notitiam historicam de gente Russica invenit in narratione Strabonis de bello Mithridatis cum Tauroscythis eorumque sociis Roxolanis (apud I. „Rossolanis“) anno 94. a. Chr. (pg. IX). Haec vero opinio falsa est; Roxolani de familia Iranica fuerunt. Item falsa est eius opinio qua Hunnos Slavis adnumerat (pg. XIII).

Alia ex parte I. gentem Normanico-germanicam (Varjagi in vetus imperium Kiovicense ullum influxum habuisse negat: indubia vero de hoc influxu testimonia, nomina veterum ducum Kiovensis (Igor-Ingver, Olga-Helga, Hakon, Sveneld, Tudor etc.) cavillationibus etymologicis cum grammatica et historia pugnantibus, enervare studet (1—48).

I. merito „historiographus aulicus“ nominatur; libros enim scholare conscripsit eas secutus ideas, quibus nunc gubernium Russicum dirigitur. Eadem ideae in praesenti quoque opere apparatu ampliore ac scientifico exornatae auctorem dirigebant: „orthodoxia“, absolutismus, nationalismus Russicus. Ex hisce ideis praeconceptis explicandus est loquendi modus papae rebusque catholice inimicus. Nihilominus opus professoris I. non caret valore scientifico, atque auctor illis locis, ubi opinionibus indicatis non impeditur, rem modo obiectivo ac scientifico tractat.

Dr. L. L.

## BULGARICA.

*Ир. Popov. Ръководство за изучаване пророческите книги на ветхата Закътка* (Rakovodstvo za izučvane proročeskite knigi na vethija zavět) (**Liber manualis de libris Propheticis V. T.**) Ed. s. syndici ecclesiae Bulgaricae. Sophia 1907. Pg. 345. Pr. 2 fr.

P., professor seminarii Bulgarici Constantinopolitani, opus suum de propheticis libris V T. in usum practicum scholarum composuit. In opere conseribendo solum Russicis litteris exegeticis et introductorii usus est: litteratura occidentalis nullibi allegatur. De singulis prophetis tum maioribus tum minoribus ita agit, ut primo loco quaestiones introductoriae breviter absolvantur, deinde argumentum libri uberius evolvatur. Quoad partes deuterocanonicas libri Danielis sequitur opinionem theologorum Russorum, qui libros deuterocanonicos utiles, pios, veraces, non tamen canonicos vel inspiratos esse tenent. Opus praesens usui pratico bene et apte compositum est.

F. G.

**Pręgled annus I. (1907—1908) n. 7. 8.**

*D. A. Ihćier, Turški dokumenti za Sofijskata eparchija* (Documenta Turcica dioecesis Sophiensis) 318—325, 388—398.

Publicantur 9 documenta Tureica (in versione Bulgarica) e saeculo XVII.

Numero 8. primus annus huius publicationis absolvitur. Abhinc haec publicatio non amplius apparebit. Unicus igitur remanet »Сърковен Вѣстник«, qui quaestiones theologicas aliquatenus tractat. Signum miseri status litterarum theologicarum apud Bulgarios!

## CROATICA.

*I. S. B. L., Sveti Dujam biskup i mučenik Solinski (De s. Domnione episcopo et martyre Salonensi).* Dissertatio historico-archaeologica, Spljet 1906. P. 132.

Eftossiones archaeologicae, quae Salonae in Dalmatia praeeuntibus viris doctissimis systematice instituuntur, quaestionem moverunt, quae ultimis annis multorum opusculorum ansa fuit. Quaestio haec s. Domnionem vel s. Doimum tangit, episcopum et martyrem Salonensem, quem per saecula credebatur fuisse discipulum s. Petri Apostoli, martyrium sub Traiano imperatore a. 107. passum esse, ossa vero eius inde a temporibus archiepiscopi Ioannis Ravennatis (650) Spalati quiescere et hucusque in ecclesia metropolitana Spalatensi pia veneratione coli. Dubium contra piam traditionem iam saec. 17. motum est ab Antonio Matijašević-Caramaneo, contra quem Farlati in „Illyrico Sacro“ scripsit. Nunc ad defendendam antiquam traditionem surrexerunt Milić, Granić, Anonymus A. C. d. Pietro, P Dr. Marković, anonymous Prosit et Dević, contra traditionem vero pugnant Fr. Bulić, peritissimus effosionum Salonensium, De Sanctis, Zeiller, Delehaye docentes, s. Domnionem vel Doimum episcopum et martyrem Salonae sub Diocletiano passum esse eiusque corpus sub pontificatu Ioannis IV ab abbatе Martino Roman translatum esse ibique hodie quiescere. Media via clarissimus Dr. Jelić profectus est utramque sententiam coniungendo et duos s. Domniones episcopos et martyres Salonenses statuendo, quorum alter Spalati alter Romae reliquias habeat.

Anctor anonymous in dissertatione historico-archaeologica collatis sententiis et argumentis utriusque partis sententiam Francisci Bulić aliorumque archaeologorum propugnat.

In parte I. (p. 1—50) apparatu scientifico probat, s. Domnionem episcopum et martyrem Salonae sub Diocletiano passum esse, et quidem 11. (10.) Aprilis a. 304; s. Domnionis vero, discipuli b. Petri, primam mentionem omnino certam anno 1139 in epistola pontificis Innocentii II. occurrere. Quod vitam s. Domnii ex saec. 11. attinet, ad quam defensores Domnionis, discipuli b. Petri, provocant, anonymous ostendit, vitam, in quantum veritatem historicam continet, s. Domnioni aetatis Diocletiani suffragari, nullo vero modo illi priori Domnioni.

In parte II. (51—77) anonymous argumenta historica adfert, ex quibus patet, ossa s. Domnionis Romae in oratorio Lateranensi s. Venantii inde a tempore Ieannis IV. inveniri. Deinde argumenta contrariae sententiae (sc. de translatione corporis s. Domnionis Spalatum) perquirit eorumque debilitatem illustrat.

In parte III. (78—132) eandem materiam de s. reliquiis tractat, idque polemice contra libellos A. C. di Pietro et clarissimi Dris Marković.

Dissertatio, Francisco Bulić dedicata, magna pollet claritate et argumentorum vi, ita ut veritatem sententiae propugnatae omnino suadeat. Cum dissertatione de re maximopere agitata nec non etiam de

auctoritate archaeologi domini Bulić agatur, totum eius argumentum lingua Italica fuse attulit „Bulletino d' archeologia e storia dalm. in Supplemento n. 1--4 a. 1907 (Recensione di alcuni opuscoli risguardanti la questione dei martiri Salonitani). Dr. K. Dočkal.

Dr. Rudolf Vimer, Život sv. Pavla (Vita s. Pauli). Na svijet izdalо društvo sv. Jeronima. (In lucem edidit societas s. Hieronymi) Zagrabiae 1907. Pag. 269.

Vita atque doctrina s. Pauli nullo non tempore obiectum praeципuum legendi scribendique constituebat. Recentiore tempore praeccunte clarissimo auctore Viennensi Dre. Fr. Poelzl maiore etiam studio vitae doctrinaeque s. Pauli insudatur. Ut populus quoque Croaticus hisce studiis locupletetur, ut magnum gentium Apostolum cognoscat et sectetur, societas Hieronymi „Vitam s. Pauli“ conscriptam a Dre. Rudolpho Vinner, professore Novi Testamenti in Universitate Zagrabiensi, in lucem edidit.

Septem sectionibus Vimer totam vitam s. Pauli resque omnes cohaerentes tractat. Sectio I. vitam enarrat s. Pauli a nativitate usque ad conversionem (1—17), II. a conversione usque ad primum iter apostolicum (18—52), III. describit primum iter apostolicum (53—100), IV secundum (101—141), V tertium (142—166), VI. considerat s. Pauli captivitatem (167—240). VII. loquitur de ultimis eius vitae diebus (241—269).

Propter scopum practicum tractandi modus popularis est, stilus vero populo optime accommodatus. Ast non obstante modo stiloque populari res omnes ad vitam s. Pauli quomodounque spectantes minutim respiciuntur urbes regionesque vivide describuntur, consuetudines antiquae clare incundeque exponuntur, vitae fata pragmatice (relate ad Dei providentiam) narrantur, sermones magna cum perspicuitate expountur, opiniones non sine argumentis adferuntur, res incertae vel ignotae (s. Pauli morbus, curriculum vitae deficientibus fontibus etc.) nunquam opinionibus improbabilibus vel fabulis fulciuntur.

Optimis libri partibus illae adnumerandae sunt, ubi Tarsus, urbs natalis s. Pauli, ubi status qui nunc est urbis Damasci, vita moralis Antiochenium antiquorum, situs insulae Cypri, topographia, momentum vitaque moralis et socialis Corinthi, Ephesi et Caesareae describitur. Simili modo Via Appia, incendium Romae nec non loca, ubi conventus primorum christianorum fiebant, praeclare ante oculos ponuntur. Descriptio urbium orientalium eo vividior et pulchrior evadit, quo magis auctor ex propria experientia in peregrinatione orientali collecta loquitur.

Ex sermonibus s. Pauli propter claram et dilucidam expositionem extollendi sunt praeципue: sermo Antiochiae in Pisidia, Athenis in areopago, Ierosolymis coram synedrio et Caesareae coram Felice, Festo et Herode Agrippa habiti. In sermone Antiocheno, qui ad modum paraphraseos declaratur, non semper clare distinguitur, quid sit s. Pauli quid vero exegetae.

Quoad nomen Pauli auctor illi sententiae firmiter adhaeret, quae tenet, Saulum nomen Romanum Pauli inde a nativitate habuisse. Sub

fornicatione in decreto apostolico („ut abstineatis vos ab immolatis simulacorum et sanguine et suffocato et fornicatione. Act. 15, 29) intellegit connubium cum muliere gentili, quae sententia probabilior videtur quam contraria.

Liber etsi populo adaptatus, etiam theologiae peritis utilis est.

Dr. K. Dočkal.

## PARS DISSENSIONIBUS INTER ECCLESIAM OCCIDENTALEM ET ORIENTALEM COMPO-NENDIS DESTINATA.

*Quaestio III. De subiecto (exercendae) potestatis clavium.*

### Thesis VIII.

Completae potestatis remittendi peccata mortalia subiectum est solum sacerdos, qui habet iurisdictionem ecclesiae iudiciorum in foro interno per concessionem summi pontificis, qui habet immediate a Deo iurisdictionem in omnes fideles.

Declar. 1. De fide est ad actum remittendi peccata in sacramento poenitentiae necessariam esse potestatem ordinis (cf. Trid. Sess. 14 cn. 10) et proximum fidei requiri iurisdictionem. Potestas iurisdictionis, sive quod idem est, iurisdictio, superioritas ecclesiastica, est potestas dirigendi et efficaciter urgendi actiones fidelium in finem supernaturalem. Quare triplex est eius species: legislativa, iudicaria, coactiva. Potestatis iudicariae „proprium est circa actiones hominum sententiam ferre, reum damnare, insontem seu dignum solutione absolvere poenasque decernere. In ecclesia vere sicut duplex est forum, ita duplex est potestas iudicialis: potestas nempe in foro externo, in quo iudicium de actionibus fidelium fertur, prout referuntur ad ecclesiasticam societatem et potestas in foro interno, in quo iudicium de iisdem fertur, prout referuntur immediate in Deum, seu ut sunt offensa Dei. D. Palmieri, De poen. th. 16. I. Utroque haec potestas inter se et a potestate ordinis separata esse potest. Cf. Lainez, Disp. Trid. Quaest. VI n. 271—285.

Potestas ordinis est relate ad remittenda peccata potestas incompleta, i. e. non est ita completa, ut tantum materia circa quam requiratur ad eam exercendam. Per ordinationem accipit sacerdos solum potestatem gratiam infundendi in remissionem peccatorum. Per iurisdictionem dictam completur haec potestas ita, ut oriatur potestas gratiam remissivam infundendi per modum iudicii.

Cum sit duplex clavis distinguendus, alter ad iudicium pertinens, alter ad solutionem, sacerdos vi iurisdictionis habet potestatem inquirendi conscientiam, sed completam non habet, nisi vi ordinationis, quatenus illa potestas non conceditur nisi in ordine ad solutionem; vi ordinationis habet potestatem tollendi peccatum sed non completam nisi iurisdictione, quatenus non potest tollere peccata nisi per modum

iudicii, praecedente cognitione iudiciali. Similiter dicendum est de retentione.

„Quocirca, cum in aliis sacramentis administrandis iurisdictio sit condicio externa actui regatque usum potestatis ordinis, illud praestans, ut sit legitimus, in hoc sacramento est condicio intrinseca actus, qui est essentialiter actus iudicialis, ideoque iurisdictionis. Palmieri. De poen. th. 16, II, 4<sup>o</sup>.

2. Ad remittenda peccata non esse opus potestate ordinis sed laicos probos absolvere posse iam a Valdensibus statutum esse testatur Reinerus. — Quos alii haeretici seuti sunt, ut Lutherus (cf. damn. artic. 13). — Morinus, Martene, Rigaltius arbitrantur ecclesiae veteris consuetudinem fuisse, ut in necessitate diaconi quoque absolutionem impertirent.

Per ordinationem ipsam conferri completam potestatem clavium docuit Viclef (De potestate papae c. 11) et alii haeretici, de quibus narrat Pallavicinus l. 12, c. 10. Eundem errorem renovavit auctor operis inscripti: Consultation sur la jurisdiction etc. editi a. 1734. I. Hus, quem iurisdictionis necessitatem negasse docet Lenz. (Učení mistra Jana Husi. Pr. 1875, p. 152), In l. 4. Sent. d. 18 (p. 607) dicit: „Patet, quod omnes sacerdotes habent claves ecclesiae, quamvis non usum clavium, cum aliquibus usus per superiores sit ligatus et aliqui nesciunt uti clavibus [absolventes etiam indignos, quod frustra est] — aliqui non possunt, ut patet de surdis, mutis vel aliter infirmatis“. Sed nec defuerunt „auctores catholici, qui dicent dari in ipsa ordinatione sacerdotis iurisdictionem, qui consequenter insinuant in re non esse distinctam a potestate ordinis nec separabilem ab ipsa. Quam opinionem valde probabilem existimat Durandus, in eam inclinat Almainus, illam defendit Armacanus. Suarez. Sed hi cum non negabant absolutionem datam a simplici sacerdote esse nullam, si sacerdos non sit proprius, tum iurisdictionem necessariam esse persuasum habebant, ubi tradatur explicantes errabant.

Caietanus statuit in quibusdam casibus sufficere ad exercitium potestatis clavium eam iurisdictionem, quae provenit ex voluntaria subiectione poenitentis.

Practer ecclesiae primatem iure divino regunt ecclesiam episcopi. Episcopi generatim sunt praepositi in ecclesia, qui saltem exigentialiter habent potestatem ordinandi; sacerdotes, qui hanc tantum habent, non sunt proprie dicti episcopi; et ipsa potestas ordinandi iure divino ita coniuncta est cum iurisdictione, ut semper saltem aliqui, qui eam habent, debeant etiam iurisdictionem habere. Porro iurisdictionem episcoporum singulorum esse immediate datam a Christo et ex divino iure censuerunt Maior, Soto, Victoria, Vasquez, Thomassinus, Collet, Bossuet, Neubauer, Schwane (Dogmengesch. III, 549. 573.) etc.: idem de parochis tenent saltem primi duo.

P. I. Potestas clavium non confertur sine potestate consecrandi et sacrificium offerendi.

Dub. 1. Etiam qui sacerdotes non sunt, possunt claves habere: possunt enim excommunicare et excommunicatos in ecclesiam recipere. Sed

supra dictum est (th. II, p. 4.) recipere in ecclesiam esse idem ac reconciliare Deo seu remittere peccata. Ergo non potest esse iurisdictio in foro externo sine iurisdictione in foro interno et potestate clavium; sed potest esse sine potestate ordinis.

2. Ex Luc. 24, 33. 36 patet non solis apostolis traditam esse a Domino potestatem clavium, sed et aliis, qui aderant needum sacerdotes erant. Cf. Mt 18, 17. Et sane clara sunt verba Gregorii Nyss. De precat. or. 5: Ὡ γὰρ ὑπέρ τοῦ ὄμοφύλου κρίσις, οὐσὶν κύριος, τὴν γίνεται φῆφος, εἰς δὲ ἡγανάκτην ἐπὶ σεαυτοῦ γνῶς, ταῦτα οὐδὲν τῆς θείας κρίσεως ἐπεκυρώθη. Cf. A m b r o s. De poen. I. 1, c. 15 n. 80. Similiter ait Anastasius Sin. Interrog. 63: „Τὸν Ἐάν τινων ἀφῆτε, ἀφεθήσεται· πρὸς τοὺς ἀγίους κυρίως εἴρηται . . . Ὑπόθου γὰρ μοι τινα μοιχεύσαντα εἰς γυναῖκα τοῦ πληγού, καὶ ἀφεσιν παρ' αὐτοῦ λαβόντα, ἀρχ λοιπὸν συγκεχώρηται αὐτῷ καὶ ὑπὸ Θεοῦ, ἐὰν μὴ μετανοήσῃ; Οὐδαμῶς.“

3. Saltem retineri possunt peccata ab aliquo, qui solam iurisdictionem habet; ad hoc enim non requiritur infusio gratiae.

4. In absentia sacerdotis necessarium est confiteri laico; id patet ex bulla Martini V., in qua quid Husitae interrogandi sint docetur. Sed aliunde necessitas haec oriri non potest nisi ex necessitate sacramenti et praecepto utendi clavibus.

5. Iac. 5, 16 dicitur: Ἐξομολογεῖσθε οὖν ἀλλήλοις τὰς ἁμαρτίας. Ergo etiam laici confessionem excipere possunt.

6. Docet s. Augustinus(?) De vera et falsa poen. c. 10, n. 25: „Tanta vis est confessionis, ut, si deest sacerdos, confiteatur proximo.“ Cf. Sophronius Hieros., Serm. περὶ ἔξαγγελίων n. 1. Hinc b. Albertus M. In l. 4. sent. d. 17 a. 58: „Absolutio quaedam est hic [in confessione laicis facta]; licet non tantum effectum consequatur, sicut si confiteretur sacerdoti, tamen consequitur absolutionem in communi et ad hanc non est necessaria vis clavium [i. e. potestas ordinis], ubi non potest sacerdos haberi . . . Absolutio illa est sacramentalis, ut est baptismus a laico datus, et laicus eo casu est veri ministri i. e. sacerdotis vicarius. Cfr. Bonaventura, Serm. 8. in dieb. rogator. Idem docent Lanfrancus, Gratianus. Petrus Lombardus, Alensis, Raimundus, alii, quos v. apud Morinum l. 8, c. 24 vel Chardon, Hist. d. sacrem. s 2, ch. 7; ubi inter alia et factum Guidonis de Belino usum ecclesiae testatur, qui aliquando vicinae mortis timore percussus laico adgeniculatus peccata sua confessus est, cui ille „iuxta potestatem suam absolutionem dedit“ („adonc lui donnai telle absolution, dont Dieu m' en donnait le pouvoir“ ipse narrat). Cf. Caesar. (Mon.) dist. 3., c. 21. De excid. urb. Accon. 2, 7. Thom. Cantimpr. De apib. 53, n. 23. Denique Paulus Vin. diaconus, Hom. 92. haec habet: ‘Solvendi potestas omnibus fidelibus conceditur.’ De monachis cf. etiam Io. Damascen. [Symeon?], Ep. de confessione (M. 95, 283–305); cf. Holl, Enthusiasmus u. Bussgewalt beim griech. Mönchthum. L. 1898. S. Smirnov, in Bog. Věstn. 1906, II, 369–381.

7. Saltem diaconi potuerunt nonnunquam in Vetere Ecclesia absolvere; ergo non requiritur sacerdotium. Usum illum testatur imprimis Cyprianus, Ep. 12.: „Quoniam video facultatem veniendi ad vos nondum esse et iam aestatem coepisse, quod tempus infirmitatibus assiduis et gravibus infestatur, occurrentum puto fratribus nostris, ut qui libellos a martyribus acceperunt et praerogativa eorum apud Deum adiuvari possunt, si incommode aliquo et infirmitatis periculo occupati fuerint, non exspectata praesentia nostra, apud presbyterum quemcumque praesentem, vel si presbyter repertus non fuerit et urgere exitus coeperit, apud diaconum quoque exomologesin facere delicti sui possint, ut manu eius in poenitentiam imposita veniant ad Dominum cum pace, quam dari martyres litteris ad nos factis desideraverunt.“ Quo loco Cyprianus a) concedit diaconis ob absentiam presbyteri id, quod concedit presbyteris ob absentiam episcopi; atqui Cyprianus sine dubio permisit presbyteris, ut infirmos a peccatis, potissimum vero ab idolatria reatu sacramentaliter absolverent; ergo et idem permisit diaconis. Quod et diserte indicat particula ‘quoque’. Et vero ridiculum est

quattuor verba ex aequo per Cyprianum presbyteris et diaconis applicata, aliud pro presbyteris, aliud pro diaconis significare. b) Vel potestas a Cypriano diaconis concessa in eo est, ut a peccatis absolvant, vel ut a poenis canoniceis, vel denum ut a censuris; atqui neutrum ex duobus postremis dici potest. Non primum, tum quia insana fuisse agendi ratio illius, qui ecclesiae ministros eo tantum fine misisset, ut hominem iamiam moriturum eximeret a iejunio, vigiliis aliisque laboribus, a quibus per ingruentem mortem sat superque erat illico eximendus; tum quia gratis supponitur aliquam in vetere ecclesia fuisse formulam absolvendi a poenis canoniceis, cum nec formula haec comparuerit hactenus, nec usquam exstiterit, quandoquidem nec gravior morbus impediret, ne post recuperatam valetudinem poenitentia superstes adimpleretur; tum quia clericorum minimus hanc a poenis canoniceis, immo et ab ipsa excommunicatione absolutionem deferre potuisset, adeoque nihil opus fuisse sacerdotem aut diaconum eo fine ad infirmos deputari. Non secundum; collata enim diaconis aegrotantes lapsos a censuris absolvendi potestas pro obiecto habuisse excommunicationem, qua iidem ligati supponuntur; atqui si titia est excommunication illa; haec enim vel fuisse excommunicatione maior vel minor; atqui 1. non erat maior: haec enim non incurrebat nisi per ecclesiae sententiam, vel per schisma, quatenus qui renuntiabant fidei, semet ipsos ab ecclesiae communione scindebant; atqui infirmi libellatici, de quibus agit Cyprianus neutro ligati erant genere excommunicationis; non per sententiam, cum nulla eius ullibi exstant vestigia; non per schisma; excommunication enim sic contracta et vi cuius nec lapsi cum aliis fidelibus nec fideles alii cum lapsis communicare poterant, desinebat simulac constituebantur in ordine poenitentium. Ii porro, de quibus loquitur Cyprianus, iam in eo ordine constituti erant; eos nimirum Cyprianus 'fratres' vocat (cf. ep. 9 'Poenitentes per manus impositionem episcopi et cleri ius fraternitatis acceperunt'). 2. non erat minor; de hac enim Cypriani temporibus nusquam actum fuit. c) De ea loquitur absolutione Cyprianus, quam lapsis impendi optaverant martyres; atqui haec ipsa erat absolutio a peccatis: haec enim sola erat, quae 'ad Dominum' dicit 'cum pace'; non absolutio a censuris, quae damnationem non impedit. quaeque, ut diximus, eo ipso lapsis concessa fuerat, quod poenitentibus annumerari obtinuerant. Et vero ad quid tanta s. præsulis attentio, si de sola a censuris absolutione actum esset? Ut quid exspectat ipsum ferme exitum poenitentis, nisi, quia de re maximi momenti agebatur, quaeque non nisi a sacerdotibus ipsoque etiam episcopo extra gravissimæ necessitatis casum perficienda erat? d) Lapsi, de quibus sermo est, ex Cypriani decreto tenebantur exomologesim seu confessionem pergere apud diaconos; atqui ad id obligari non potuissent, nisi a delictis suis per diaconos potuissent absolvi; confessio enim ad absolutionem relativa est.

Nec solius Cypriani haec opinio fuit. Id patet ex Concil. Illebertiano, en. 32, Alcuino(?), De divinis officiis, c. de iejunio, Lanfranco, De celanda confessione. (M. 150, 629), Concil. Triburiensi en. 31 (a. 895; cf. Vacandard in Revue du clergé fr. 1905 [Oct.] p. 342—3), Concilio Eboracensi (a. 1195), en. 4., Concilio Londinensi (a. 1200) en. 3, Concilio Vigorniensi (1240) c. 26, Odone de Soliaco († 1201), Statut. synodal. n. 56 (cf. Concil. Pictaviense a. 1280 en. 5), Petro Cantore, Summa fol. 205. Stephanus Augustodunensis aliisque. Cf. Henry Charles Lea, A history of auricular confession and indulgences, London 1896. Basnage, Praef. ad lect. antiq. t. 1. § 10.

8 Patres testantur sacerdotes habere potestatem clavium; sed inter sacerdotes numerabantur etiam tertio loco diaconi. Cf. Optatus, De schismate Donatist. l. 1, n. 13.

Haec pars thesis probatur 1<sup>o</sup> ex concilio Tridentino Sess. 14, en. 10: Si quis dixerit sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi et solvendi non habere, aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus et singulis Christi fidelibus esse

dictum: „Quaecumque ligaveritis ., anathema sit. Cf. art. 20. inter eos, circa quos ex mandato Martini V interrogandi erant, qui suspecti erant erroris Vielifianni: Eugenius IV in Instructione pro Armenis: art. 13. inter errores Lutheri a Leone V proscriptos.

2º Ex doctrina patrum.

A. In operibus patrum ab initio ecclesiae solis sacerdotibus potestas clavium tribuitur, nunquam aliis. Plerumque enim vocabulo „sacerdos“, *λεγέντης* subiectum eius potestatis designatur. Quodsi nonnumquam haec potestas tribuatur episcopis (velut in Ep. cleri Rom. ad Cypr. n. 3, Ep. 10. Cypriani n. 1 s., Conc. Illiber. c. 32; Conc. Carthag. IV c. 6, Conc. Ancyrr. c. 14., Constit. apost. l. 2, c. 11 s., Ep. 3. Pacianus ad Sympron. n. 11) vel presbyteris (velut a Polycarpo, Ep. ad Philipp. n. 6.) certe non tales intelligebantur, qui sacerdotium non habebant, quod certum est ex Hieronymo, In Matth. 16, 19 et probatur etiam ex Canone apostolico 52, cum commune presbyteri et episcopi praecise sacerdotium sit. Ita etiam „praepositi Ecclesiae“ (Leo, Ep. 108) intelligendi sunt. Porro vocabulum sacerdos certe non alium significabat nisi eum qui sacrum facere possit: quod enim s. Cyprianus nonnunquam (nt Ep. 69, n. 8) solos episcopos sacerdotes vocat, cum tamen certe etiam presbyteri sacrificandi potestatem habuerint (cf. Hieron. Ep. 85 ad evang. n. 1: Chrysost. Hom. 11 in 1. Tim. etc.), nihil sane obstare potest.

Sacerdotibus igitur haec potestas tribuitur clare ab Ambrosio, De poenit. l. 2, n. 12. 87 ab Origene, In Levit. hom. 2, 4 a Cypriano, De lapsis n. 29; a Io. Chrysostomo, Hom. 5 in Oziam n. 1.: ab Hieronymo, Ep. 14, n. 8.; Innocentio I, Ep. 1. ad Decentium Augustino, Ep. 228 (al. 180) n. 8; Caesario, Hom. 41; Petro Chrysologo, serm. 84; Athanasio in fragm. ex libris contra Novatianos Paciano, Ep. 1 ad Sympron. n. 6. Ioanne Reithuensi, Schol. in s. Ioannis Climaci Scal. parad. in grad. 4. Cf. etiam Theodoretus, In Lev. n. 15: Gregorius M. In 1. Reg. c. 5, n. 13: Gregorius Naz. Or. 2. pag. 25; Anastasius Sinaita, Oratio de s. synaxi p. 890. Denique Basilius M. Regul. brevior. ad interrog. 288 potestatem clavium tribuit iis, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei (*τοῖς πεπιστευμένοις τὴν οἰκονομίαν τῶν μυστηρίων τοῦ Θεοῦ*): sane etiam mysterii Eucharistiae: cf. 1 Cor. 4, 1; 12, 28.

Nec sacerdotibus haec potestas tribuitur ratione iurisdictionis ecclesiae, quam tunc per accidens soli sacerdotes habuerint; nam tunc ratio non esset, cur praecise rationem sacerdotii patres adeo constanter cum potestate clavium coniungerent. (De termino *λεγέντης* etc. cf. Ztschrft. f. kath. Theol. XXII (1898), p. 186 s.)

B. Accedit, quod etiam diserte solis sacerdotibus munus remittendi patres tribuant, velut Ambrosius, De poenit. l. 1, n. 7; Leo M., Ep. 108. ad Theodor. Foroiul.; Radulphus Ardens, Hom. 64 in litan. mai.). Cf. Afr. Serm. 162 de sacerdotio n. 2 init.

C. Denique expresse dicunt patres apostolos claves regni caelorum per sacerdotium accepisse; velut Afr. Serm. 162, n. 2 v. fin.

3º Ex usu ecclesiae. Quem testantur omne libri liturgici Latiní et euchologia Graeca, ubi sacerdotes iique soli ut ministri veniae exhibentur. Sane clarissima sunt verba exordii antiqui Romani poenitentialis: „Non omnes clerici hanc scripturam usurpare aut legere debent, qui inveniunt eam, nisi soli illi, quibus necesse est, hoc est, presbyteri, quibus claves regni caelorum traditae sunt, sic nec iudicia ista alii usurpare debent. Si autem necessitas evenerit et presbyter non fuerit praesens, suscipiat diaconus poenitentem ad (satisfactionem vel) sanctam communionem

4º ex ratione interna. Sacerdos est mediator inter Deum et homines (cf. Gregor. Naz. Or. 2.). Ergo munus homines Deo reconciliandi necessario ad eum pertinet.

Ad 1. Potest aliquis excommunicatus recipi in ecclesiam, quin sit Deo reconciliatus; nec ex contrario sumus argumentati, verum ex eis, quae reapse fiebant.

Ad 2. Concedimus ex solis Christi verbis (per traditionem non explicatis) nihil evinci posse. Cf. archim. Mihail, Preobraženie Gospoda Iisusa Hrista. Kaz. 1906, p. 350—4. Gregorius Nyss., quocumque modo est intelligendus, certe non loquitur nisi de peccatis in proximum commissis: Ἀλλὰς ἡράτερζ μου τὰ εἰς σὲ πλημελήματα τῶν εἰς ἐμὲ παρὰ τούτου γεγενημένων. Item Anastasius quaestionem instituit: Ἐὰν ἀμαρτίσῃσθη ἀνθρώπος ἢνθρώπῳ καὶ λάζη συγχώρησιν παρ' αὐτῷ, ἔρεται συνεχωρίθη καὶ οὐπὸ θεοῦ;

Ad 3. Possunt retineri peccata a non sacerdote indirecte, si sacerdotibus auseire potest iurisdictionem in peccatorem; non vero habet completam potestatem directe retinendi peccata; alioquin etiam laicus dici potest retinere peccata, quatenus de facto non absolvit.

Ad 4. „Ibi (in bulla M. V.) proponitur solum interrogatio de eo, quod ad fidem pertinet; aliud vero, quod spectat ad theologiam quaestionem proponendum non fuit, nec propterea aliquid circa id definitur aut insinuatur.“ Suarez, De poen. disp. 24, s. 1, n. 11.

Ad 5. Illud ἀλλήλοις cum grano salis sumendum est de aegrotis aliter ac de sacerdotibus orantibus super eis „hoc est inter vos homines hominibus, oves pastoribus, subiecti praelatis, hi, qui peccata habent, his, qui peccata dimittere potestatem habent“. Wernerus abb., Deflorat. ss. patr. l. 1. domin. 3. Cf. de hoc usu Eph. 5, 21; Rom 15, 7 col. 1; 1 Petr 4, 9. Cf. A. I. Almazov, Tajnaja isповѣдь в православной восточној церкви Т. 1. str. 22. Inokentij, Obličitel'noe bogoslovie. Kazan' 1864. t. IV, str. 430. Intelligenda autem esse illa verba revera de confessione sacramentali contendit Morinus, De poen. l. 8, c. 8, § 4; Heinrich, Dogm. Theol. X, p. 57 (§ 564).

Ad 6. Quomodo usus ille, ut fideles in casu necessitatis deficiente sacerdote confiterentur etiam laico, ortus sit, s. Thomas, In l. 4 Sent. dist. 20, a. 1, qu. 2, ad 3 explicat: „Ille, qui laico confitetur, quamvis impleat, quod ex parte sua est de sacramentali confessione, tamen sacramentalem absolutionem non consequitur“ Cf. Suppl. q. 8, a. 2. Similiter Thomas Cantimpratensis, De apib. l. 2, c. 23, Guilelmus Lyndewode in glossa ad Constitutiones Angliae, ad titulum de sacramentis non iterandis, v. poenitentia („Non potest tamen laicus absolvere vel ligare, cum non habeat claves ecclesiae“). Quae Albertus M. et Lanfrancus docent, sunt omnino singulare. (Cf. P. Laurain, L intervention des laïques . p. 59.) S. Bonaventura, Tr. Quia fratres minores praedicent et confessiones audiant, haec profitetur: „Quod enim dicitur, quod in extremis debeat homo laico confiteri, si sacerdotem non habeat, non est de necessitate, cum laicus non habeat auctoritatem aliquam absolvendi, sed est signum tantum contritionis, quo perpenditur, quod sacerdotem desideravit.“

Ad 7. Tota argumentatio ex s. Cypriano ruit sublato supposito peccati remissionem proindecum confessionem sacramentalem fieri consuesse

non initio poenitentiae publicae sed in fine. Cf. Thes. II, p. IV, E); Io. Pighi, De universa poenitentiae ratione (Voronae 1905), propos. VI. (p. 22—26). Tunc ageretur de absolutione vel reconciliatione, qua poenitentes in priorem dignitatem revocabantur, quaque eos plenariam indulgentiam adeptos esse censem Palmieri, eis solum declarationem auctoritativam obtigisse de sufficientia poenitentiae dicit Schmitz; quod vero restabat, supplendum erat ab ecclesia. Et nobis quidem vel ex rationibus a priori ductis persuasum est talem, et non suppositum ab adversario usum viguisse. Tamen arbitramur dato supposito eius dici posse s. Cyprianum illis in angustiis permisisse, ut eo modo diaconi absolverent et peccatores Deo reconciliarent, quo poterant. „Poterant autem eos reconciliare cum ecclesia ex episcopi delegatione . . . Ita reconciliati poterant admitti ad sacram Eucharistiam, cum possent in tanta salutis necessitate supponi contriti et hinc sufficienter dispositi. (Cf. Theodorus in poenitentiali c. 31: Migne t. 99, c. 946)“ Hurter, Comp. theol. dogm. Tr. 9, n. 508. Immo ipsa confessio potuit esse signum (et solum eatenus requisita) contritionis, quo posito diaconus ministrando Eucharistiam pacem cum Deo quoque ipso sive perducere ad perfectionem, sive per accidens simpliciter adducere valeret. — (cf. Collet, De poen. p. 2, c. 8, n. 31—50. P. Laurain, L' intervention p. 109—111. Similiter explicamus canonem 32. concilii Illiberitani.

Canones vero conciliorum Eboraensis, Londonensis et sim. respiciunt abusum ex consuetudine confitendi in casu necessitatis etiam laicis ideoque imprimis diaconis, qui Eucharistiam eis administrare poterant, ortum, quo quidam diaconi sibi vindicabant potestatem clavium, sicut etiam potestatem sacrificandi quidam sibi vindicarunt (cf. Concil. Arelatense en. 15). Plura de hac quaestione v. apud Paul Laurain, De l'intervention des laïques, des diacres et des abbesses dans l'administration de la pénitence. Paris 1897, p. 98—109; J. N. Seidl, Der Diaconat in d. kath. Kirche, S. 141 ff. Schmitz, Bussbücher I, S. 78 ff; Frank, Die Bussdisciplin S. 238 ff.

Ad 8. Trinum illud sacerdotium solus Optatus statuit; nec de voce sed de re litigamus.

P. II. Completam clavium potestatem non habet, qui caret iurisdictione.

Dub. 1. Iurisdictione opus non est ad remittenda peccata per baptismum; ergo nec post baptismum.

2. Si iurisdictione esset necessaria, falso diceretur ordinandis: Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis etc. Nam per ipsam ordinationem non sunt superiores, ut patet ex conc. Tridentino, Sess. 14, ep. 7; en. 11. et ex eo, quod alioquin omnes sacerdotes ex sua ordinatione haberent omnes christianos sibi subditos, quo perverteretur ordo hierarchicus, quem Christus in sua ecclesia reliquit, in qua voluit alios esse superiores, alios inferiores.

3. Si absolutio fieret vi iurisdictionis, sacerdos absolvens dicere posset: ‘Ego te abservo a peccatis auctoritate ecclesiae’ vel ‘summi pontificis’, sicut tunc, quando absolvit ab excommunicatione; iurisdictione enim ab ecclesia conceditur. Atqui hoc consequens falsum est, quia sacerdos in hoc actu immediate fungitur auctoritate a Christo data et vicem Christi gerit, sicut quando consecrat vel baptizat; et ideo dicere solet minister: ‘Dominus noster Iesus Christus te absolvat; et ego auctoritate ipsius te absolvo’. Ergo a Christo habet potestatem necessariam ad hunc actum.

4. Si iurisdictione requireretur, summus pontifex non posset absolviri; nam nemini potest dare iurisdictionem in se ipsum.

5. Omnibus sacerdotibus potestas est absolvendi fideles in periculo mortis, etsi ab episcopis facultatem excipiendarum confessionum nondum acceperint. Unde s. Thomas (Suppl. q. 20, a. 1 in fine corp.) concedit sacerdotem in tali casu vi ordinis absolvere, „quamvis iurisdictione careat.“

6. Sacerdos sine iurisdictione potest remittere venialia et peccata iam prius dimissa; ita Soto; et sane ad eorum confessionem nemo obli-

gatur nec sacerdos ea retinere potest; ergo ad potestatem clavium non est necessaria.

7. Usque ad tempora Urbani II. omnes sacerdotes habebant potestatem ad absolvendum quoslibet poenitentes, qui vellent ipsis voluntarie subici, donec crescente malitia et urgente necessitate id prohibuit Urbanus. Ita Navarrus. Immo etiam nunc peregrini in itinere a quolibet sacerdote absolvvi possunt.

8. Credi non potest Christum permettere, ut fideles per errorem adeo facilem frustrentur clavibus. Quod enim ecclesia supplere dicitur in tali casu iurisdictionem ideoque iurisdictionem adesse, intellegi non potest.

9. Ad potestatem iudicialem pertinet ferre sententiam definitivam, i. e. talem, ut non possit fieri contra, vel omnino non vel non nisi per recursum ad magis superiorem; sed talem potestatem absolvens non habet, cum impedire non possit, ne poenitens actum caritatis eliciat peccatis gravibus ab illo retentis; venialia autem retinere nullo in casu valeat.

10. Potestas in ordinatione tradita vocatur iudicaria; etsi igitur potestas clavium sit iudicialis, non tamen requiritur iurisdictio ad eam.

Argumenta pro hac parte sumimus 1º ex concilio Tridentino, Sess. 14, ep. 7 „Quoniam natura et ratio iudicii illud exposcit, ut sententia in subditos duntaxat feratur, persuasum semper in ecclesia Dei fuit et verissimum esse synodus haec confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut subdelegatam non habet iurisdictionem“ „In quibus verbis concilium unum supponit, se, posse aliquos sacerdotes carere omni iurisdictione in hoc foro: et aliud docet, se, absolutionem ab eis datam nullius momenti esse et consequenter esse per se nullam ex impotentia absolvantis nam si ex hoc capite ac per se posset esse valida circa poenitentem recte dispositum, non posset talis absolutio per se dici nullius momenti“ Suarez, De poen. disp. 24, s. 2, n. 5.

Confessionem superioribus faciendam esse statutum est iam in Concil. Remensi (a. 630) en. 8: Conc. Leodiensi (a. 710) en. 3 („presbyter proprius subditi“): Reg. canonicor. s. Chrodegangi, c. 32: Concil. Regiaticino (a. 850) en. 6 item in Decr. Eugenii IV pro Armenis: Conc. Lateranensi IV ep. 21: Decretal. l. 5, tit. 10, c. 2, 6 (declar. Bonifatii VIII). Cf. etiam propos. 37, synodi Pistoriensis a Pio VI. damnatam conc. Iliberitani en. 32. Denique conferatur traditio in ecclesiis aliis velut in Russ. ap. Mal'cev, Tainstva prav. kath. vost. c., p. 185 (Ašče kto bez povolitelnyja grammaty městnago Episkopa derznet .).

2º ex patribus. Gregorius M. Hom. 26 in evang. n. 5.: „Ligandi atque solvendi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. Idem ibid. n. 6. ad potestatem clavium requirit pastorem, praesidentem et sacerdotes, per pastoralem auctoritatem solvere dicit. Similiter Aphraates, Demonstrat. 7. de poenit. eos, qui habent claves portarum caelorum et dispensatores Christi vocat pastores: Cyprianus, Ep. 10 ad mart. n. 1 praepositos: Augustinus Serm. 351 n. 10. „antistites“ („per quos illi in ecclesia claves ministrantur“), Enchir. c. 65 „qui ecclesiis praesunt“: Leo M. Ep. 108 ad Theod. Foroiul. „praepositos Ecclesiae“.

3º Ex iudicali natura clavium. Potestas clavium est iudicialis; id patet a) ex conc. Tridentino Sess. 14 ep. 5. b) Potestas remit-

tendi peccata, quae non esset iudicialis, non esset salutaris post baptismum: esset enim instigatio ad peccata. c) Clavum est remissio directa et in eam primario tendunt; subiectum autem clavum est ens rationale, ideo oportet illud seire, quid remittat. Requiritur igitur actus cognoscendi causam. Sed nec alter actus potestatis iudicialis deest, sc. ferendi sententiam definitivam. Nam supra (thes. 3.) ostendimus fideles cum peccato mortali a Deo ipso moraliter cogi, ut se sistant ministris ecclesiae et sententia horum in antecessum confirmata est a Deo: quodsi venialia clavibus subiciuntur, essentia sacramenti mutari non potest, ideoque etiam pro eis satisfactio imponi potest et debet. (Cf. Suarez, De poen. disp. 24, s. 2. n. 8.) d) „Ea potestas est iudicialis, quae versatur circa peccata, aliter tamen atque aliter pro eorum varietate et gravitate, et qua pro delicti qualitate est imponenda satisfactio. Eiusmodi vero est haec potestas, ut patet ex usu ecclesiae antiquae. Hurter, Comp. theol. dogm. t. III., th. 240, n. 443. Hie usus constat ex concilio Laodiceeno (a. 343—381) en. 2; concilio Carthaginiensi III. (a. 397) c. 31 (cf. conc. Turonense III. a. 813 conc. Lemovicense a. 1031); ex Augustino, Enchir. c. 65; Innocentio I., Ep. 25 n. 10; Leone M., Ep. 108, c. 2. 3.; Gregorio M., Hom. 20 in evang. n. 8: eodem (?) In 1 Reg. l. 3, n. 13. Cf. Basilius, Reg. brev. ad interr. 106 quocum comparetur 288. e) Potestatis clavum exercitium a patribus iudicium vocatur. Praeclarum sane testimonium est Gregorii Magni Hom. 26 in evang. n. 4. s. „Ecce non solum de semetipsis securi fiunt [verbis Io. 20, 23], sed etiam alienae obligationis potestatem relaxationis accipiunt, principatumque superni iudicii sortiuntur, ut vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent. Eeee, qui districtum Dei iudicium metuunt, animarum iudices fiunt et alios damnant vel liberant, qui semet ipsos damnari metuebant. Horum profecto nunc in ecclesia episcopi locum tenent. Ligandi atque solvendi auctoritatem suscipiunt qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed grave pondus istius est honoris. Durum quippe est, ut qui nescit tenere moderamina vitae sua, index vitae fiat alienae“ Similiter Theodoreetus, In Lev. interr. 15. „Ωσπερ τὴν λέπων ὁ λεγεῖς διαζόμει, οὗτος οὐκὶ ζαὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἀμαρτημάτων αὐτὸν εἴναι κοιτάγει. Ita et Augustinus, De civ. Dei l. 20, c. 9, n. 2: ‘Et vidi sedes et sedentes super eas et iudicium datum est’. Non hoc putandum est de ultimo iudicio dici: sed sedes praepositorum et ipsi praepositi intelligendi sunt, per quos ecclesia nunc gubernatur. Iudicium autem datum nullum melius accipiendum videtur, quam id, quod dictum est, ‘Quae ligaveritis in terra, ligata erunt et in caelo; et quae solveritis in terra, soluta erunt et in caelo‘. Cf. Sermo 171 de poen. n. 2. (ed. Mai). Ita et Constit. apost. l. 2, c. 11: Καὶ οὗτος ἐν ἐκκλησίᾳ καθέζεται, τὸν λόγον ποιούμενος, ὃς ἔξουσιαν ἔχων κοίνει τοὺς ἡμαρτηκότας· ὅτι ἐμὲν τοῖς ἐπισκόποις εἴρηται· ‘Ο ἐὰρ δίημετε ἐπὶ τῆς γῆς etc.‘ Et hie quidem universaliter agitur de iudicio quoad peccata: quodsi ibid. c. 44 dicitur de diacono: ὅσα δέραται, εὐθυνέτω δι’ ἑαυτοῦ, λαβὼν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἔξουσιαν τὰ δ’ ἐπέρογχα ὃ ἐπίσκοπος κοιτάγεται, certe agitur tantum de potestate in foro externo.

Cf. Polycarpus, Ep. ad Philipp. n. 6. Innocentius I. Ep. 25, n. 10. Hieronymus, Ep. 14, n. 8. Io. Chrysostomus, Hom. 5. in Oziam seu de Seraphinis n. 1.; Tertullianus, Apologet. c. 39; Hilarius, In Mat. c. 18, n. 8. Iam vero hic consensus in designanda potestate clavum nequit explicari in hypothesi solius metaphorici usus vocabuli „iudicium“, praesertim cum Scriptura sacra hac voce usa non sit.

Atqui ex hac ratione iudicii colligitur necessitas iurisdictionis

Nam iudex, qui non est mens arbiter (cuius sententia non obligat propter auctoritatem iudicis, sed propter pactum ligantium, qui promiserunt illam observare) debet habere potestatem obligandi atque adeo debet esse superior eorum, quibus ius dicitur ut possit eos ligare: unde optime infertur non posse proferri sententiam nisi in subditos. De Lugo. De poen. disp. 15, n. 19.

4º Ex absurdis sequelis. Si iurisdictione opus non esset, non posset sacerdotis exercitium clavum irritari, quia iam irrevocabiliter sacerdos est: non possent casus episcopo reservari: quae quam perniciosa essent, nemo non videt.

Ad 1. Baptismus tendit primario in gratiam et secundario in remissionem saltem personalium peccatorum, licet ritus, quo confertur, ablutionem significet; ideo etiam a pagano humano modo administrari potest.

Ad 2. Verba illa „ea intentione tantum ab ecclesia dicuntur [in ipsa ordinatione], ut significetur potestas ordinis, sitque qui ordinatur per characterem sacerdotalem deputatus iure divino ad ministerium sacramenti poenitentiae.“ Palmieri, De poen. th. 16, III.; „unde nisi nova accesserit ab ecclesia [vi ordinationis] delegatio, eo ferme modo se habent ac chiliarchi solo principis diplomate muniti (Colonels à brevet), qui, etsi imperandi vim habent, de facto tamen illam vim exercere non possunt, donec sibi assignatae sint legiones.“ Collet, De poen. p. 2, c. 8, n. 72.

Quare „multi existimant etiam apostolos tantum accepisse a Christo potestatem ordinis immediate vel in corpus Christi verum in nocte Cenae per illa verba ‘Hoc facite’ vel in corpus Christi mysticum post resurrectionem per illa ‘Accipite Spiritum sanctum’: iurisdictionem autem non receperisse immediate a Christo; . . . soli Petro dictum est Ioan. 21: Pasce oves meas; per quae verba solus Petrus iurisdictionem in universam ecclesiam accepit. Ego vero probabilius censeo omnes apostolos immediate habuisse a Christo potestatem iurisdictionis, non iure ordinario permansuram in ecclesia, quod proprium fuit Petri, nam haec fuit specialis promissio illi facta Matth. 18. et impleta Ioan. 21.. sed iure quasi delegationis et apostolatus, quod munus immediate a Christo acceperunt; et ad illud inter alia pertinet haec iuridictio. Unde etiam probabile est hoc factum esse in illo loco Ioan. 20, non quidem ex vi illorum verborum ‘Accipite Spiritum s. etc., ut futura erant forma [? ritus] sacramenti ordinis ex parte; sed ex peculiari intentione Christi significata etiam illis verbis: ‘Sicut misit me vivens Pater, et ego mitto vos.’“ Suarez, De poen. disp. 16, s. 3, n. 30 s.

Ad 3. „Si quis per ea verba solum significaret se absolvere per iurisdictionem acceptam a summo pontifice, non excludendo praecipuam virtutem et potestatem acceptam a Christo, nec falsum dicere, nec multum in eo peccaret, secluso scandalo. Respondetur tamen negando sequelam, quia dum sacerdos profert hanc sententiam, non solum profert illa verba ut declarativa iuris, ut sic dicam, quod commune est aliis sententiis, sed ut efficacia eius effectus, quem significant, quod habent ex potestate ordinis, quatenus est virtus Christi, cuius personam gerit sacerdos, et propterea dicere potius debet se absolvere auctoritate Christi. Et ideo non est simile quod affertur de sententia excommunicationis et aliis huiusmodi. Accedit etiam, quod potestas iurisdictionis, licet per pontificem conferatur, principaliter manat

a Christo, a pontifice autem solum ut a vicario eius et ideo etiam simpli-  
citer in Christi auctoritate fit hoc iudicium.“ Suarez, De poen. disp. 16,  
s. 3, n. 32.

Ad 4. „Respondent aliqui confessarium pontificis, quando ab ipso  
eligitur, accipere iurisdictionem non a pontifice, sed immediate ab ipso  
Christo, sicut quando cardinales eligunt pontificem, non dant illi iurisdictionem  
supra ecclesiam, sed nominant et eligunt personam, cui Christus  
immediate tribuit iurisdictionem universalem; et sicut quando ex concessione  
praelati aliquis potest eligere confessarium, non dat ei poenitens iurisdictionem,  
sed posita electione confessarius accipit iurisdictionem a praelato, qui  
licentiam illam concessit. Ceterum in hoc casu non est opus recurrendo ad  
Christum, a quo immediate detur talis iurisdictionis confessario pontificis.“  
De Lugo, De poen. disp. 15, n. 23. Etenim „dicendum nihil repugnare,  
quominus a pontifice qua tali derivet ad sacerdotem quemlibet iurisdictionis  
fori interni super ipsam privatam pontificis personam. Ratio est, quia in  
foro interno, ubi non iudicatur de actibus humanis per ordinem ad legem  
humanam canonicam, sed per ordinem ad legem aeternam, pontifex non  
est originalis fons iurisdictionis, sed merum medium, quo a Christo iuris-  
dictionis provenit ad ceteros; unde semel accepta potestate omnis sacerdos  
iudicans in hoc foro immediate subordinatur Deo et non habet in terra  
superiore. Quia igitur in foro poenitentiae non valet nisi iurisdictionis ipsius  
Dei, non solum hoc sensu, quod a Deo dari debet, sed omnino hoc sensu,  
quod solius Dei esse potest ut principaliter iudicantis, facile apparet cur  
sacerdos, quamvis mediante pontifice iurisdictionem fori interni accipiat,  
nullo tamen modo sit aut esse possit in eodem foro vicarius pontificis; sed  
cum sit vicarius solius Christi iudicis, nihil obstat, quominus in  
pontificem, qua hominem et peccatorem sacramentale iudicium exerceat.  
Nec est simile de foro externo, in quo papa principalis est legislator et  
iudex: quare impossibile est, ut det alteri facultatem iudicandi vel puniendo  
se ipsum, nam iste alius ageret in papam ut vicarius papae; sed vi-  
carius est una persona iuridica cum ordinario suo; idem igitur esset ac si  
papa se ipsum excommunicaret vel iudicaret; quod esset contradictionum.“  
Billot, De eccl. sacram. l. 2, th. 23, § 1.

Ad 5. Ecclesia omnibus sacerdotibus in periculo mortis fidelium con-  
cedit in eos iurisdictionem, si a moribundis eligantur vel admittantur. Ita  
communiter explicatur haec iurisdictionis (licet Durandus, Capreolus,  
Paludanus, Canus, Ruardus censuerint eam manare ex voluntate Dei  
immediate) cum ipso s. Thoma, qui l. c. ait ad 1. „Quia ecclesia acceptat,  
ut quilibet sacerdos absolvere possit in articulo mortis, ideo ex hoc ipso  
quis iurisdictionis habet usum, quamvis iurisdictione caret.“ „Exclusa ergo  
acceptatione ecclesiae, caret sacerdos iurisdictione; eiusque usum habet  
in articulo mortis quilibet sacerdos eo, quod id ecclesia acceptat et probat;  
atque ita usum habet, ut tamen iurisdictione, nempe per modum habitus  
careat; quia habet eam velut in actu transeunti pro ea vice.“ Palmieri,  
De poen. th. 16, VI.

Ad 6. „De venialibus nonnulli (Medina, Navarrus) dubitant [vel  
negant: ut Bordonus, Phil. Faber, Ludov. a Cruce, Ferraris] an  
sacerdotes simplices possint [valide] absque alia delegatione ab iis absolu-  
vere. Communis tamen theologorum sententia [etiam post Innocentii XI  
decretum de illiceitate] id affirmat et communis fidelium usus ita habet.  
Difficultas autem est in explicando, unde proveniat haec iurisdictionis vel  
potestas. Aliqui dicunt ad venialia non requiri iurisdictionem, sed sufficere  
potestatem ordinis. Ita Sotus, In l. 4. dist. 18, q. 4, a. 2, ad 2 Sed non  
potest negari, quin requiratur iurisdictionis ad absolvendum a venialibus, quae  
licet non possit cogere ad eorum confessionem, potest tamen cogere ad  
satisfactionem impositam, saltem sub culpa veniali. Alii ergo dicunt  
hanc iurisdictionem conferri sacerdoti a poenitente ipso se illi subiciendi;  
quod videtur significasse Caetanus tom. 1. Opusc. tract. 7 et in Summa  
verbo Absolutio. 2. Sed hoc, ut sonat, falsum est: quia non potest iuris-  
dictionem conferre, qui illam non habet Alii ergo tertio dicunt hanc

iurisdictionem conferri a Christo omnibus sacerdotibus in ipsa ordinatione. Ita *Paludanus*, *Capreolus*, *Canus*, *Ruardus*, *Ledesma*, *Vasquez*, *De Lugo*, *De poen. disp.* 18, n. 41, s. Sed iurisdictio requisita aut est ordinaria (quam habet is, qui ex vi proprii muneris et officii est superior alteri) aut delegata. Cf. *Congr. Trid. Sess. 14 ep. 7*. Quae partitio est adaequata, cum membra eius immediatam oppositionem seu contradictionem includant. (Cf. *Suarez*, *De poen. disp.* 24, s. 2, n. 6.) „Sed in sacerdote simplici non est iurisdictio ordinaria, cum ipse non sit pastor nec praelatus; alioquin omnes essent sibi invicem pastores et subditi; quod perturbaret omnino ordinem debitum in ecclesia. Ergo solum habent iurisdictionem delegatam.“ *Lugo*, *De poen. disp.* 18, n. 44. Quodsi delegata est, ab ecclesia esse debet, quia Christus non reliquit in ecclesia iurisdictionem delegatam perpetuo duraturam, quatenus ab ipso fuit immediate; propterea enim iurisdictio aliorum apostolorum a Petro delegata tantum fuit, quia non erat perpetuo duratura, et e converso, quia tantum fuit data pro personis apostolorum, ideo per modum cuiusdam delegationis fuit concessa; soli autem Petro data est iurisdictio ordinaria, cui perpetuo succederetur, et a qua omnis alia iurisdictio, sive ordinaria sive delegata, semper in ecclesia manaret; ab illa ergo processit iurisdictio haec, de qua agimus, vel ut ordinaria, quatenus includitur in omni pastorali munere sub pontifice summo, vel ut delegata, quatenus est in simplicibus sacerdotibus, quibus ex officio non competebat. Hinc vero intelligere licet hanc concessionem seu delegationem a summis pontificibus manasse et ex eorum tacito consensu durare [non obstante decreto s. congregat. 12. febr. 1679, quo confessio venialium simplici sacerdoti interdicta est; cf. *Cardenas*, *Crisis theol. diss. 2*, n. 416 ss.], nam hoc saltem ostendit consuetudo [priorum temporum] et traditio [seu consensus theologorum]. Unde ulterius sequitur per nullum inferiorem praelatum posse hanc delegationem [directe; indirecte sc. excommunicando potest] auferri, quia delegatio facta a superiori non potest derogari ab inferiore; in summo autem pontifice non deest potestas.“ *Suarez*, *De poen. Disp.* 26, s. 5, n. 10. Cf. *Coninck*, *De poen. Disp.* 8., dub. 2, n. 17. Ex dictis infertur, quid dicendum sit de potestate, quam iidem sacerdotes simplices habent ad absolvendum a peccatis mortalibus, quae iam iterum poenitens confessus est. Ubi concessio iurisdictionis ad hoc declaranda est ita, ut condicio (si peccata absoluta iam fuerunt) non se teneat ex parte absolutionis proferenda, sed ex parte ipsius concessionis. Cf. *De Lugo*, *De poen. disp.* 18, n. 47 ss.

Quod autem retineri non possunt id genus peccata, ex hoc sequitur tantum relate ad ea non haberi perfectam potestatem iudiciale, sed eatus tantum, quantum per claves remitti non possunt nisi praevia cognitione.

Ad 7. „*Urbanus non novum circa hoc ius condidit, sed vel antiquum instauravit ut Dionysius* (*Ep. 2 ad Severum*) *fecerat post Calixtum* (*Ep. 2. decretal.*) *et ipse novam poenam addidit, quia fortasse aliqui presbyteri antiquum ius non servabant, vel certe Urbanus non loquitur de presbyteris alienis seu non habentibus iurisdictionem, sed de illis, qui circa eundem poenitentem iurisdictionem habent. Nam inter eos voluit Urbanus servari ordinem debitum, ita, ut si alter eorum prius iudicium tulerit et poenitentiam iniunxerit, alius eam non mutet, neque in eo negotio se intronmittat; hunc enim sensum videntur indicare illa verba: 'Sine eius consensu, cui prius se commisit'; et illa: 'Nisi pro ignorantia illius, cui poenitens prius confessus est'*“ *Suarez*, *De poen. disp.* 16, s. 3, n. 23.

„Peregrini ex consuetudine a quolibet confessario etiam saeculari absolvuntur, cum episcopus peregrini hanc potestatem cuilibet approbato confessario tacite concedat et rationabiliter concedere debeat.“ *Lehmkuhl*, *Theol. mor.* t. II, n. 379. Vagorum, quippe qui neque parochio neque episcopo ulli proprie subiciantur, proprius sacerdos est summus pontifex, ex cuius tacito consensu omnibus confessariis approbatis iurisdictio in eos indirecte delegatur.

Ad 8. Ecclesia cum non contradicat, ut ne cum errore de iurisdictione absoluti censeantur valide absoluti, idque necessario, cum secus ingentia mala sequerentur, non potest non positive approbare hoc et implicite saltem tradere ad hoc iurisdictionem. Eam id facere probant auctores etiam inde quod ecclesia in omnibus sequitur dispositiones iuris Romani, nisi statuat expresse aliquid contra hoc. Sed secundum ius Romanum iurisdictionio in talibus casibus suppletur. Etiam faciliter res explicatur, si concesseris verbis Accipite Sp. s. etc. in ordinatione tradi iurisdictionem solum decursu temporis eatenus restrictam, quatenus rationi et voluntati Christi consona fuit talis restrictio. Cf. p. III, ad 2. et Cardenas, Cris. theol. Dissert. 2, c. 6. a. 4 ss. Qui ab ecclesia Romana separati sunt, certe non habent iurisdictionem a suis episcopis, sed a supplente ecclesia. Hac de re ita iudicat Thom. a Iesu. De unione schismaticorum cum ecclesia catholica procuranda c. 2, a. 9: „Si schismaticus sit toleratus, e communi errore populi habitus pro legitimo, non videtur dubium, quin omnes actus iurisdictionem alias requirentes, sint validi, ut infra dicemus de haereticis. Si vero presbyter vel episcopus sit manifestus schismaticus, tunc aliqui dicunt non valere gesta per ipsum, illa inquam, quae requirunt iurisdictionem. Aliis vero placet valere omnia in casu, quo schismaticus non sit nominativus excommunicatus, vel manifestus clerici percussor; sed verior ac securior prima est sententia. Cf. Petrus Arcadius, De concord. l. 4, cp. 5; Card. Albigius, De inconst. in fide p. I, cp. 20; Verricelli, De apostolicis missionibus tit. IX, q. 163; A. J. Binterim, Die vorzügl. Denkwürdigkeiten der christkath. Kirche VI. Bd. 3. Teil (Mainz 1831) p. 195—216; Souarn. Memento de théologie morale n. 129—138; Slav. litt. th. III, 286. 295.

Ad 9. Etiamsi poenitens, cui retinentur peccata, actum caritatis elicerit, non remittuntur ei peccata omni modo, quo remitti debent. Quoad venialia non exercetur perfecta iudicialis potestas, sed in tantum, in quantum per claves non possunt remitti nisi praevia cognitione, et levi satisfactionis obligatione inita.

Ad 10. Vocatur iudiciaria, quia non potest suum actum exercere nisi per modum iudicii; non vero, quia per se sufficiat ad ferendum iudicium sine potestate iurisdictionis.

### P III. Haec iurisdictionio manata summo pontifice.

Dub. 1. Iurisdictionio iudicis in foro interno potest provenire ex voluntaria subiectione fidelium. Nam habere in alium iurisdictionem nihil aliud est quam habere illum sibi subditum. Unde potest potestas ordinis compleri, quatenus requiritur cognitio causae et absolutio per modum iudicii.

2. Potestas, quae in ordinatione datur, vel nulla est vera potestas vel est potestas completa de peccatis iudicandi; nam inter posse et non posse nihil est intermedium. Et sane est completa; nam potestas clavum non magis exprimitur per traditionem clavum quam per verba ap. Io. 20. 23; quodsi his iurisdictionio non traditur nunquam certum erit eam traditam esse sive apostolis sive eorum successoribus.

3. Per omnes reliquos ordines (v. g. ostiariatum) vi ipsius ordinationis clericus constituitur supra plebem in aliquo gradu potestatis.

4. Apostoli habuerunt a Christo immediate iurisdictionem (licet id negarint Turrecremata [De Eccl. 12, c. 54.] et Jacobatus) et episcopi succedunt apostolis (cf. Clem. Rom. Ep. 1, 1; Anacletus, Ep. 2. et 3.; Cyprianus, Ep. 69; Hieron. Ep. 146 n. 1.; Conc. Trid. Sess. 23 cp. 4): ergo habent immediate iurisdictionem ab ipso Christo; hac enim ratione maxime probatur summum pontificem habere iurisdictionem immediate a Christo, quia succedit Petro, qui immediate a Christo eam habuit. Cf. Regnier, De Eccl. Chr. p. 2, s. 1. c. 3. a. 8. fin.

5. Io. 20, 21 Christus dicit: Ego mitto vos; ergo apostoli eorumque successores a Christo mittuntur, nec Mt 18, 18 solum Petro dixit, eum posse apostolis suam auctoritatem communicare.

6. In ecclesiae primis saeculis episcopi vel constituebantur ab apostolis vel quocunque modo electi a vicinis episcopis consecrabantur. In

priore casu non acceperunt iurisdictionem a s. Petro, in posteriore nec a summo pontifice nec ab episcopis conserantibus (cf. Cyprian., Ad Cornel. ep. 12. n. 5; Rufinus Aquil. Hist. eccl. l. 1. c. 2.), quippe qui in sua tantum dioecesi iurisdictionem haberent; quodsi hoc propter factum Augustini de Leporio (Aug., Ep. 219) vel similia (Pseudo-Ignatius ad Magnesianos, cap. 3) neges, saltem Rom. pontifex eam non semper tradebat.

7. Si episcopi suam iurisdictionem haberent a summo pontifice, non essent nisi vicarii huius. Cf. Gregor. M. Ep. 43 (al. 36): „Si unus patriarcha universalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur.“

8. In consecratione episcopi consecrator dicit: Da ei Domine claves, tribus ei Domine cathedram episcopalem ad regendum ecclesiam tuam.“ Ergo exauditur a Deo et tradit iurisdictionem; nec obest, quod non accipiat subditos; sic a Ferdinando II. Waldsteinus factus est dux militum, quin milites haberet.

Sententia nostra his probatur 1<sup>o</sup> Iurisdictio, quae non manaret a summo pontifice, haberetur aut ex subiectione fidelium aut conferretur immediate a Deo omnibus sacerdotibus aut saltem episcopis vel excellentibus inter hos vel parochis. Atqui A) non habetur ex subiectione fidelium. Nam 1) „in hoc foro non potest iurisdictio ullo modo manare a poenitente, quia hoc iudicium agitur inter Deum et hominem et Deus est principalis index peccatorum: ergo nullus potest dare iurisdictionem in tali iudicio, nisi vel Deus, vel qui ad hoc habeat vicem eius, poenitens autem hic non gerit vices Dei: ubi enim est hoc illi concessum?“ Suarez. De poen. disp. 16, s. 3, n. 11.—2) „Alias stando in iure divino et nulla interveniente prohibitione vel determinatione ecclesiae quilibet sacerdos posset valide absolvere quemlibet fidelem a quibuscumque peccatis mortalibus quolibet tempore ex sola voluntate poenitentis, quia tunc esset voluntaria subiectio, et consequenter iurisdictio sufficiens. Consequens autem est falsum, quia alias non potuisset ecclesia hanc Christi institutionem seu concessionem limitare vel annullare. ibid. n. 13: „Quod probatur primo a simili de potestate ordinis, quam ideo non potest ecclesia impedire, quominus valide operetur per suam prohibitionem, quia illa sola sufficit ad actum suum. Si enim potestas iurisdictionis coniuncta cum potestate ordinis circa corpus Christi mysticum per se sufficit ex vi solius iuris divini seclusa ecclesiae prohibitione, ergo etiam sufficit ad valorem actus non obstante prohibitione. — Secundo, quia non potest ecclesia irritare actum sacramentalem concurrentibus omnibus, quae ad illud efficiendum necessaria sunt, quantumvis prohibeat exercitum talis actus: sed ex illa hypothesi hic omnia concurrunt necessaria ergo, licet ecclesia prohibeat, erit actus validus. Ibid. n. 19.“

B) non confertur omnibus immediate a Deo. Nam 1) „Presbyter non habet hanc potestatem iurisdictionis ex eo solum, quod characterem habet sacerdotalem. Id sane liquet ex ipso Tridentino. Cum enim Tridentini patres aiunt nullius momenti esse absolutionem, quae profertur a sacerdote in eum, in quem non habet iurisdictionem, manifeste supponunt sacerdotem esse, qui careat iurisdictione. Dices supponit tantum, quod careat sacerdos iurisdictione erga aliquem, h. e. careat iurisdictione universali, quamvis erga aliquos habeat. Verum ea quoque limitata interpretatione admissa id consequitur. Quoad aliquos potestas

ordinis non est ex se connexa cum potestate iurisdictionis; ergo quoad nullos haec connexio adest. Ratio est, quia potestas ordinis immutabilis est eademque quoad omnes, qui sint capaces effectus illius potestatis, ut potestas ordinandi, confirmandi, consecrandi: si ergo quoad aliquos est ex se connexa cum iurisdictione, ergo quoad omnes. Ratio sc., cur habeatur iurisdictionis quoad aliquos, vel est vi ordinis tantum. et sic debet esse ad omes. vel est ex aliqua alia hypothesi, et sic potestas non habetur ex eo tantum, quod habeatur character sacerdotalis.

2) Deinde omnis potestas iurisdictionis in ecclesia adaequate dividitur in ordinariam et delegatam (cf. huius thes. p. II. ad 6.). Atqui sacerdos vi ordinationis non habet potestatem ordinariam, nempe ex iure alicui muneri vel officio: nam potestas huiusmodi ordinaria competit pastoribus, qui sunt episcopi habentes oves, et parochi: sacerdotes vero vi ordinationis nec parochi nec episcopi constituuntur. Neque habent delegatam; non enim episcopi ordinantes intendunt potestatem suam ordinatis delegare“ Palmieri, De poen. th. 16, II. Cf. Sasse, De poen. th. 15.

3) cf. A), 2).

C) non confertur episcopis immediate a Deo. Nam 1) inter omnes convenit Romanum pontificem ex iure divino posse et debere designare vel eligere subiecta potestatis episcopaloris. Et ratio est, quia quivis superior (supremus) alicuius societatis habet potestatem constituendi superiores subalternos. Ergo licet quis sit consecratus episcopus, non habet actu iurisdictionem, nisi cum summus pontifex, approbans eum territorium ei et subditos assignet nec diutius, quam subditos ei committat. Nec antea ulli fideles designari possunt, in quos ius habeat vi suae ordinationis vel electionis capituli aut populi vel nominationis principis. Atqui si demum per assignationem summi pontificis accepit subditos, antea nullam habuit iurisdictionem vi episcopatus. „Nam iurisdictionis est essentialiter aliquid relativum postulans terminum, nempe subditos. Fieri quidem potest, ut iurisdictionis sit tantum in habitu, quemadmodum in rege vi exacto a regno; at in hoc quoque casu ideo iurisdictionis manet habitualiter, quia exstant et possunt designari illi, qui per se tenentur ei parere, puta cives illius regni, licet ex accidenti suspendatur haec obligatio; quodsi nusquam illi existent, qui dici possunt subditi sui, nec ulla est amplius in eo rege expulso iurisdictionis.“ Palmieri, De Rom. pontifice th. 14, III. Ergo iurisdictionis episcopi manat a summo pontifice

2) „Si Deus immediate conferret episcopis iurisdictionem, omnes episcopi haberent aqualem iurisdictionem, sicut habent aequaliter ordinis potestatem. Deus enim non determinavit unquam episcoporum iurisdictionem; at modo unus episcopus habet unum oppidum, alias multas provincias. Non igitur a Deo, sed ab homine datur eiusmodi iurisdictionis. Bellarminus, De Rom. pont. l. 4, c. 24. Neque dici potest, Deum immediate concedere episcopo iurisdictionem in populum, qui ipsum elegit. Talis enim electio non est iuris divini. Cf. P. A. Kirsch, Zur Gesch. der kath. Beichte, §. 107.

3) Secundum Ambrosium Ep. 11, n. 4 ex ecclesia Romana, quae est „totius orbis Romani caput“ „in omnes venerandae commun-

nionis iura diminant. Leo, S. de assumpt. sua ad pontif.: „Si quid cum eo (R. p.) commune ceteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid aliis non negavit“ Cf. Serm. 4. c. 2. Ep. 89. Optatus, De schism. Donat. I. 7, n. 3. docet Petrum solum accepisse claves regni communicandas ceteris. Cf. Ephraem. Syr. Serm. 4. De passione n. 1. Gregor. Nyssen., De castig. Cyprianus, De unit. eccl. n. 3 ss. Augustinus, Enarr. in Ps. 108. Innocentius I. Ep. 27. ad conc. Milevitan. (inter Aug. 182 al. 93) n. 2: Ep. 26. ad conc. Carthag. (181 al. 91) n. 1. Caesarius Arel. Ep. ad Symmachum; Zacheus, Consultat. I. 2, c. 18.

D) Nec eis, qui inter episcopos excellunt, aut parochis immediate a Deo confertur. Nam iurisdictio certe non confertur immediate a Deo eis, quorum munus est tantum ex iure ecclesiastico. Atqui dicta munera sunt tantum iuris ecclesiastici. Nam quod priora attinet, in traditione, quae sola ius divinum referret, episcopi omnes praedicantur successores apostolorum. Atqui apostoli excepto Petro omnes erant aequales. Ergo patriarchae, primates, metropolitani sunt institutum ecclesiae. Parochos certum est in ecclesia primitus non fuisse: primis saeculis fuerunt tantum sacerdotes adiutores episcopi, qui ipse pascebat. In urbibus usque ad an. 1000 soli episcopi cum coetu presbyterorum omnia gerebant. Neque tempore conc. Tridentini omnia loca a parochis administrabantur. Cf. Suarez, De poen. disp. 25, s. 1., n. 16.

2º „Considerando scripturas inveniemus in evangelio nunquam Dominum contulisse potestatem ceteris apostolis, quin eam etiam Petro cum illis parem contulerit. Ultra omnes locos, quibus par potestas vel concessa vel promissa est singulis apostolis, seorsim soli Petro dicta sunt quaedam, quae, si nullam dabant potestatem praeter eam concessam omnibus, superflua erant et illusoria potius. Ideo aliquid peculiare habebant et hoc imprimis, nempe in Petro et eius successoribus tanquam in fonte collatam esse omnem regendi et docendi potestatem, et ab illo consequenter in alios derivandam: ut. e. g. cum dictum est ei: Tibi dabo claves [τὰς κλ.] regni caelorum (Matth. 16, 19) nomine clavium, quae insignia sunt dominii, promissa est ei plenitudo potestatis super regnum caelorum; et quia a veritate illi promissa est, fuit collata. Si igitur Petrus habuit plenitudinem potestatis super regnum caelorum, omnes alii, qui partem huius potestatis habituri erant (nam ipsam plenitudinem tantum unus habere debuit, ne statueretur mala principum multitudo), ab illo habere debuerunt. Quod iterum colligitur ex illo Pasce oves meas (Io. 21, 7). Nam si omnes Christi oves Petro sunt assignatae pascendae et gubernandae, tamquam a Christi vicario, — Christus enim nullas excipit — sequitur, quod, quicunque oves aliquas pascere debet determinatas, per eum debuit eas assunere pascendas: non enim dubium est, quin misisset falcem in messem alienam, qui absque eius auctoritate pasceret oves ipsi commissas. Lainez, Disp. Trid. Quaest. 3. n. 72.

Ad 2. Concedimus sacerdotem vi ordinationis solius simpliciter loquendo non posse absolvere a peccatis vel iudicare de eis. Quod autem dicitur ordinandis Accipite Spiritum s.; quorum rei seritis etc., concedimus

imprimis haec verba apta esse ad iurisdictionem tradendam; non improbamus eorum opinionem, qui censemus his verbis olim iurisdictionem traditam esse ad tradendam expresse iurisdictionem delegatam pro periculo mortis fidelium. Sed certe negamus his verbis conferri potestatem ordinis (cf. Thom. C. gent. l. 4 c. 74) et ex sola aptitudine illorum verborum ad traditionem iurisdictionis colligi posse actualē eorum usum ad hoc, si alia obstant: neque enim rarum est in ceremoniis Ecclesiae, ut multa proferantur, quibus non conferatur, licet significetur, id quod conferendum est. Cf. Gutberlet, Ztschrft. f. kathol. Theol. 1901, p. 632. Ita in ipso ordine saltem bis adhibentur verba apta ad ordinationem conferendam sc. in praefatione post impositionem mannum et in oratione, quae fit dum ordinans extendit manū, quae tamen est aetatis posterioris. Ceterum nihil obstat quin dicatur illis verbis ex opere operantis Ecclesiae confessi gratiam ad administrationem clavium. — Quando apostoli obtinuerint potestatem ordinis ad remittenda peccata, ad nostram quaestionem non refert.

Ad 3. Quotusquisque clericus inferior habet de facto quantulamvis potestatem completam!

Ad 4. „Respondetur, quod non est simile de papa, qui est universalis vicarius Christi in tota universalis ecclesia et de aliis praelatis, qui sunt particulares vicarii, quoniam vicarii particulares constitui possunt ab alio quam a principali domino quoniam possunt institui a generali vicario; non sic autem de generali vicario, quoniam pro amplitudine et universalitate potestatis et auctoritatis suae non potest nisi a principali domino immediate constitui, et ideo non est simile.“ Turrecremata, Summa de ecclesia l. 2. c. 61 „Si argumentum est validum, probat episcopos habere iurisdictionem a Christo in universum orbem; quia apostoli eam habuerunt [saltem in eos, quos baptizaturi erant]. Sicut ergo hoc non sequitur, ita neque illud; et id ob eandem rationem. Scilicet apostoli (praeter Petrum) sicut non acceperunt apostolatum ut perpetuo duraturum in ecclesia, neque ut in illa dignitate eis succederetur, ita nec iurisdictionem, quam ex speciali privilegio et ratione illius dignitatis acceperunt, quae in eis non fuit quasi ordinaria, sed ex peculiari Christi commissione, ob necessitatem illius temporis, in quo fundabatur ecclesia . Episcopi ergo dicuntur succedere apostolis, sed quatenus fuerunt primi episcopi, tam in potestate ordinis seu consecrationis, quam in speciali et ordinaria iurisdictione aliquarum ecclesiarum, ut Iacobus fuit episcopus Hierosolymis et Ioannes Ephesi; ac denique, quia post pontificem sunt ordinarii principes ecclesiae.“ Suarez, De poen. disp. 25, s. 1, n. 12. Quodsi a Cypriano Ep. 27, Hieron. Ep. 1., Ephraemo, Orat. de laud. Basilii vocantur successores Petri, id aliter nequit intellegi nisi quatenus a proprio eius successore auctoritatem accipiunt.

Ad 5. Christus voluit solum dicere: Collegium vestrum mitto duraturum usque ad finem mundi, non vos immediate et successores vestros immediate. Turrecremata, l. 2, c. 61 insuper dicit: „Missio licet sit collatio potestatis praedicandi, non tamen potestatis alicuius iurisdictionis.“ Nec quicquam obstat, si Christus apud Mt. 18, 18 nihil apostolis contulerit; nam solum per occasionem haec verba protulit; determinavit tamen ibi, cui danda sit iurisdictio (eamque ipse dedit), adeo, ut Petro liberum non esset, eam eis negare

Ad 6. „Quod spectat ad episcopos institutos ab apostolis, cum hi, licet tanta freti auctoritate, essent reapse inferiores Petro eiusque subessent iurisdictioni, eorumque extraordinaria auctoritas, cuius erat pars potestas constituendi episcopos ubicunque expedire iudicarent, cum ipsis finire deberet, ideoque non amplius post eorum mortem valitura; primum est cogitare ipsos consentiente Petro episcopos per diversa loca constituisse, h. e. constituisse vi illius auctoritatis, quae ordinaria erat et semper duratura; quae non erat nisi auctoritas ordinaria Petri, ut eorum sc. episcoporum constitutio perpetuam firmitatem haberet; sicut certum est ab apostolis episcopos ita esse constitutos, ut ipsos apostoli subordinaverint cathedrae Petri, cuius supremam auctoritatem in omnes etiam episcopos cum ceteris dogmatis apostoli docuerunt ecclesias.“ Palmieri, De Rom. pontif. th. 14, IV. 5º.

Consensus autem pontificis potest vel explicite conferri vel tacite. cum sc. probat canones synodorum, secundum quos electio episcoporum peragitur. Ceterum prioribus saeculis Rom. pontifex patriarchas confirmabat, acceptis litteris electionem significantibus ad eos rescribens; et per eos immediate confirmabat ceteros ab eis confirmatos sicut hodie quoque per episcopum Salisburgensem. Cf. Lainez, *Disput. Trident.* t. I. q. 3 n. 178.

Ad 7. „Falsum est esse in nostra sententia episcopos vicarios papae. Nam non iure papae sed Christi sunt episcopi in ecclesia; nec eorum dignitatem aut auctoritatem potest papa abolere; exinde duplex est potestas et tribunal papae et episcopi; quia Christus praeter cathedram Petri voluit esse cathedras episcoporum. Nec sunt episcopi delegati papae, quia iurisdictionem habent ordinariam vi munera a Christo instituti. Regunt sc. episcopi oves ut suas, quoniam ex Christi institutione pastores esse debent portionis gregis, in quem potestatem ligandi et solvendi exercent. Et licet possit Rom. pontifex valide a singulis et ab omnibus quoque iurisdictionem auferre tenetur tamen alios substituere, ut semper sint episcopi in ecclesia: nequit enim ipse episcopalem auctoritatem abolere.“ Paluieri, *De Rom. pont. th. 14, IV, 3<sup>o</sup>.* Cf. Lainez, *Disp Trid.* t. I. q. 3. n. 206. Ceterum Turrecremata, *De ecclesia* l. 2, c. 62 concedit episcopos esse vicarios papae; et addit „Nec obstat, quod sunt ordinarii; quia etiam legatus a latere est ordinarius, et tamen est papae vicarius.“

Ad 8. „Respondetur peti quidem a Deo in consecratione ea, quae iurisdictionis sunt; non tamen ex hoc colligitur, quod vi consecrationis dentur, sed ex iniunctione“ Lainez, *Disp. Trid.* t. I. q. 3. n. 185. Et opponi potest quod summus pontifex dicit, cum aliquem in episcopum creat vel confirmat. Specialem aptitudinem ad iurisdictionem per ordinationem accipi non negamus. — Waldstein, cum dux esset ab imperatore electus, non habuit potestatem ducis exercitus, sed potestatem conducendi milites et simul ipsi declaratum est eum tunc habiturum esse ducis potestatem. cum milites conduxisset.

P IV Summus pontifex habet immediate a Deo iurisdictionem in omnes fideles.

Dub. 1. Si pontifex Rom. in omnes fideles haberet a Deo iurisdictionem, posset etiam se ipsum absolvere; et sane Panormitanus censuit eum non teneri ad confessionem. Sed hoc est absurdum.

2. Cyprianus in Ep. 73. ad Quintum scribit episcopos a solo Deo iudicandos esse; ergo in episcopos Rom. pontifex iurisdictionem non habet.

3. Si Rom. pontifex haberet tantam potestatem, deberentur ei tituli principis sacerdotum, episcopi episcoporum, episcopi universalis. Sed primum ei negat Conc. Africanum; alterum Cyprianus Ep. 73. ad Quintum; tertium Gregor. M. Ep. l. 6., ep. 30; l. 7. ep. 69.

4. Ex conc. Nicaeno, en. 6. patet et primatum ecclesiae Romanae a consuetudine ortum duxisse et eum certainam provinciam non excedere.

5. Deus non confert potestatem, cuius exercitium est impossibile atqui summus pontifex nequit omnes fideles iudicare. Neque imago petrae, cui non omnes lapides aedificii immediate adhaerent, aliud cogitare permittit.

6. Extiterunt episcopi, qui Romam prefecturos piae peregrinationis causa quosdam suos dioecesanos iusserint propriis peccata sua confiteri sacerdotibus nec voluerint postulari a sede apostolica criminum absolutionem. quae sane potuisset rite dispositis Romani auctoritate pontificis concedi. immediatam si accepisset a Christo in omnes Christianos iurisdictionem. Ita fecit saec. IX. Haito episcopus Basileensis. Idem sanxit concilium Selingstodense a. 1022.

7. Episcopi omnes inter se pares sunt ac nullum habent inter se superiorem; nam omnes curam universalis ecclesiae sustinere dicuntur. Cf. Eleutherius, Ep. ad episcopos Galliae; Greg. Naz., Or. 24, n. 12 (de Cypriano); eandem curam vere gerebant. Ita episcopus Nolanus (cf. Aug. Ep. 32); ipse Augustinus (Ep. 48; 219).

Id. quod nos tenemus, his rationibus nititur: 1<sup>o</sup> Conc. Vatic. Sess. 4, c. 3: „Si quis dixerit Romanum pontificem habere tantummodo officium inspectionis vel directionis, non autem plenam et supremam potestatem iurisdictionis in universam ecclesiam, non solum in rebus, quae ad fidem et mores, sed etiam in iis, quae ad disciplinam et regimen ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent aut eum habere tantum potiores partes, non vero totam plenitudinem huius supremae potestatis; aut hanc eius potestatem non esse ordinariam et immediatam sive in omnes ac singulas ecclesias sive in omnes et singulos pastores et fideles, a. s. Et secundum conc. Tridentinum, Sess. 14, ep. 7 „merito pontifices maximi pro supra potestate sibi in ecclesia universalis tradita causas aliquas criminum graviores suo potuerunt iudicio reservare.“ „Potest nempe Romanus pontifex reservare sibi casus in universa ecclesia: idque non ex concessione episcoporum, sed pro supra sua potestate, quae ei tradita est utique a Christo. Iam vero nemo sibi absolvenda reservare potest, nisi peccata suorum subditorum; oportet enim, ut ab iis possit ipse absolvere; at nemo ex ipsa Tridentini doctrina ep. codein, nisi suos subditos potest a peccatis absolvere. Ergo in foro interiore omnes Christi fideles Romano pontifici subiciuntur. ipseque omnes a peccatis absolvere potest. Palmieri, De Rom. pont. th. 13, III. Cf. Zaccaria, Antifebronius vindic. t. II, diss. 4, ep. 1, § 2 ss.

Quae potestas summi pontificis, cum primatu contineatur etiam super fideles omnes simul sumptos, non potest aliunde manare nisi immediate a Deo: nec enim potestas petrae, fundamento, conferri potest mediantibus reliquis lapidibus. Et sane ut primis saeculis episcopo Romano a reliquis episcopis traderetur, fieri non potuit.

2<sup>o</sup> Apud Mt. 16, 18 s. Christus promisit Petro iurisdictionem in ecclesiam totam, ne apostolis quidem exceptis (cf. Sl. l. th. I, 218—9) eamque supremam et plenam intensive (talem, ut actus eius potestatis ratificantur a Deo [„in caelis“], independentem igitur a potestate alia. quae non sit Dei, neque ullis limitibus, nisi quae ex natura rei seu ex fine ecclesiae patent, circumscriptam [„quodcumque“]) et Io. 21, 15—17 eandem potestatem Petro tradidit. Terminus immediatus Petrae exhibetur quidem a Christo aedificium, terminus immediatus clavum regnum seu societas; unde immediate prius fertur potestas Petri in ecclesiam, in regnum, in ovile, quam in singulos. Sed non potest regere omnes simul, nisi regat singulos; debet igitur et singulos regere, quia spectant ad hanc ecclesiam, hoc regnum, hoc ovile. — Atqui Petri potestas transiit in eius successores.

Ad 1. Cf. p. II., ad 4.

Ad 2. „Cypriani dictum accipi cum moderamine debet, ne episcopatum faciat anarchicum et hierarchiam ecclesiasticam evertat. Intelligendus igitur est s. doctor de rebus obscuris ac dubiis; voluitque dumtaxat singulos in concilio episcopos, dum controversia examini subest, ius habere liberum ferendi suffragii, nec a praeside adigi posse ad suas partes, antequam quaestio sit finita; vel intelligendus est de occultis animi et secreta cordis intentione. voluitque cuiuslibet conscientiae a Deo olim iudicandae relinquiri, quo animo quibusque rationibus quilibet ducatur ad ferendam de-

rebaptismi quaestione sententiam." Vireburg, De principiis direct. n. 172. Quod conveniens putavit esse, necessarium habuisse non est dicendum.

Ad 3. Concilium Africanum titulum principis sacerdotum non Rom. pontifici, sed metropolitis Africanis negat. Cf. Natalis Alex. H. E. s. 1, d. 4, § 4, arg. 11. Quod Cyprianum attinet „quaestio primum fieri posset an vere habitum fuerit concilium illud [Carthag. III. de quo in Ep.] et genuina sint verba Cypriani, quae in eo referuntur. Sed nunc admissa historica veritate illius concilii et sermonis ibi habitu a Cypriano negamus eundem Cyprianum iis verbis ‘neque enim quisquam nostrum episcopum se esse episcoporum constituit’ ferire voluisse Romanum pontificem Stephanum. Primo quidem, quia loquitur de praesentibus: ‘quisquam nostrum’. Secundo autem, quia ratio, cur credatur Cyprianus iis verbis reprehendere velle Stephanum est decretum huius ad Cyprianum missum de non rebaptizandis haereticis, quod decretum aegre tulisse dicitur Cyprianus. Atqui tenendum est decretum illud nondum cognitum fuisse Cypriano, cum illud concilium haberet. Etenim, si decretum iam Carthaginem latum fuisset, illud profecto in eodem concilio lectum esset; erat enim . id moris constantis in ecclesia . . verum harum litterarum nulla fit mentio.“ Palmieri, De Rom. pont. th. 19, ad 6., a. Ceterum cf. August., Contra Cresconium l. 2, c. 32. Denique Gregorius M. ‘Episcopi universalis’ nomen, quatenus hoc unum solum faciebat episcopum, exclusis ab hac dignitate reliquis, repudiabat tanquam iniurium; cf. 1. 6. ep. 30 ad Maurit.; 1. 7. ep. 30 ad Eulog. Ceterum de hoc plura v. Palmieri, De Rom. pont. th. 19, ad 3.

Ad 4. „Canon ille nihil statuit de episcopo Romano, de aliis vero patriarchis aliquid statuit, puta de Alexandrino et Antiocheno ac exhibet episcopum Romanum tamquam formam et exemplum auctoritatis, quam Alexandrinus per Aegyptum, Lybiam et Pentapolim exercere debet. Id patet tum ex verbis canonis, tum ex Nicolao I. in Ep. ad Michaelem imperatorem. Deinde cur pro compescenda Meletii audacia utuntur patres exemplo episcopi Romani potius, quam Antiocheni? Cur confirmant auctoritatem illorum patriarcharum, non episcopi Romani?“ Tournely, De ecclesia, qu. 5, a. 2. ad obi. 5.

Ad 5. „Adverte primum, quod licet impossibile sit, quod unus Romanus pontifex praestet per se ipsum omnia, quae singulis fidelibus sunt necessaria, id non est tamen impossibile praestare per suos delegatos. Ceterum haec obiectio supponit, quod potestas immediata in omnes fideles eo spectet, ut Rom. pontifex debeat omnes actus regiminis erga singulos per se ipsum exercere, singulos docendo, absolvendo etc. Sed huiusmodi non est potestas, quam Romano pontifici vindicavimus. Est potestas, cui tanquam propriae oves subsunt omnes et singuli fideles, quos immediate pascit et regit doctrina, legibus, sententiis latis, cum oportet; erga quos omnes actus iurisdictionis episcopalis exercere valide potest, si velit, vel per se ipsum vel per suos delegatos: porro per talen potestatem sibi factam episcopus Rom. ad nihil impossibile ordinatur.“ Palmieri, De poen. th. 19. ad 5. — In similitudine petrae ratio adhaerendi singulorum lapidum non est tertium comparationis, sed per fundamentum significatur auctoritas suprema et independens.

Ad 6. „In testimoniosis huiusmodi non negatur potuisse Romanum pontificem confugientes ad se peccatores, modo rite poenitentes, absolvere at hoc unum significatur, cautum fuisse, ne, simulata pietate ad apostolorum limina properarent quorundam criminum rei, ut iniunctam sibi a suis sacerdotibus poenitentiam declinarent; idecirco iubentur, ut ei poenitentiae prius satisfiant, quam iter propositum aggrediantur“ Regnier, De eccl. (Migne, C. th. t. 4, col. 1057).

Ad 7. Aliud est curam rei suscipere ex caritate, aliud vi iurisdictionis.

Schol. 1. Nec potestas ordinis nec potestas iurisdictionis est mera condicio relate ad absolutionem, sed causa quaedam. Sane causa ministerialis sacramenti vi ordinis fit, ergo potestas ordinis est aliqua causa

absolutionis: nam non vi iurisdictionis sed vi sacerdotii homo constituitur minister sacramenti. Sed et iurisdictio est causa concurrens ad absolutionem. Nam absolutio est essentialiter actus in subditum: sed actus in subditum causa est superior qua talis ergo superioritas seu iurisdictio concurrit tamquam causa ad absolutionem.

Schol. 2. A superiore praelato potest iurisdictio inferiorum ministeriorum quoad aliqua peccata subditorum eiusdem praelati superioris restringi seu limitari: quae limitatio vocatur causarum seu casuum reservatio. Ratio evidens est. Omnis enim iurisdictio derivatur a summo pontifice in ceteros ordinariam potestatem habentes et ab episcopis in presbyteros: et sine hac communicatione a superiore facta nulla est iurisdictio inferioris. Est autem haec communicatio libera eademque est divisibilis, ut non opus sit totum concedere, cum aliquid datur. Eo ipso vero, quod nisi a superiore accipiatur iurisdictio, ea nulla est in inferiore, et ipse nihil facit, si tentet absolvere, sequitur, quod reservatio, quae est negatio ulterioris facultatis, valida sit, h. e. efficiat, ut inferior possit nihil in reservata. Palmieri, De poen. th. 17, II. Cf. Conc. Tridentin. Sess. 14, ep. 7; cn. 11: prop. 44. synodi Pistoriensis damn. a Pio VI.

Diximus autem posse reservari peccata subditorum illius, cui reservantur peccata, sive reservantur; quod evidentissimum est. Qui enim reservat peccata, ipse vindicat sibi exclusis inferioribus potestatem absolvendi ab iis peccatis reservatis. Atqui nemo potest absolvere nisi peccata suorum subditorum. Ergo haec sola possunt reservari.“ Palmieri, De poen. th. 17, I.

Schol. 3. Tanquam condicionem, sine qua iurisdictionis recipiendae nemo exsistat proxime capax, statuta est ab ecclesia (Conc. Trid. Sess. 23, c. 15) pro confessariis saecularibus approbatio, quae est sententia (saltem tacita vel implicita) voluntatis episcopi loci, quo confessio excipitur, ut aliquis idoneus habeatur. Et sane potuit hoc facere ecclesia. Sicut enim iurisdictionem dare vel negare, ita susceptionem eius condicionibus quibuslibet adstringere valet; qua in hypothesi quicumque nondum approbatus accipere videtur iurisdictionem, non absolute, sed sub condicione approbationis consequendae eam accipit; et impleta demum condicione illa iurisdictionem obtinet. Excipiuntur tamen illi casus, ubi simplex sacerdos quis valide absolvere potest, seu ubi ecclesia iurisdictionem supplere dicitur: et ubi quis iam habet iurisdictionem ordinariam in aliquos, quos ubique absolvere potest. Cf. de usu ecclesiae orientalis K. M. Rhalle, *Ἡρὶ τῶν μυστηρίων τῆς μεταροής καὶ τοῦ εὐχελ.* 1905, p. 7—16. Adolf Spaldák.

## EXTERNA AD NOS PERTINENTIA.

Fr. Leo Petrović O. F. M., **Disquisitio historica in originem usus Slavici idiomatici in liturgia apud Slavos ac praecipue Chroatos.** Dissertatio pro gradu doctoratus in facultate theologica Friburgensi Helvetiorum obtinendo adprobata. Mostar 1908. XVI. + 88.

*P* ordinis Francisci, qui in Bosnae et Hercegovinae regionibus de religione catholica maxima sibi merita comparavit, alumnus, originem liturgiae Slavicae in Croatorum terris in Illyrico occidentali indagare ac perscrutari sibi proposuit.

Quoniam liturgia idiomatis Slavici a ss. gentis nostrae apostolis Cyrillo et Methodio derivatur, fontium vitae ipsorum examen praemittendum putavit 1. legendarum (vitam s. Methodii, quae Pannonica audit, alicui e discipulis ipsius adscribit statimque post eius mortem exaratam esse censem); 2. epistularum pontificum Romanorum. Epistulam Hadriani II. (pag. 4 sequ.) omnibus obiectionibus perpensis dubiam et suspectam esse considerat. Epistulam Ioannis VIII. anni 880 Industriae tuae (pag. 17 sequ.) cum commonitorio solidis argumentis authenticam esse demonstrat. Stephani VI. epistulam Quia te zelo fidei (pag. 29 sequ.) quatenus commonitorio non contradicit, certum indubiumque documentum censem.

Dein quomodo lingua Slavica in sacris Moraviae regni introducta fuerit qualesque vicissitudines perpessa sit, ostendit (pag. 39 sequ.).

In parte vero II. (pag. 51 sequ.) de populi principumque Croatorum cum Romanis pontificibus ex una imperatoribusque Constantinopolitanis regibusque Francorum altera ex parte relationibus agit. Initia religionis christiana atque hierarchiae paullulum collustrat. Etiam Dalmatia Byzantina, quae dicitur, ab imperio Constantinopolitano nomine tantum dependebat. Cum vero Saraceni Italiani meridionalem urbesque Dalmatae devastarent. Croatis Constantinopoli auxilium quaerentibus Basilius I. non tantum ius suum in hanc provinciam renovavit, sed eam etiam ecclesiasticae patriarchae sui potestati subdere voluit, verum inanis futileisque eius conatus fuit, quoniam ne Sedeslavus quidem princeps omnem cum pontifice Romano communionem resecidit. Branimirus vero, qui ei successit. Ioanni VIII. fidelitatem promisit Theodosiusque electus Honensis ab eodem pontifice episcopus unctus est. Qui vero Marino in archiepiscopatu Spalatensi succedens a Walpero patriarcha Aquileiensi, qui Photii amicitiam ambierat, institutus est, unde Stephanus VI. papa gravibus eum verbis allocutus ad pallium ab ipso Romano pontifice recipiendum adhortatus est.

Altero vero huius partis articulo etiam Cyrilum cum Methodio fratre per Croatiam Byzantinam in Moraviam proficiscentes Croatis evangelium praedicasse autumat, imprimis vero Theodosium episcopum anno 879 cum Methodio iter aggressum in synodo Romana, in qua orthodoxus declaratus est, sedisse atque librorum Slavicorum revisoris munere functum esse. Demum Methodio e vivis sublato complures eius discipuli iam anno 885 vel certe. Moravia ab Ungaris devastata, una cum populo non tantum apud Bulgaros et Tarcos (Ungaros) sed etiam apud Chrobatos aliasque nationes consedisse ex Constantini Porphyrogeniti de administrando imperio capite 41 notum est.

Ast de idiomatis Slavici in liturgia celebranda usu, quomodo in Croatia invalisset, nihil hucusque audivimus. De quo

plures Ioannis X. papae (914—928) epistulas habemus, quarum una Ioannem archiepiscopum Salonitanum (Spalatensem) eiusque suffraganeos evangelii doctrinam atque canonum volumina praceptaque apostolica negligentes ad Methodii doctrinam cofugere dolet. Non de doctrina fidei nec morum, sed de disciplina, qua idiomata Slavicum in sacris peragendis introduxit, loquitur, prout etiam ex eo liquet, quod eosdem, ut auditis Ioanne Anconitano et Leone Praenestino episcopis, vitia corrigant ac secundum mores sanctae Romanae ecclesiae in Selavinorum terra ministerium sacrificii peragant in Latina scilicet lingua, non autem in extranea. Similimodo Tomislavum regem Croatorum, Michaelem ducem Chulmorum, Ioannem archiepiscopum eius suffraganeos totumque populum Slavoniae et Dalmatiae, ut tenerrimos pueros a cunabulis Deo offerant neve in barbara seu Slavonica lingua Deo sacrificium offerant, admonitos esse vult.

Altera vero controversiae causa haec fuit, quod Gregorius episcopus Monensis non tantum suae dioeceseos clericos sed etiam aliunde ad eum advolitantes presbyteros ordinabat, quod canonibus vetatur. Quapropter legati pontificis summi circa annum 924 advenientes in synodo convocata de usu linguae Slavicae deque transgressis a memorato episcopo finibus egerunt. Maximis rixis exinde exortis demum canone 10 idiomatis Slavici in sacris usus prohibitus est, nisi cogente necessitate auctoritas summi pontificis intervenisset. Verum Gregorius episcopus ana cum suis ad eundem pontificem appellavit. Qui auditis eius rationibus „quia illic maxima erat impressa murmuratio“ canonem istum suspendit atque Gregorium eundem cum Ioanne Spalensi litis, quae praesentibus ipsius legatis inter eos exorta est, dirimendae causa, Romam venire iussit.

Si licet ex his, quae praemissa sunt, facere conclusionem, usus linguae Slavicae in sacris verisimile vivente adhuc Methodio, primo in episcopatu Monensi invaluit, verum non tempore Croatiae schismatis 876—880 prout cum clarissimo Jagić noster auctor censet, sed anno 880 iuxta bullam Ioannis VIII. Industiae tuae, qua Slavi idiomate suo in sacris uti iussi sunt eodem pontifice consentiente, Methodio opus promovente, enius insuper iurisdictioni partem Croatiae ad Savum flumen subiectam fuisse constat. Neque enim ad Photii, sed ad Methodii doctrinam (disciplinam) ad Methodii privilegium antiqui Croati provocabant.

Similiter in concilio Spalensi (1059—1060) statutum est, „ne quis de cetero in lingua Slavonica divina mysteria celebrare praesumeret“. Causam suae prohibitionis hanc adiecerunt episcopi Latini: „Gothicas litteras a quodam Methodio haeretico fuisse repertas, qui multa contra catholicae fidei normam in eadem Slavonica lingua mentiendo conscripsit, quam ob rem divino iudicio repentina dicitur morte fuisse damnatus“. Ergo etiam saeculo undecimo decurrente Methodium litterarum Slavicarum ac liturgiae Slavicae auctorem Croati praedicabant, episcopis Latinis eundem haereticum ab ipso Deo repentina morte per-

cussum mentiendo distamantibus. Quapropter litterae glagoliticae serioribus temporibus sancto Hieronymo adscribabantur.

Dissertatio nostri auctoris eo maius habet pondus, quod litteris pontificum Romanorum, de quorum authenticia novissime dubitatur, notas criticas addidit, eas nequaquam suppositas esse demonstraturus, quodque Stephani VI. epistulam, de qua aliqui scriptore Croati, non valente solvere omnes difficultates, prorsus siluerunt, saltem ex parte authenticis documentis in quantum scilicet non differt a commonitorio, adnumerat.

Quamvis singulis in rebus nostro auctori assentiri non possimus \*), tamen ipsius opusculum omni laude dignum censemus.

Kroměříž, 25. Februario 1909.

Fr. Snopk.

**Katholikus szemle (Conspectus catholicus) 1908, IV**

*Brinzen Miklós* (ritus Graeci) referens de libro principis Maximiliani Saxonensis »Praelectiones de ecclesia orientali expositis et rebus historieis et eis, quae nunc sunt, differentis inter eccl. occidentalem et orientalem enumerat has rationes discidium componendi: 1. amorem mutuum ut s. Augustinus dicit, haereticos per fidem, schismaticos per amorem reducendos esse, 2. seriam inquisitionem de rebus ad unionem spectantibus, 3. divulgationem studii unionis per omnes classes societatis inter catholicos, 4. ut accurate definiatur, quid ab Orientalibus cum Roma coniungendis sit postulandum, quomodo relatio Orientalium ad S. Sedem componenda, quid a Summo Pontifice eis concedi possit; etiam sancti ecclesiae orientalis in occidente servatis servandis coii poterunt; 5. cognitionem historiae ecclesiarum orientalium; 6. ut caveatur, ne iuvenes theologi orientales studiis vacent in universitatibus protestantieis; 7. ut viri auctoritate, doctrina aliisque virtutibus excellentes ad haec studia perducantur; 8. ut pecunia ad haec necessaria procuretur, novae sodalitates condantur; 9. ut orientalibus liberaliter concedatur, quod concedi potest, cum hic gloria Dei et animarum salus agatur; 10. ut eodem consilio frequenter utamur precibus, praecipue formulari missae ad tollendum schisma»

VI.

**Études 1908 5./XI. (45<sup>e</sup> ann. t. 117<sup>e</sup>)**

*Yves de la Brière*, Saint-Cyprien et la papauté, d'après un ouvrage récent, p. 339—356.

**Revue d' hist. diplom.** 1907. 21.

*G. Trubetzkoi*, La politique russe en Orient: le schisme bulgare 1871. p. 394—426.

**North Americ. Review** 1907, April.

*aep. Ireland*, Is the papacy an Obstacle to the Reunion of Christendom?

*Sesostris Sidaroufs*. Les patriarchats dans l'empire ottoman, et spécialement en Égypte. XVI. 535 Paris (Bloud) 1906.

*B. Mysztakide*. Οἱ ἐν Ἀθήναις καὶ οἱ ἐν Κωνσταντίνειον ἀρχαὶ ἐπιστημονικὲς βίοι. γεωγραφία, ιστορία, ἐκκλησιαστικὴ ιστορία ἐν Ἀθήναις. Cp. 1907.

\*) Unius saltem rei mentionem facere invat. Auctor pag. 83 scribit: „his temporibus (873 et 879) Ioannes VIII. Moravis eiusdem (linguae Slavicae) usum bis severissime prohibuerat“. Ioannem VIII. linguam Slavicam anno 873 prohibuisse scimus, sed num prohibitio severissima fuerit, eo magis dubitandum, quoniam Methodium extra inhibitionem Slavice celebrare non cessasse certum est. Anno vero 879 Ioannes VIII. prohibitio datam anno 873 Methodio in memoriam tantum revocat.

*Konst. Rhalle.* Πονηκὸν δίκαιον τῆς ἀρθροδέξου ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας.  
Athen 1907 (XXVII + 627).

*D. Balanos.* Λουκάρεως ὅμιλογια. Αθῆν. 1907.

*G. Gîbesen.* Istoricul mitropoliei Ungro-Vlahiei (142)  
Bukurest 1907.

*A. Konstantinesku.* Monografia sfintei episcopii a Dunărei de Jos. IV + 442. Bukurest 1906.

**Zeitschrift d. histor. Gesellsch. v. Posen** 1907 (22) 1.

ThDr. Wotschke, Stanislaus Ostrorog. E. Schutzherr der gross-poln. ev. Kirche.

**Apologet. Rundschau** 1907 Nov.

Prinz Max. Herzog zu Sachsen, Die griechische Liturgie und die Päpste.

## MISCELLANEA.

**Relatio de conventu** ab amicis studii theol.-scientifici inter Croatas et Slovensos promovendi nec non unionis inter Occidentem et Orientem restituendae celebrato Zagrabiae, die 30. et 31. Aug. 1908.

Semen, a primo pro unione ecclesiarum conventu Velehradensi sparsum, in plagis Slavorum meridionalium iam pullulat. Croatae enim et Sloveni, quibus se Bulgari adiunixerunt, ultimis diebus Augusti 1908. decretum 27. conventus Velehradensis exsecuti sunt et conventum particularem pro unione celebrabant, cuius decursum his describemus.

### I. Praeparatio conventus.

Ad exsequenda decreta conventus Velehradensis collegium decem virorum constitutum est.\* Quattuor ex iis Slavi meridionales (R. R. D. Dr. Grivec, Dr. Kovačić, Dr. Njaradi, Dr. Pazman) curam in se suscepserunt anno 1908. conventum Croatarum et Slovenorum praeparandi, qui decreta Velehradensia in eorum plagis ad effectum perduceret, qui desiderium unionis in hisce regionibus iam sopitum denuo excitaret. Hunc in finem anicos quosdam Zagrabiam die 24. Aprilis 1908 convocaverunt collegiumque ad praeparandum conventum constituerunt. Praeses collegii electus est Dr. Pazman, secretarii vero: pro Slovenis Dr. Grivec, pro Croatis Dr. Dočkal.

Iam in primo consessu hoc decemvirum collegium determinavit generatim res in conventu agendas item locum et tempus, ut nempe Zagrabiae sub finem mensis Augusti celebraretur. Cetera omnia posterius constituebantur.

Iam litterae in varias partes (Ljubljana, Maribor, Trst, Gorica, Križevci, Senj, Djakovo, Sarajevo, Travnik, Zadar, Nin, Sofija, Velehrad, Praha) mittebantur. Consilia rogabantur, referentes quaerebantur. Neque sine successu. Multi et docti theologi dissertationes et relationes pro conventu promiserunt, ita ut quaedam relationes omitti debuerint. Durante hac praeparatione cum secretarius Dr. Dočkal morbo correptus esset ei Aemilianus Beluhan, studiorum praefectus in Seminario Zagabiensi substitutus est; dissertationem vero ab ipso exarandam de »Apostolatu ss. Cyrilli et Methodii« suscepit Dr. Pazman.

Cum res in conventu tractandae accurate determinatae, diesque pro conventu fixa esset, collegium illud litteras misit ad omnes episcopos seu vicariatus capitulares Croaticos et Slovenicos invitando eos ad conventum petendoque simul benedictionem. Ceteri partim per litteras partim per ephemerides invitati sunt. Excellentissimus Dominus Dr. Georgius Posilovic archiepiscopus Zagabiensis rogatus libenter munus protectoris conventus in se suscepit. Si tamen infirmitate corporis impediretur, illustrissimum Dominum Dr. Ioanneim Krapac, episcopum titularem et vicarium generalem Zagabiensem in suum locum delegavit.

\* ) Acta I. conventus Velehradensis. Pragae Bohemorum 1908. P 10.

II. *Exordium conventus.*

Die 30. Augusti 1908 conventus amicorum studii theol.-scientifici inter Croatas et Slovenos promovendi nec non unionis inter Occidentem et Orientem restituendae exordium cepit hora 5 post meridiem in aula societatis »Hrv. kat. kasino« Zagrabiae.

Excellentissimi Domini Protectoris vices in conventu illustrissimus Dominus Dr. J. Krapac supplevit. Complures episcopi Croatici et Slovenici ad couventum delegatos miserant vel designarant. Velut Dr. J. Gruden delegatus erat Episcopi-Principis Labacensis; Dr. Fr. Kovačić delegatus Episcopi-Principis Lavantini (Marburg); Dr. Jos. Ujčić delegatus erat Archiepiscopi-Principis Goriciensis et Episcopi Tergestensis (Triest); vicarius Aem. Kocakov et Seminarii director Dr. Dion. Njaradi delegati erant Episcopi Graeco-Cath. Crisiensis; Dr. Sv. Ritig delegatus Episcopi et Vicarii Generalis Diakovarensis; Dr. Jos. Pazman delegatus Episcopi Pharenensis (Uvar); Dr. Emer. Marchetti delegatus Episcopi Ragusani (Dubrovnik).

Conventui intererant praeter delegatos hi RR. Dñi: Joan. Barlè, praebendarius (Zagreb); Msgr. Dr. Gustavus Baron, proton. Apost. et canonicus (Zagreb); Dr. An. Bauer, professor univer. (Zagreb); M. Beluhan, studiorum praefectus in seminario AEppli. (Zagreb); Ioan. Bešlić, parochus (Oriovac); Steph. Bičanic, praebendarius (Zagreb); p. Ferd. Brix S. J., superior (Zagreb); Fr. nob. Cvetnić, studiorum praefectus in Orphanotrophio (Zagreb); Dr. Steph. Cukac, professor (Zagreb); Dr. Debevec, professor (Kranj); Ign. Debeljak, parochus (Sv Ivan Zelina); Steph. Dikanović, parochus (Ciglena); Msgr. Dr. Em. Dovranić, professor (Zagreb); Gr. Fržić, em. parochius (Zagreb); Ioan. Gogolja, em. parochus (Zagreb); p. Gaud. Gorše, guard. PP. Franciscanorum (Zagreb); Msgr. Steph. Gjanic, spiritualis (Zagreb); Dr. Fr Grivec, professor (Ljubljana); Phil. Hajduković, regens chori (Zagreb); p. Hammerl S. J. (Zagreb); Steph. Hartmann, praebendarius (Zagreb); Dr. Al. Homotarić, parochus (Tuhelj); Msgr. Dr. Car. Horvat, professor (Roma); Vl. Hranilović, canonicus (Križevci); Ludovicus Ivančan, canonicus (Zagreb); Dr. Janežić, professor (Ljubljana); Georg. Jušić, caerem. (Zagreb); Dr. Lucas Jelić, professor (Zadar); p. Hieronymus Jerakoff, ord. Cap. professor (Plovdiv); Dr. J. Kalaj, studiorum praefectus in Sem. Graec.-cath. (Zagreb); Ant. Kotlarski, praebendarius (Zagreb); p. Kulunčić S. J. (Zagreb); Georg. Lahner, catecheta (Zagreb); Dr. Josephus Lang, canon. et Seminarii AEpplis rector (Zagreb); Dr. Jos. Lončarić, professor et redactor ephem. »Hrvatstvo« (Zagreb); fra Stan. Marušić, o. s. Franc. (Dalmatia); Dem. Nagy, studiorum praefectus in Sem. graec.-cath. (Zagreb); Dr. Car. Peček, professor (Zagreb); Dr. J. Pliverić, parochus (Bednja); Msgr. Ioannes Pliverić, canonicus (Zagreb); Dr. Dominicus Premuš, canonicus (Zagreb); Msgr. Dr. Laur. Radičević, praebendarius (Zagreb); Dr. Guido Rant, o. s. Franc. (Kamnik); Mat. Rihtarić, superior milit. (Zagreb); Dr. Fr. baro Salis-Seewis, professor (Zagreb); Dr. An. Sović, studiorum praefectus in orphanotrophio (Zagreb); Ad. Stepinac, parochus (Kravarsko); Theoph. Strižić, professor (Zagreb); Dr. Felix Suk, canonicus (Zagreb); Dr. Daniel Šajatovic, canonicus (Križevci); Dr. Al. Ušeničnik, professor (Ljubljana); Dr. Jos. Volović, professor (Zagreb).

Praeter hos, quos enumeravimus, conventui intererant etiam clerici theologi ex dioecesibus Labacensi, Marburgensi, Zagrabensi.

Conventus initium fecit praeses collegii ad praeparandum conv. univers. professor Dr. Josephus Pazman. In oratione sua finem designavit totius actionis: promovere unionem inter Occidentem et Orientem. Fini huic assequendo saeculis praeteritis multum insudabatur. Tempore recentiore hic labor remittebatur, donec Leo XIII. litteris suis encyclicis (»Grande munus« et »Pro unione ecclesiarum«) actioni novum incitamentum praebuit. Inter Slavos centrum ideae unionis ecclesiarum Velehradii fixum est. Per »Slavorum litteras theologicas«

aliae quoque nationes praeter Slaviccas de actione certiores redduntur et ad agendum incitantur. I. conventus Velehradensis hanc ideam deinde magis promovit et divulgavit. Conventus noster particularis nihil aliud est nisi fructus conventus Velehradensis ad eundem finem asse- quendum convocatus. Impositus est vero conventui titulus »c. amico- rum studii theolog. scientifici inter Croatas et Slovenos promovendi« ideo, quia pro rerum condicione quaestio de unione aliter apud nos solvi nequit nisi studio theologico et scientifico promovendo. Hac via labor noster plurimum proderit, etiamsi unio ipsa nullatenus in effec- tum ducatur.

Fine conventus p[re]ae oculis posito professor Dr. Pazman, praeses collegii ad praep. conv., omnes praesentes salutavit.

Hisce peractis praeses et secretarius conventus electi sunt atque summo omnium consensu Dr. Josephus Pazman praeses, Aemilianus Beluhian secretarius conventus per acclamationem nominati sunt.

Antequam dissertationes ex ordine referrentur, lecta sunt tele- grammata et epistulae, quibus episcopi doctique viri conventum saluta- verunt eiusque actionem approbaverunt. Miserant autem sive tele- grammata sive litteras sequentes RR. Dñi: Dr. Mih. Napotnik, princeps-episcopus Marburgensis; Jul. Drohobeczy, episcopus Crisi- ensis; Dr. Ant. Mahnić, episcopus Vegliensis; Dr. Marčelić, episcopus Ragusanus; Fra Jord. Zaninović, episcopus (Hvar); Dr. A. Voršak, episcopus titul. et vicarius capitularis Diakovarensis; Rob. Menini, O. Cap. archiepiscopus et vicar. Apost. pro Bulgaria; Dr. Ioan. Šarić, episcopus titularis (Sarajevo); Mat. Pišta, vicarius gener. et proto- notarius Apost. (Ragusa); Hadrović, canonicus (Sarajevo); Simović, consist. assessor (Mostar); Dr. Ioan. Marković, o. s. Franc. (Sinj); Dr. Cukala, praeses sodalitatis cleri slov.-carant. (Celovac); Dr. Cam. Dočkal, studiorum praefectus (Wörishofen); Dr. Ant. Lončarić, pro- fessor (Senj); p. Jos. Celinščak S. J. (Travnik); p. Fr. Slavić S. J. (Sarajevo); p. Steph. Babunović S. J. (Travnik); p. Mich. Werner S. J. (Travnik); Dr. Ant. Stojan, canonicus (Kroměříž).

Conventus ipse duos doctos viros, qui de unione promovenda valde promeriti sunt, salutavit: Dr. Ioannem Marković et Dr. Antonium Stojan. Praeterea S. Patri Pio X. per cardinalem Merry del Val sequens salutatio transmissa est: »Theologi catholici nationis Slove- norum et Croatarum, commercii litterarum inter Orientem et Occi- dentem studiosi, Zagrabiae hodie coadunati ad opus congressus Vele- hradiensis in Moravia anno elapso celebrati apud Slavos meridionales continuandum, ad pedes Sānetitatis Suae provoluti benedictionem apostolicam petunt. — Dr. Pazman, praeses congressus«. — Excellen- tissimus Dñus archiepiscopus Zagrabiensis Roma hancee responsionem accepit: »Theologi catholici nationis Slovenorum et Croatarum com- mercii litterarum inter Occidentem et Orientem studiosi, isthic coadunati implorant benedictionem apostolicam. Velit Amplitudo Tua eis communicare, Sanctissimum Patrem ipsos libenter benedicere. Card. Merry del Val«.

### III. *Dissertationes d. 30. Aug. post meridiem.*

Primus legit Dr. Em. Marchetti, professor historiae eccl. in univer. Zagrabensi, »De causis schismatis orientalis«. Prae- cipuae schismatis causae a cl. Dno sequentes enumerantur: discrimen indolis naturalis inter Graecos et Romanos, interitus libertatis Grae- corum odiumque exinde in Oriente natum, lingua Latina etiam in Oriente publice introducta, amor ratiocinationis apud Graecos haereses- que exinde exortae, damnatio haeresum a conciliis Romanisque ple- rumque pontificibus facta, »byzantinismus« imperatorum Constantino- politanorum, superbia et elatio episcoporum Constantinopolitanorum, liberatio Italiae a potestate imperatoris neenon institutio civitatis Pon- tificiae. Hisce ex causis inprimitis Photio, dein Michaeli Cerulario facile successit diram ecclesiarum scissionem facere.

Secundam dissertationem habuit Dr. Franc. Kovacić, professor in Eppli seminario Marburgensi: »Quaestiones quaedam maioris momenti ecclesiam orientalem et unionem spectantes. Post excellentem introductionem quaestionem praecipuam tetigit, num generatim opportunum esset operi unionis promovendae manum apponere. Quaestione in omnino positive solvit. Studium unionis religiosae in dies magis ac magis crescit, non solum in Britannia sed etiam in Germania. In rebus religiosis Oriens quoque ad Occidentem approxinquit. Si catholici unioni promovendae operam non dederint, orientales protestantibus adiungentur. Tamen hac via, quam ingredimur nec nimius effectus sperandus est nec omnis spes reicienda. Methodus autem actionis scientifica sit oportet. Inter scientias vero docti catholici praincipue excolant historiam dogmatum, litteraturam palaeoslavicam, liturgiam orientalem, quaestionem de supremo ecclesiae capite, de fastis, canonizatione sanctorum.

Finita dissertatione sequentes resolutiones a Dr. Kovacić propo- sitae et a conventu acceptatae sunt:

1. Folia catholica rogantur, ut hinc inde de quaestione orientali veras relationes praebeant.

2. »Slavorum litterae theologicae brevem semper referant conspectum evolutionis vitae religiosae cultusque quum in Occidente tum in Oriente.

3. Theologi catholici foliaque theologica studio praecipuo tractent quaestionem de natura ecclesiae relate ad orientales, historiam dogmatum, liturgiam orientalem, quaestionem de fastis et similia.

In discussionibus post dissertationes exortis sermonem praecipue Dr. Lucas Jelić habuit inculcando momenta quaedam historica ad exordium durationemque schismatis melius intelligendum apta, sicut nimium studium, quo Constantinus Magnus in res ecclesiasticas se ingessit, renovationem imperii Romani occidentalis, quartum bellum »crucigerorum«, agendi rationem Venetorum et postea Polonorum, protestatem imperatoris Russorum in rebus ecclesiasticis. In promovenda unione Dr. J. commendat, ut cum schismaticis magna reverentia nec non caritate christiana agatur.

#### IV *Dissertationes d. 31. Aug. ante meridiem habitae.*

Die 31. Aug. hora 8. sodales conventus in ecclesia PP. Franciscanorum s. Missae, quam illustrissimus Dnus Dr. J. Krapac celebrabat, adstabant.

Hora 9. dissertationes porro tractabantur incipiente Dr. Francisco Grivec, professore in Seminario Labacensi. In oratione sua: »De magno scientiae theologicae momento« egregie monstravit, progressui scientiae theologicae nullo non tempore progressum ecclesiae vitaeque christiana respondere. Quo magis studium theologiae floret, eo magis floret vita disciplinaque christiana. Quo maior erit progressus studii theologici nostris temporibus, eo maiore auctoritate pollebit ecclesia. Quaestio orientalis solutio ex scientia theologica quaerenda est. Cum nos Slavi separatis maxime confines et propinquui simus, quaestio orientalis quaestio nostra est; hinc nobis praincipue studio theologiae vacandum est. — Post dissertationem sequentes »resolutiones« approbatae sunt:

1. Cum omnes disciplinae theologiae catholicae magnum (licet indirecte) momentum apologeticum habeant, praeter »apologeticam stricte dictam aliae quoque disciplinae theologicae diligenter accurateque foveantur, cum bene dicat cardinalis Mercier: nos scientiae theologicae in eum bero debere etiam propter ipsam scientiam absque immediato respectu finis apologetici.

2. Theologi Slavici e Slavicis semper fontibus hauriant; in studiis suis orientali, praeprimis Russica litteratura theologica utantur. Hocce modo scientia theologica Slavorum propria via incedet animosque Orientis et Occidentis ad se convertet.

3. Specialis attentio Slavorum nec non Orientis sit vineulum et fundamentum communis studii theologici Slavorum.

4. Praeter communem Slavorum omnium in studio scientifico actionem necessaria est arctior in eadem re unio Croatarum et Slovenorum.

5. Ad acquirendum et conservandum nomen aliquod in re theologiae quaestiones theologicae a nobis non uteunque et modo compilatorum sed serio et scientifice tractentur.

6. Quo maiorem disciplina theologica in progressum vitae christianaे practicae influxum exercere possit, in Seminaria theologica studium sociologiae introducatur.

7. Sie dicta »seminaria scientifica« in scholis theologicis (prout et in associationibus scientificis nec non academicis) auctores sibi procreare studeant pro singulis disciplinis.

8. Associatio theologica Slavorum meridionalium hinc inde praeparet cursus theologicos feriales

Secundo loco relationem habuit Dr. Josephus Gruden, professor in Seminario Labacensi: »De Slovenorum et Croatarum scientifica associatione«. Relatio haec cum fine conventus non directe, sed indirecte tantum cohaeret. Locutus enim est de universalis associatione scientifica Croatarum et Slovenorum fundata in mutua cognitione. Post relationem 4 »resolutiones« approbatae sunt:

1. Scientificae Croatarum et Slovenorum associationes proprius sibi accedant librorum mutua transmissione nec non divulgatione.

2. Conventus et cursus scientifici instituantur, in quibus relations in utraque lingua habeantur.

3. Folia scientifica (»Katolički list«, »Hrvatska straža«, »Čas«, »Voditelj«) commentationes et dissertationes in utraque lingua referant.

4. Opera maioris momenti communibus sumptibus edi possunt.

In disceptatione, cuius Dr. Kovačić et Dr. Pazman participes erant, agebatur de quaestione, quaenam optima, quaenam maxime necessaria ad studium theologicum apud nos provehendum essent. Inter alia associatio, quae Leonis nomen gerit, commendata est.

Sed hac de associatione ex ordine et fusius Dr. Svetozar Rittig, professor in Seminario Diakovarensi, disseruit. Studium catholicum scientificum apud nos nullum vel exiguum est. Et tamen necessitas urget. Doctores nostri laici magis magisque a principiis catholicis aberrant et scientiam principiis catholicis vel etiam religiosis destitutam et contrariam colunt: huic scientiae scientia catholica contraponenda est. Singuli id praestare nequeunt, possunt vero uniti. Associationes scientificae ad modum earum, quae Vindobonae et Labaci Leonis nomen gerunt, magnopere proficiunt. Cum eiusmodi associatio nuper etiam apud nos (Segniae) constituta sit, eius institutio salutanda est. Eadem de re hacc »resolutio« auctore Dr. Rittig acceptata est:

»Cum praesentibus in conventu Zagrabiensi de necessitate associationis scientificae christianaе in Croatia persuasum sit, institutionem associationis huiusmodi Leonis nomen gerentis Segniae approbant, eiusque auctoribus laudem pronuntiant. Ast quia ad maiorem eiusmodi institutionis progressum necessarium est, ut sit in centro nationis, desiderant, quo prius sedes associationis Zagrabiam transferatur; idcirco collegio ad exsequenda decreta conventus instituto potestatem dant, hacc de re cum praeside associationis Segniensis agendi.«

Quinto loco Dr. Josephus Pazman, professor universitatis Zagrabiensis, condicione tulit »De folio periodico Croatico publicationes theologicas scientificas continente et recensente«. Hacce de re sequens »resolutio« lata est: »Collegio ad exequenda decreta in fine conventus eligendo, commendetur, ut praeter alia de hoc quoque curat, ut folium periodicum publicationes theologicas scientificas continens et recensens condatur et foveatur. Quo

melius rei consulatur, omnes viri docti in regionibus Croaticis uniantur et inter se laborem distribuant».

Sextus referens ante meridiem, Dr. Fr. Grivee, locutus est „De seminariis quae vocantur scientificis in institutis theologicis». Momento et necessitate huiusmodi seminariorum praec oculis posito referens clar. Drem Fonek secentus species eorum enumerauit nec non modum ea gubernandi proposuit. Seminaria huiusmodi optimum medium esse ostendit ad iuvenes melioris ingenii scientiae lucrifaciendos, ad scriptores eminentes procreandos, ad characteres bonos educandos. In fine hae propositiones acceptatae sunt:

1. In institutis et scholis theologicis seminaria scientifica praeeuntibus professoribus vel seminariorum superioribus erigantur.

2. Praesides seminariorum scientificorum huiusmodi institutiones aliis in locis iam florentes inspiciant.

3. In huiusmodi seminariis disciplinae theologie iuxta propositiones hodierni conventus alantur.

Hisce ordo diurnus ante meridiem expletus est. In fine Dr. Sv. Rittig unam rem in solutione quaestio[n]is orientalis minime negligendam inculeavit: gratiam divinam. In solutione quaestio[n]is difficultates tantae sunt, ut speciale auxilium Dei eiusque gratia — prout iam magnus Leo XIII. dixit — necessaria sit.

P. tr.

### Conventus Velehradensis et Periodicus SSmae Synodi Petropolitanae.

De congressu Velehradensi, occasione arrepta ex litteris Summi Pontificis Pii X. ad metropolitam Andream Szeptycki (Slav. Litt. Theol., IV., p. 317—318), S. Troickij haec in periodico synodi Petropolitanae (Cerkovnyja Vedomosti) scribit: »quae ad finem harum litterarum leguntur, peculiare merentur studium. Ut compertum est, in comitiis generalibus catholicorum propagandistarum Velehradi habitis, optimum medium ad felicem exitum propagandae visa est extinatio discrepantiarum quae discrimen constituunt catholicam inter atque orthodoxam Ecclesiam. Aurelio Palmieri, unus ex ductoribus Velehradensis conventus, in sua acroasi De motivis polemicae inter catholicos et orthodoxos», invenit essentialiem tantum discrepantiam inter utramque Ecclesiam haberi unitatem Ecclesiae. Ceteri catholici Propagandistae cooperunt sese habere omnino tamquam orthodoxos, liturgiam celebrare iuxta ritum orthodoxum, edere orthodoxas ephemeredes vel sibi polliceri se edituros. Haec agendi ratio sincero animo Romani Pontificis haud placuit, eaque de causa vocem tulit ut eos qui congressui interfuerint admoneret».

Dolemus sane S. Troickij, qui accuratissime narrat quidquid ad Slavicas orthodoxas Ecclesias vel Catholicismum spectat, tot a veritate aliena in perbrevi hac notitia congesisse. Lectoris iudicio, ut rei veritas pateat, sequentes animadversiones submittimus.

1. Falsum est nos prolungationem habuisse in congressu Velehradensi »de motivis polemicae inter catholicos et orthodoxos». Prohinc nostra, quae inserta est Actis I. Conventus Velehradensis Pragae typis editis agit De tendentiis catholicis in theologia Russica (p. 36—44). Eadem fusiore stylo enarratam vulgavimus in The New York Review, 1907, III, n. 1, p. 3—23.

2. Dissertatio »de motivis polemicae inter catholicos et orthodoxos« diu post conventum Velehradensem conscripta est atque inserta Slav. Litt. Theol. Nullas igitur relationes habet cum hocce conventu, vel eum litteris quas Pius X., ad praesidem Conventus misit, non autem ad scriptores ephemeredis Slav. Litt. Theol.

3. Penitus absonum est a veritate affirmare me in hac dissertatione scripsisse unicam discrepantiam essentialiam inter catholicos atque orthodoxos esse unitatem Ecclesiae. Conceptis enim verbis docui »discrepantias quae ad dogma pertinent aeneum obstaculum semper constitvere«, p. 260. Hoc tantum animadvertis, in praesens opus esse, ut polemica cum orthodoxis praecipue in notione Ecclesiae

dilucidanda versetur. Non negavi plures et quidem graves discep-  
tias haberi inter catholicos atque orthodoxos; illud tamen quod  
maxime pertractandum nostra aetate videtur innui. Compertum enim  
est ante concilium Florentinum hancce polemiceam praesertim egisse  
de processione Sp. S. vei de azymis; post vero concilium Florentinum  
praesertim de Romano Pontifice. Ita etiam nostra aetate videtur mihi  
ei munus competere dilucidandae notionis Ecclesiae. Etiam Maleev  
tenet Infallibilitatem Romani Pontificis maximum constituere discrimen  
inter utramque Ecclesiam. Num ex hoc sequitur cl. virum negasse  
ceteras discepantias? . Afferre quod inter hasce discepantias  
una est potior ceteris, vel quod in argumentis theologiae polemicae  
unum ceteris est efficacius, hoc sibi non vult ceteras discepantias  
vel argumenta flocci facere.

4. Conventus Velehradensis vocatur Conventus Propagandi-  
starum. Conceptis verbis innuimus eumdem ex theologis qui studio  
Ecclesiarum Orientalium vacant constitutum esse. Fere omnes qui  
ei interfuerunt neque in Russia morantur, neque Russiam peragrarunt.  
Qui autem potest fieri haec imaginaria propagatio vel propaganda  
catholicismi in Russia per theologos conventus Velehradensis, qui  
neque Russiam incolunt, neque studiis operam dantes, huic propa-  
gationi queunt attendere? Infelicius epitheton ad theologos con-  
ventus Velehradensis designandos adhiberi non potuerit!

5. Opus susceptum a congressu Velehradensi illud non fuisse,  
quod Troickij definit, constat ex invitatione quam actores congressus  
miserunt ad theologos orthodoxos. Finis conventus mere scientificus  
erat, media scilicet discutere quibus scriptorum orthodoxorum opera  
in regionibus catholicis innotescerent, ac versa vice scriptorum catho-  
licorum opera in regionibus orthodoxis facilius cognoscerentur. Sta-  
tutum est in congressu quaedam ex operibus orthodoxis, (*Historia  
russicae Ecclesiae, conscr. a Znamenskij, et Theologia dog-  
matica orthodoxa ep. Sylvestri*) in Bohemicam linguam vertere, in  
periodicis catholicis recensiones vulgare operum theologorum ortho-  
doxorum, etc. Quid hisce propositionibus habeatur ad propagandam  
quod attinet, quantumvis cogitem, concipere non valeo.

6. Obici potest propagandae studere, quicumque de controversiis  
inter duas Ecclesias agat, vel sententiam catholicam contra sententiam  
orthodoxam tueatur. Sed hoc absonum est a veritate. Sunt etiam  
in Italia episcopus Vladimir et protoiereus Levickij qui libros vel  
dissertationes scripsierunt de condicione catholicae Ecclesiae in Italia,  
vel de doctrinis catholicis. Nemo tamen eos dixerit propagandistas  
fidei orthodoxae Romae vel Florentiae. Maximus est error hancce  
persuasionem sibi induere, quencumque scriptorem catholicum qui  
studio theologiae orthodoxae vacat, vel etiam ei refellendae insudat,  
propagandam agere, et quidem propagandam extra Russiam, pro  
Russia convertendis ad catholicismum.

7. In congressu Velehradensi egimus quidem de controversiis  
theologicis inter Orientem atque Occidentem. Egimus tamen histo-  
rice, theologicice, ut aiunt obiective. Si nostrae falluntur sententiae,  
respondeatur, et rationes utrinque perpendantur. Propositum nostrum  
fuit examinare num tales discepantiae omnem praecludant aditum uni-  
oni Ecclesiarum. Controversia potius fuit speculativa quam practica.  
Ea tamen utilis censenda non est. Qui enim vere amat Ecclesiam  
Christi, tenetur semper inquirere, num possit restaurari scissa unitas  
orbis christiani, vel saltem cessare odium quod viget indesinenter  
inter Orientem atque Occidentem. Horum desideriorum manifestati-  
onem propagandam appellare ludierum est.

8. Afferre membra huinsce congressus liturgiam orthodoxam  
celebrasse! Mirabilis sane cuique videbitur haec notitia. Fere omnes  
iuxta ritum Latinum celebravimus. Metropolita tantum Andreas Gal-  
iensis iuxta ritum Graeco-Slavicum perfecit sacrificium, non quia hoc  
petierunt membra congressus, sed quia Excellentissimus Praesul huius

ritus est. Velehradi igitur missam celebravit eodem plane modo quo eam celebrat Romae, Leopoli, et generatim ubique ipse moratur. Ritum, quem scriptor «orthodoxum» vocat, aequo «catholicum» esse homini in doctrina Ecclesiae catholicae haud peregrino patet.

9. Afferitur, nos edituros fuisse periodicos orthodoxos. Ubi, quando, quomodo, candide fateor me nescire. Exhibere nos tanquam orthodoxos. Nemo sane hoc dixit, vel cogitavit. Loenti sumus de controversis quaestionibus inter orientalem atque occidentalem theologiam, ac votum exprompsimus ut aliquando hoc bellum intestinum cessaret, et restitueretur unitas Ecclesiae. Quid mali in hisce votis habetur, intellegere nequeo. Potest quidem obici fallacem spem nos favere, sed in congressu Velehradensi nunquam nobis fuit animus discrimen doctrinale quod Ecclesias separat, aut negare aut celare.

10. Litterae Romani Pontificis continent exhortationem quandam. Haec exhortatio facile intelligitur nostra aetate, qua modernistarum agmina doctrinam catholicam destruere conantur. Ex ea tamen falsum est deducere Romanum Pontificem gratum non habuisse conventum Velehradensem. Pater, qui filium novam viam ingredientem admonet, ne dextrorum vel sinistrorum secedat, procul dubio censendus non est filium obiurgare, vel censoria virgula notare.

11. Conventus Velehradensis, Deo favente, nullo modo fuit immago conventus Kiovensis missionariorum orthodoxorum. Quilibet orthodoxus libenter semper in eo accipietur, quia res ad orientales ecclesias pertinentes obiective tractamus. Scriptores qui ei interfuerunt, non parum laborant, ut litteraturi Russica ecclesiastica cognoscatur tota Europa. Hoc officium suum habet meritum. Hoc munus libenter adimplemus sed barbarum nomen propagandistarum non avemus. Tuemur quidem sententias catholicas, sicut scriptores Russi tuerent sententias orthodoxas, sed sicut campas diceret qui assereret scriptores Russos propagandistas orthodoxiae esse in Italia aut Gallia quia doctrinam suae Ecclesiae propugnant, ita nugaretur qui affirmaret scriptores catholicos qui Italiam vel Galliam incolunt propagandistas catholicismi in Russia fieri, quia sententias catholicas exponunt ac defendunt in suis scriptis. Quibusnam mediis utimur ad hanc propagandam exercendam? Num telephono? Num aereis globis?

Satis superque iam diximus. Liceat nobis sperare cl. virum Troickij, cuius diligentiam in eventibus religiosis nostrae aetatis enarrandis pluries laudavimus, ea quae de congressu Velehradensi leviter exaravit, emendaturum. Asseclae non sumus cuiusdam occulti Catilinae ad orthodoxas Ecclesias pervadendas. Munus nostrum valde modestum est Insudamus divulgandis in Europa praecipuis scriptis auctorum Russorum vel instituendo commercio litterario inter Orientem atque Occidentem. Hoc munus et ipsi scriptores Russi, quin suspectum habeant, potius gratum habere suoque firmare tenentur auxilio.

P. A. Palmieri.

### Quomodo unio ab utraque ecclesia iuste appeti possit.

Eis, quae clarissimus operis nostri socius, P. A. Palmieri, praecclare pro domo sua et nostra exposuit, pauca quaedam generaliora, etiam atque etiam inculcanda, addenda esse censuimus quae ad vulgarem errorem tollendum conferrent.

Sincerissima et sublimissima studia, quae Velehradensem conventum coegerunt, Dei et generis humani adversario minime placere possunt. Cuius odium coercendi inepta spe nobis non blandimur. Verum ut eis, qui sincere rem considerare velint, manifestum fiat, consilia nostra et prudentia esse et iusta et digna, quae etiam ab adversariis Romae approbentur, haec animadvertere libet

Studia nostra improbata sunt, quod desiderium nostrum sit Orientem Romae subiciendi. Summa cogitationum hac de re a S. Troickij in Cerk. Vědomosti 1908 (Nr. 8), p. 399 his verbis expressa est: My vpolně sočustvuem katoliceskomu avtoru, kotoroj pišet: ideja edinenija vhodit v samoe opredělenie našej věry. Poetomu probuždenie ɿristianskago čuvstva vsegda i neoblyodimo vyzyvaet probuždenie stremlenija k soedineniju cerkvej. ɿristianskija cerkvi, kotoraja ne stremjatsja vsěmi silami osuščestvit' eto soedinenie, ipso facto dokazyvajut, čto v nich oslablo ɿristianskoe čuvstvo.\* — No my inače ponimaem eto edinenie, ponimaem kak svobodnoe edinenie v věrě i ljubvi, a ne kak edinstvo v podčinenii Rimu. — Propterea igitur studia nostra negliguntur et contemnuntur, quod nos unionem diversam appetamus ab ea, quam ipsi exspectant — unione sine primatu Romani pontificis. Et nos igitur unionem volumus, nolentes tamen recedere ab eis, a quibus Orientales dissentiunt, et illi unionem volunt, nolentes tamen recedere ab eis, a quibus Occidentales dissentiunt. Quamobrem nostra studia unionis diversa esse et inter se aliena. Num hoc sequitur? Si studia nostra vera et sincera sunt, non erunt cordi illis, aut illorum seria studia unionis nos non curabimus? Num hoc christianum est? An, ut utrimque sincera sint studia, utrorumque rationes diversae deserendae sunt vel in dubio ponendae, et ea sola retinenda, quae utrisque sunt communia? Haec est sententia E. Michaud, qui ecclesias inter se separatas non putat uniri posse, priusquam cognoverint singulae, se plena veritate carere. Sed haec est imprudens condicio; ita enim, ut Sl. l. th. II, 232 monuimus, ab ipso principio sententia introduci videtur, qua, si in generum universis rationibus ponitur, unionis conciliandae condicio fertur, quam eventuram esse a priori sciri non potest, et quae secum ipsa pugnat, quatenus iis, qui hanc sententiam tuentur, aequa accidere potest, ut errent. Ibidem et quid Russi hac de re sentiant e K. Zaruckij (contra F. Michelis) attulimus. Postulatio, ut persuasionem nostram renuntiemus, priusquam de unione cogitemus, inepta est. Nec nos ab initio postulare possumus, ut s. Synodus papae imperio se subiciat nec Russi ab initio postulare possunt, ut papa primatui renuntiet. Fieri omnino potest et debet, ut concordissime Domini desiderium, ut omnes unum sint, implere studeamus, etiamsi diversa de conditionibus, sub quibus unio desiderata ad effectum perducatur, sentiamus. Id unum agitur, ut utrimque serio unioni perficiendae serviamus, nulli labori parcentes, nullam iacturam detrectantes, hoc si praestiterimus, unio fiet sive ea quam nos exspectamus, sive ea quam illi exspectant, sive ab ultraque diversa. Qualis futura sit unio, Deo permittimus, at unionem volumus. Etiamsi vel nos ipsam Orientalium ad primatum conversionem vel illi ipsam nostram cessionem a Deo impetrare conemur, summa tamen in

\*) I. Calvet, Où en est la question de l'union des églises, in Revue du Clergé Français 1907, 1. juil, p. 6.

precibus concordia esse potest. Nec enim aliter cum a Deo debito modo sanitatem vel aliud bonum relativum, quod nobis bonum existimamus, petimus, id potius intendimus, quod nostrum verum bonum est, nec nos paenitet, si Deus nobis melius provideat, quam ipsi, ut nobis provideret, e sententia nostra rogavimus.

Oportet nos ut duo fratres vel amicos gerere, quorum uterque diversam rationem aptam ad idem amborum propositum consequendum dicit. Commune propositum nobis est, ut voluntas Christi impleatur, ut omnes unum simus. Non illud quaerendum et considerandum est, quo separamur, sed illud, quo coniungimur. Si studia nostra seria sunt, — iam reapse in Christo unum esse incipimus.

*Red.*

### De proximo conventu Velehradensi.

Ex decreto primi conventus Velehradensis hoc anno prope finem mensis Iulii vel initio mensis Augusti sub tutela Celsissimi archiepiscopi Olomucensis secundus conventus Velehradii paratur eo consilio, ut quae de mutuo usu atque concordia inter ecclesiam Orientalem et Occidentalem desideramus, altius insidant omniumque animos occupent.

Haec conventui ad disceptandum proponentur:

1. Quaestiones theologicae et historicae, inter Occidentales et Orientales controversae, quas utriusque ecclesiae theologi clariores reddere conabuntur.

2. Quaestiones ad modum agendi pertinentes: ut opiniones praeiudicatae atque animorum alienatio nunc catholicorum et orthodoxorum concordiam turbantes quantum fieri potest tollantur et commercium amicum, doctrinae fundamentis innixum, inter theologos catholicos et orthodoxos instituatur.

Omnis theologos unionis ecclesiarum cupidos, sive catholicos sive orthodoxos, invitamus, ut desiderio nostro indulgeant et, quantum fieri potest, tranquillarum disceptationum de rationibus, quibus fideles utriusque ecclesiae inter se proprius admoveri possint, participes fiant.

Andreas, metropolitanus Galiciensis.  
Aurelius Palmieri O. S. A.

Согласно постановлению первого Велеградского конгресса, въ текущемъ году въ концѣ Іюля или въ началѣ Августа мѣсяца подъ покровительствомъ Его Высокопреосвященства архиепископа Ольмюцкаго состоится второй Велеградскій съездъ, съ цѣлью поощрения и дальнѣйшаго развитія идеи взаимообщенія Западной и Восточной церквей.

На разсмотрѣніе конгресса будутъ предложены

1. Вопросы научно-богословскаго и исторического характера затрагивающіе спорные пункты въ ученіи обѣихъ церквей и ихъ выясненіе богословами той и другой церкви.

2. Вопросы практическаго свойства, какъ то возможное устраниеніе существующихъ недоразумѣній и предразсудковъ между католиками и православными и установление дружескихъ сношеній, на чисто научной почвѣ, между католическими и православными богословами.

Мы приглашаемъ всѣхъ сторонниковъ соединенія церквей, какъ католиковъ, такъ и православныхъ, откликнуться на нашъ призывъ и, по мѣрѣ силъ, принять участіе въ мирномъ обсужденіи средствъ для возможно большагоближенія вѣрующихъ той и другой Церкви.

Андрей, митрополитъ Галицкій,  
Авергий Пальмьери О. С. А.

# Slavorum litterae theologicae.

## Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach. Dr. Ant. Podlaha, Ad. Špaldák, Pragae  
E. Matzel, Chyroviae. Dr. F. Grivec, Labaci. Dr. Kam. Dočkal,  
Zagrabiae.

---

Annus V. (1909)

Pragae Bohemorum.

Nr. 11.

---

### BOHEMICA.

Dr. Rud. Zháněl, **Pomocná vojenská duchovní správa. Subsidiaria cura animarum militum.** Separata editio articuli prolati in Časopis kat. duchovenstva. Pragae 1909, sumptibus auctoris. P. 67.

Species exemptionis, quae iure certa forma caret, est in Austria cura militiae vagae, quae, ab a. 1720 a iurisdictione ordinariorum se-iuncta, subest vicario apostolico castrensi, ab imperatore nominato, qui iurisdictionem episcopalem, pro facultatibus, sibi a s. Sede concessis, in personas militiae vagae adscriptas et sacerdotes earum cura occupatos (numero 146), exercet. Non sufficientibus hisce sacerdotibus militaribus, praesertim in statibus minoribus, indigentiis militaris curae animarum succurrunt civiles sacerdotes loci, et horum instructioni inservire debet praesens tractatus pastoralis. Auctor, praemissa notione subsidiariae curae animarum militum (pg. 1.), concinnatis opinionibus probatorum auctorum, instruit clerum civilem, quomodo se in triplici munere magisterii (2—13.), ministerii (14—39.) et regiminis sacri (40—56.) subsidiarie exercendo gerere debeat pro exclusiva condicione personarum militiae adscriptarum, quae hac ex ratione etiam speciali ductu spirituali indigent et consideratis numerosis earum privilegiis. Haec valent praecipue de contione, cuius paradigmata affert, et de administratione sacramentorum (in specie s. paenitentiae et matrimonii), nec non de suicidio, duello et sepultura eorum, qui in duello decedunt. Partes, quae de hac materia agunt, practice maximi sunt momenti, quamvis negari non possit in praxi etiam optima consilia hac in re summis saepe difficultatibus obnoxia esse. Denique in sectione 4. (p. 57—67.) sermo fit de parochialibus libris (matriculis) et tabulis e libris his conficiendis, nec non de remuneratione.

Quamvis libellus nova non afferat, tamen non est sine utilitate illis, quibus militaris cura animarum subsidiaria incumbit, quia omnia principalia, quae ad eam spectant, hic simul inveniuntur et hac de causa imprimis illis est commendandus.

Prof. Soldát.

Prof. Dr. *Cam. Henner*, **Znovuzřízení kurie římské. (Re-organizatio curiae Romanae).** Separata editio commentationis eiusdem nominis, quae in Sborník věd právních a státních roč. IX. edita est. Pragae 1909, sumptibus auctoris; paginarum 39.

Tractatus hic adumbratio quaedam est praesentis status curiae Romanae reorganizatae, ad mentem constitutionis „*Sapienti consilio*“ (29./6. 1908) et legis propriae simul editae ac normarum communium, nec non ad mentem normarum peculiarium (29./9. 1908), in quantum nomine curiae R. intelleguntur congregations, tribunalia et officia. Prout auctor ipse confitetur (p. 31.), tractatus huius non est proponere accuratam, internam organizationem praesentium officiorum curialium, sed inservire informationi in genere et huic scopo abundantanter satisfit. Dispositio materiae tractandae data est ipsa constitutione, quam auctor accurate sequitur, adiciens simul ex communibus et peculiaribus normis necessaria, quae singulas partes constitutionis concernunt. Praemissio brevi conspectu organizationis curiae Romanae iuxta „*Gerarchia cattolica*“ ex a. 1908 et opera P. M. Baumgarten et Nicolai Hilling, agit de competentia et organisino singularum 11 respect. 12 congregationum reorganizatarum (p. 2—21.). Porro sermo fit de singulis tribunalibus Romanis, respectu habito propriae legis s. Rom. Rotae et Signaturae apost. (21—24.). Sectio 4. respicit breviter quidem sed conspicue officia secundum novum ordinem (24—28.). Specialibus commissionibus, quarum const. *Sapienti consilio* tantum cursim mentionem facit, tribuitur ab auctore specialis titulus (28—31.); deinde in parte 6. transitus fit ad commentarium normarum communium, quibus hi magistratus in fungendo munere obstringuntur. Afferuntur tantum illae, quas scire plurimos iuvat et quae communis sunt momenti (31—37.). In appendice disserit clar. auctor de vi huius reorganizationis, quae non est dicenda destructio institutionum adhuc stantium, sed potius correctio vel ad summum reaedificatio vetere stylo suscepta, prout hoc postulat studium Ecclesiae conservandi vetera. Ecclesia dissolvit partes obsoletas, modernae vitae incapaces novisque resarcit eas, quae temporibus correspondent.

Omnis, qui putant curiam Romanam aliquo modo ad se pertinere — et qui sunt viri ecclesiastici, qui eam alienam a se putent — convenient in opere prof. Henner sufficientem instructionem, id quod unice auctor pree oculis habuit.

Prof. *Soldát.*

## POLONICA.

Ks. *Antoni Szlagowski*, **Wstęp ogólny historyczno-krytyczny do Pisma Świętego. (Historico-critica Introductio generalis in Scripturam Sacram)** Warszawa. Tom. I. 1907. p. VII + 232. Tom. II. 1908. p. VIII + 325.

Ad mentem Romani Pontificis Leonis XIII., qui olim in Litteris encyclicis „*Providentissimus Deus*“ ad promovendum studium biblicum apud alumnos, magistris Scripturae Sacrae commendaverat, ut docerent „tractatum de Introductione, ut loquuntur, biblica“ et Sanctissimi Patris

Pii X., qui in Litteris Apostolicis „Quoniam in re biblica“ idem exoptat — cum in Latina et occidentali litteratura complures tum breviores tum ampliores Introductiones a catholicis auctoribus confectae iam existant — novissimo tempore etiam in linguis Slavicis diligenter concinnantur libri, qui vel totam in Scripturam S. Introductionem vel singulas eius partes scientifice pertractant. Ut taceam de hisce publicationibus, quamvis nonnullae certe etiam occidentalem biblicam litteraturam ornare eamque completere possint<sup>1)</sup>, omni laude sunt digna, hodiernum statum rei biblice diligenter respiciunt, intentionibusque Summorum Pontificum respondent opera exarata: in lingua Croatica a Ios. Volovic<sup>2)</sup>, in l. Bohemica a Jar. Sedláček<sup>3)</sup>, Ioanne Sýkora<sup>4)</sup>, in Polonica ab A. Szlagowski. De ultima Polonica Introductione hoc loco paucis agemus. *S.* tradit copiosiorem materiam quam in scholis plerumque pertractatur, expositurus, prout ipse in Prooemio dicit, accurate et convenienter omnes fere sententias et opiniones, quae de singulis quaestionibus vident, ut lector omnibus sententiis rationibusque cognitis proprium iudicium sibi formare possit. Quod consilium auctoris satis elucet in tractatibus de inspiratione, canone, historia textuum, versionibus Scripturae *S.*, ubi non solum verus sensus catholicus explicatur ac defenditur, sed etiam opiniones minus magisque ab eo diversae eique

<sup>1)</sup> E gr. pro critica archaeologia biblica fere necessarium opus E. Ja. Poljanskij, Tvoreniya blažennago Ieronima, kak istočnik dlja biblejskoj arheologii [Testimonia pro biblica archaeologia ex operibus s. Hieronymi sumpta]. Kazan' 1907. p. LXXI + 583. Pr. 3 r. Opus a H. B. Swete (An Introduction to the O. T. in Greek), quod philologicam nec non historicolitterariam partem versionis Septuaginta attinet, egregie completetur opere ab Ivan Korsunskij edito: Perevod LXX. Ego značenie v istorii grečeskago jazyka i slovesnosti [De versione LXX eiusque momento in historia Graecae linguae et litteraturae] Svjato-Troickaja Sergieva lavra 1897. p. LXII + 644. De publicationibus prof. N. N. Glubokovskij cfr. Slav. Lit. Theol. I. p. 20—24.

<sup>2)</sup> Historijska i kritička Introdukcija u svete knjige Staroga Zavjeta [Historico-critica Introductio in libros s. V. T.] Zagreb. Ign. Granitza. 1903. p. 300.

<sup>3)</sup> Úvod do knih Starého Zákona [Introd. in libros V. T.] Praha. V. Kotrba 1904—05. p. 470.

<sup>4)</sup> Úvod do Písma sv. Nového Zákona. [Introd. in libros s. N. T.] Praha. Dědictví sv. Prokopa. T. I.: Intr. generalis. 1904. T. II.: Introd. in historicos N. T. libros. 1907. p. 584. In sensu protestantico edidit Bohe-mice Frant. Kozák, Nauka o Písmu sv. a dějiny Božího zjevení ve knihách St. a N. Zákona [Doctrina de S. Scriptura nec non historia Revelationis Divinae in libris V. et N. T.] Čáslav 1901.

Apud Russos in lucem prodierunt: Vigouroux — V. V. Voroncov, Rukovodstvo k čteniju i izučeniju Biblia. [Manuel biblique]. Moskva 1897—1900. A. Olesnickij, Rukovodstvennyja o Svjašč. Pisaniy Vethjago i Novago Zavěta svěděnija iz tvorenij sv. otcov i učitelej Cerkvi. [Introductio in S. S. V. et N. T. e scriptis s. patrum et scriptorum ecclesiae exarata]. S. Peterburg 1894. Pavel Sokolov, Istorija vethzovavětnyh Pisaniy v hristianskoj cerkvi ot načala hristianstva do Origena vključitel'no. [Historia S. S. V. T. in ecclesia christiana a principio usque ad Origenis aetatem Patristica introductio in V. T.] Moskva 1886. P. Jungerov, Istoriko-kritičeskoe vvedenie v svjaščennyja vethzovavětnya knigi [Hist. crit. Intr. in s. V. T. libros]. Kazan'. T. I. 1902, T. II. et III. 1907. N. Birjukov', Rukovodstvo k izučeniju zakonopoložitel'nyh knig Sv. Pisaniya. Tobolsk. 1899. D. Narcizov, Rukovodstvo k izučeniju proročeskikh knig V. Zavěta. Poltava. 1904.

contrariae nec non a Russis orthodoxis adaptatae proponuntur et solidis argumentis refutantur.

In canone S. S. tenet Szl. theoriam hodie a maxima parte bibliistarum acceptatam ecclesiam catholicam conservasse primogeniam Iudeorum fidem, seu distinctionem inter proto- et deuterocanonicos libros apud Iudeos ab initio non viguisse. Pentateuchum Samaritanum auctor docet ortum esse tempore vel divisionis regni vel primordii populi Samaritani.

Secundus tomus agit de antiquis et novis, catholicis et acatholice versionibus Scripturae S. earumque historia. Praecipuam attentionem dedit Szl. versionibus Polonicis. Fini sec. tomis adiunxit historico-dogmaticum tractatum de lectione S. S. in lingua vernacula.

Optime commendantes laudatum librum confitemur auctorem eius diligenter et accurate expleuisse desiderium Sanctissimi Patri<sup>s</sup> cinnando Polonicis theologis scientificam introductionem in Sacram Scripturam.

*Ad. Jasek.*

P. Martin Czermiński S. I., **Na górze Athos wśród mniszej republiki. (In monte Atho inter monachorum rem publicam.)** Cracoviae 1908. str. 278 cum 57 illustrat.

„Mons Sanctus“, quo nomine tum Graeci tum Slavi appellant „Athos“, repraesentat revera imaginem sui generis, et mirum praebet praeteritorum temporum aspectum. Totam paeninsulam incolunt tantummodo monachi graeci, russici, bulgarici, serbici, gruzini, rumanici, quorum numerus ad 10,000 comprehendit. Praeter nonnullos magistratus tureicos omnes incolae sunt ritus orientalis, cum Ecclesia Romana non uniti. Mulieribus nunquam patet accessus ad hanc civitatem monasticam, qnam inhabitare debet „gens aeterna, in qua nemo nascitur.“

P. Czermiński, strenuus missionarius et editor „Missionum catholiarum quae polonice singulis mensibus prodeunt, anno 1906 occasionem nactus est monasteria montis Athos visitandi, et hoc in libro fructus itineris sui scientie proponit. Quam perspicax observator hominum et eorum rationis vivendi sit cl. auctor, iam dudum ex eius libris antea editis de Albania, Bosnia, Herzegowina, Graecia, Creta, Patmo, Epheso, Turcia etc. notum est. Lectorum „Slav. Litterarum theol.“ certe maxime intererit cognoscere monachorum vitam et spiritum in ea regione, quae pro orientalibus fere idem valet, ac pro nobis Roma, et pro mahometanis Mekka. Accedit et haec non parvi momenti circumstantia: aditus ad monasteria montis Athos non facile cuilibet patet opus est enim epistolis commendaticiis tum patriarchae Constantinopolitani, tum gubernii tureici et russici. Auctor diligenter exponit omnia, quae ad rem publicam monasticam montis Athos spectant. Praemissa conspectu historico, tum iuxta legendas tum secundum fontes historicos composito, totum iter nobiscum quasi peragit, ubique illustrando, docendo, familiariter conversando. Exteriorem et interiorem vitam monachorum serutatur, constitutiones et disciplinam monasticam enucleat, archiva et bibliothecas aperit, iconographiam byzantino-russicam explicat, vitam spiritualem et ordinem domesticum monachorum delineat.

Duae principales classes monachorum distinguendae sunt: coenobitae, qui vitam agunt communem et paupertatem profitentur, et idiorythmici, apud quos possessio privata non modo licita est, immo principale constituit fundamentum vitae eorum monasticae. Haec ratio vivendi familiares includit respectus, et adoptione innititur, quemadmodum in antiquitate christiana apud eremitas fieri solebat, qui certum numerum discipulorum sibi adoptabant. Gubernatio talium familiarum more paterno exercetur intra ipsos monachorum coetus, ita tamen, ut universa societas idiorythmica uniatur per consilium, quod omnes familiarum praepositi (proistamenoī) efficiunt.

Historia monachorum idiorythmicorum confirmavit dilucide veritatem communiter admissam: paupertatem esse revera matrem et fundamentum cuiusvis societatis religiosae. Vita monastica in monte Atho maxime labefacta est saeculo XVIII., quando omnia fere monasteria idiorythmice erant constituta. Reformatio demum vitae monasticae in melius mutavit statum religiosum monachorum. Ex 20 monasteriis 11 ad observantiam coenobitarum redierunt.

Liber non parum commendatur elegantia sermonis et splendore stili et argumenti, quod auctor legendis a monachis enarratis optime illustravit. Reflexiones de vita ascetica et de scientia monachorum rem clarius et altius attingunt.

Notatu dignum est urbanitatem monachorum russicorum erga hospites suos maxime a P. Czermiński laudari. Saepissime appetet auctorem id secum maxime desiderare, ut omnes unum sint, ut schismate relicto, omnes veram Christi Ecclesiam amplectantur.

*E Matzel S. I.*

*Alexander Mohl, W pogoni za prawdą. (In aucupio veri).*  
Series III. et IV Posnaniae, Typographia St. Adalberti. 282 + 300 pag.

Interim prodierunt III. et IV series harum epistularum apologeticarum, de quibus iam ultima vice retulimus. Ultimi hi tomī apologium christiano-catholicam non systematice proponunt, sed potius difficultates maxime exagitatas et quaestiones maioris hodie momenti dilucidant, ideoque de Christi divinitate, de Ecclesiae magisterio, potestate, ministris, de cultu externo, de sociali quaestione, de progressu sociali et scientifico, de legibus Ecclesiae eiusque praecipuis sacramentis, de confessione, S. Communione, matrimonio tractant. Etiam in his tomis polonicus editor opuscula P. Gallerani immutavit multum pro rerum, regionumque circumstantiis. Quasdam epistolas originales inseruit. Quemadmodum litteratura apologetica sit apud nos necessaria, appetet ex eo, quod nova editio iam parari debet.

*M.*

X. Arcybiskup Symon, *Biblia t. j. Księgi święte Starego i Nowego Testamentu* w przekładzie polskim X. Jakóba Wujka T. J. z tekstem łacińskim Wulgaty. Wydanie poprawione i nowym komentarzem opatrzone. Zeszyt I. 4<sup>0</sup>. str. 144. Mikołów - Warszawa, 1909. Miarka. (*Biblia sacra Veteris et Novi Testamenti*. Versio polonica P. Jacobi Wujek S. I., emendata et novo commentario aucta. Fase. I.).

Fasciculus primus novae editionis Polonicae SS. librorum initio huius anni prodiit. A multis iam decenniis nova recensio versionis P. Wujek, editae anno 1599, desiderabatur; auctor enim verbotenus Latinam Vulgatam in linguam Polonicam transtulerat, et syntaxin alienam saepissime textui Polonico supposuerat: unde factum est, ut multi loci S. Scripturae a linguae biblicae ignarisi intelligi non possent. Alia vero ex parte P. Wujek tam egregie calluit idiomate polonico, ut non facile quis eius dicendi modum plenum unctione et gravitate assequi queat. Optimam ergo Reverendissimus DD. Symon elegit methodum, qua gravitas et unctio versionis P. Wujek conservari et defectus ac menda emendari possent. Usque ad nostra tempora Scripturae Sanctae iuxta P. Wujek polonice editae adiungebatur commentatio Menochii, quae in multis cum hodierna scientia biblica non concordat. Magnum proinde meritum cels. archiepiscopo Symon attribuendum est quod laboriosum onus novae commentationis non obstante proiecta aetate suscepit. Primus fasciculus testatur diserte laudem, quam Cels. Archiepiscopus Leopoliensis Bilezowski ex occasione concessae facultatis „Imprimatur“ his verbis protulit: „Intime persuasum habeo neminem potiore iure quam cels. auctorem esse ad hoc opus vocatum, cum de nullo mihi constet, qui tam solida scientia S. Scripturae et linguarum, praesertim linguae patriae, imbutus sit. Oremus, ut Deus vitam Cels. Archiepiscopi Symon protrahere dignetur, ut magnum hoc opus feliciter consuminare queat“ Quae vota et nostra sunt.

*Ernestus Matzel.*

X. *Józef Kruszyński, Ewangelie i Dzieje Apostolskie* krótkim komentarzem opatrzył i wydał. (*Evangelia et Actus Apostolorum* simul cum brevi commentatione.) Włocławek 1908.

Pulchra et manualis editio Evangeliorum et Actuum Apostolorum iam dudum a laicis catholicis desiderabatur. Professor theologiae in seminario Vlatislaviensi optime eiusmodi editionem paravit. Textui sacro adduntur tum generalis introductio, tum introductiones speciales, quae singulos libros praecedunt, insuper explanationes difficiliorum locorum, annotationes biographicae et typographicae, brevis notitia de sectis iudaicis, index et explicatio vocabulorum, quae difficilius intelliguntur.

Editio revera respondet desideriis plurimorum.

*M.*

Ks. Dr. *Jan Korzonkiewicz, Ex oriente lux! Ślady Izraela w zabytkach dawnego wschodu.* (Sprawozdanie dyrektora c. k. gimnazyum św. Jacka w Krakowie. 1908. P. 1—47.) (*Vestigia Israelis in documentis archaicis Orientis*).

K. præbet brevem conspectum de hodierno statu relationis inter Sacram Scripturam et monumenta antiquitatis in Oriente nuper reperta. Explicata connexione rerum in S. Scriptura gestarum cum historia finitimarum Palaestinae gentium elucidantur speciales quaestiones de Gen. XIV de Tell-el-Amarna eiusque pro Bibliis significatione, de Ḥabiri nonnullisque aliis rebus „aegypto-biblicis“ Singulis in quaestionibus res, icit auctor diligenter copiosam litteraturam occidentalem ad eas pertinentem atque ostendere conatur, quomodo ex Oriente (ex illis nempe monumentis) nova lux in paginas S. Scripturae proveniat.

*Ad. Jašek.*

### Libri recentiores Polonici.

Ks. *Antoni Szlagowski*, Wstęp ogólny historyczno-krytyczny do Pisma św. (Introductio generalis in Scripturam Sacram.) Tom. III. et IV. Hermeneutyka. 8<sup>0</sup>. Varsoviae 1908.

Akta i statuta kongregacji synodalnej XX., odbytej w dniach 25., 26., 27. sierpnia 1908 w Przemyślu. (Acta et statuta synodi dioecesanae XX., Premisliae diebus 25., 26., 27. Augusti habitae.) 8<sup>0</sup>, pag. 143. Premisliae 1908.

Ks. *Arcybiskup Bilczewski*, Katecheta szkoły średniej jako duszpasterz uczniów. (Catechetae in gymnasio cura pastoralis erga discipulos). 80. pag. 30. Leopoli 1908.

Ks. Dr. *Kaczmarszyk Józef*, Zmartwychwstanie Jezusa Chrystusa podług I. listu św. Pawła do Koryntyan, De Christo a mortuis reduce sec. 1 Cor. 15, 3—8). Lwów 1909. (28 p.) Przedruk z „Gazety kościelnej”

Ks. *Kruszyński Józef*, M. T., Harmonja ewangelii. Włocławek 1907 (128 p.)

Ks. *Hozakowski Wład.*, Żywoty Świętych Pańskich. (Vitae Sanctorum) 4<sup>0</sup>. 1213 pag. Posnaniæ 1908.

Ks. Dr. *Żukowski Jan*, Religia wobec pragnień szczęścia. (Religio eiusque relatio ad desiderium beatitudinis.) Leopoli 1909. 8<sup>0</sup>. pag. 147.

Ks. *Feliš Karol*, T. J. Rozbiór litania do Najśl. Serca P. Jezusa. (Explicatio litaniarum in honorem SS. Cordis Iesu) 8<sup>0</sup> (XXVII + 224). Cracoviae 1908.

O. *Romuald od Św. Eliasza*, Wspomnienie pośmiertne o p. Rafale Kalinowskim, Karmelicie Bosym, uczestniku powstania z r. 1863, długoletnim sybiraku i wygnaniec. (Memoriale vitae fel. meni. Raphaelis Kalinowski O. Carmel. discalceat., qui multos annos in exilio Sibiriaco fuerat.) Cracoviae 1908. pag. 54.

Ks. *Antoni Rawicz*, Jak to Andrzej Niemojewski objaśnia katechizm. (Quomodo Andreas Niemojewski explicaverit catechismum) Varsoviae 1908. 12<sup>0</sup>. pag. 79..

Ks. *J. Charszewski*, Wtóra podróż do Ciemnogrodu z powodu zamachu na katechizm. (Altera excursio polemica in castellum obsecrantismi ex occasione impetus contra catechismum moti.) Varsoviae 1909. (pag. XXXIII + 316).

Auctor refutat ineptas obiectiones ab Andrea Niemojewski contra catechismi doctrinam motas, multaque colligit argumenta, quibus accommodate ad captum populi veritates fidei exponit. *M.*

**Rola.** 1905—1907 (XXIII—XXV). Warszawa.

K. *Niedziałkowski*, Paganizm, jego istota i skutki, studyum historyczne (De paganismo) 1905, N. 1—15. 17. 19. 22—29; 1906, N. 21—27. 29. 35—40. 43. 44. 45. 52; 1907, 44. 45. 47—50.

Mich. hr. *Plater*, Konserwatyzm katolicki wobec prądów pseudopośtepowych. 1907, N. 29. 30. 35. 46.

## RUSSICA.

Episkop Stefan: „Православно-христіанське нравственное учение, по сочинениямъ Иннокентія, Архиепископа Херсонскаго.“ Pravoslavno-hristianskoe nравственное uченie, po sočinenijam Innokentija, Arhiep. Hersonskago. (**Doctrina orthodoxae christianaе Ecclesiae de moribus, hausta ex operibus Innocentii archiepiscopi Chersonensis.** Mogilev, an. 1907. Vol. 2 XIII—536—XV et 460 XI. Pretium 2 vol. 3 rub.)

Inter primos ecclesiae Russicae oratores, qui saeculo claps floauerunt, certe eminent Innocentius archiepiscopus Chersonensis († 1857), cuius opera usque ad hodiernum diem non solum a clericis, verum etiam a laicis magni aestimantur. Quidam non dubitant eum ipsi Philareto Moscovensi praepone. Magnam doctrinæ præsertim asceticae copiam homiliis, sermonibus diversisque scriptis celeberrimi viri disseminatam, nunc ep. Stephanus in unum collegit. secundum materiam distribuit et in systema redegit.

In primo volumine scriptor breviter exponit motiva, quibus ad hoc opus aggrediendum impulsus sit. (I—XIII.)

Pars sequens inscribitur: „Introductio“, et ad fundamenta doctrinæ christianaæ de moribus exponenda destinatur. In duas magnas dividitur partes: 1. — „Regnum peccati“ (pp. 1—85) et 2 — „Regnum gratiae“ („Царство добра“. pp. 85—118.)

In prima parte describitur status naturae humanae peccato sauciatae (pp. 1—28), dein tractatur de peccato ipso, de eius origine et propagatione, de effectibus peccati et eius consequentiis (pp. 28—71), de impossibilitate hominis sese redimendi viribus propriis (pp. 72—78), tandem de reliquis boni, quod in natura humana post lapsum remansit et de redemptione generis humani per solam virtutem divinam possibili (pp. 78—85).

Pars secunda de regno gratiae (добра) tractat i. e. de genere humano a Salvatore divino redempto. Primo ostenditur, in quo opus salutis generis humani consistat et quomodo peractum sit (pp. 85—93), dein disseritur de necessitate cooperationis ex parte hominis in opere salutis (pp. 93—100), de meritis Christi, quatenus fidelibus applicantur (pp. 100—104), de gratia Sp. Sancti, qua fideles sanctificantur (pp. 105—118).

Introductione absoluta sequitur corpus doctrinæ, quod in quattuor dividitur partes: I. — describitur progressus conversionis et vitae asceticae in unoquoque individuo christiano — vol. I. pp. 119—536. II. — media, quibus christianus in statu viae adiuvatur ut ad finem supernaturalem perveniat, vol. II. pp. 1—332; III. effectus vitae christianaæ moralis — pp. 332—392; IV. mores sociales christianorum (христіанская общественная нравственность) — pp. 332—460.

Pars prima (vol. I) complectitur 9 capita, quae ita distribuuntur: 1. — Conversio peccatoris ad Deum (pp. 119—177) et 2. — eius transformatio (pp. 117—192). 3. — Condiciones necessariae ut quis

Christum sequi possit: a) abnegatio sui ipsius (pp. 192—248) et 4. — b) „gestatio propriae crucis“ (взятие креста своего) i. e. describitur, quomodo Christi assecla crucem sibi a Christo impositam hoc tempore probationis sustinere debeat (pp. 248—297). Dein sequitur expositio ipsius modi, quo fideles Christum efficaciter sequi possint. 5. — a) amor sui ipsius (pp. 297—430); 6. — b) amor proximi (430—470); 7. — c) amor Dei (pp. 470—511); 8. — lucta christiani cum inimicis salutis suae (pp. 511—528); 9. — terminatio status viae (pp. 529—536).

In parte secunda vol. II. *St.* disserit de mediis ad consequendam salutem necessariis. Imprimis de ecclesia (pp. 1—6), de hierarchia et verbo Dei scripto (pp. 6—14); de sacramentis (14—96); de ritibus (pp. 96—101), quae pars in alias 4 subdividitur partes: a) templum et officium divinum (pp. 101—127); b) dies sacri (i. e. festa et ieiunia) (pp. 128—237); c) quomodo se gerere debeat christianus erga mundum invisibilem (i. e. cultum sanctorum, angelorum, defunctorum pp. 238—281); d) actiones symbolicae (purificatio puerperae die 40 post partum et signum crucis pp. 281—287); de mediis naturalibus (i. e. naturae contemplatio) quibus adiuvantur in statu viae ex. gr. contemplatio tempestatum procellarum, hiemis, aestatis etc. (pp. 287—332).

Sequitur pars III. (vol. II). Renovatio asseclae Christi effecta mediis ab eo adhibitis (pp. 332—352). Vita christiani renovati (pp. 352—356). Virtutes et habitus virtutum christiani renovati (pp. 356—372.) De virtutibus in genere et de earum fructibus (pp. 372—382). De unione cum Deo (pp. 282—392). — Pars IV., in qua agitur de moribus publicis seu socialibus christianorum. Caput unicum: Res publica christiana (forma regiminis, rebellio, reformatio, bellum etc. pp. 392—460).

Episcopus Stephanus in hoc opere componendo id sibi videtur proposuisse, ut quantum fieri posset omnia ipsius Innocentii verbis exponeret. Auctoris ipsius verba pro glutine tantum inserviunt, quibus una pars cum aliis coniungitur, ordo et sistema stabiliuntur etc. Unde totius libri aspectus est potius oratorius, quam scientificus, eo magis quod haec „doctrina christiana de moribus“ nihil commune, sicuti apud theologos Russos fieri solet, cum theologia morali sensu nostro intellecta habet. Est potius tractatus asceticus, quo de perfectione christiana discutitur et de variis circumstantiis vitae agitur, quibus hanc perfectionem augere vel minuere possumus. Ita iam ex elencho titulorum patet, materiam operis esse uberrimam. Quaedam partes ita dispositae sunt, tanta pietate et, ut ita dicam, fervore mystico abundant, ut optime pro exercitiis spiritualibus inservire possint. Fere ubique plena cum doctrinis catholicis concordia servatur. Aliquando etiam modo speciali usus pios in ecclesia catholica vigentes inculcare videtur: ita loquitur de communione frequenti (vol. II. pp. 28—30) multumque dolet hanc devotionem in ecclesia Russica admodum raram esse. Commendatur et prolixe describitur praxis examinis conscientiae ante confessionem et quidem modo simpliciter catholico (vol. II. pp. 39 sqq.): idem de ipsa confessione dicendum (ibid. pp. 66—67). Licet expresse ecclesia „docens“ et „disiens“ non nominentur, tamen ex modo, quo auctor relationes inter

hierarchiam et fideles describit, apparet eum catholice rei intellexisse (enf. ex. gr. vol. II, p. 8). Item frequens est usus terminologiae scholasticae, sicut in terminis philosophicis ita et in terminis theologicis, ipsique conceptus ontologici scholasticam doctrinam sapiunt. Principalia, in quibus auctor mordicus doctrinam catholicam reicit, sunt: valor satisfactorius paenitentiarium et bonorum operum (vol. II, pp. 73—74 cf. 196) ubi, more solito, tritas illas protestantium obiectiones in medium profert. Prorsus negat divisionem inter peccata mortalia et venialia (p. 32, vol. I). Admodum obscure loquitur de sorte defunctorum et de valore orationum pro illis oblatarum (vol. II, pp. 261—267): tamen resultat ex iis, quae dixit, orationem vere necessariam esse ad ipsam animae salutem. Doctrinam de τελωνίᾳ (мътарства) admittit, sed aperte fatetur ecclesiam sensum huius doctrinae fidelibus adhuc non explicasse. In quibusdam aliis locis videtur minus caute loqui (ex. gr. pp. 37—39, 78, 80—81, 134 et vol. II, p. 345), sed nostro iudicio haec potius in sermonis aestu sunt dicta, ubi saepe quaedam ornamenta rhetorica sensui vim inferunt. Pro iis, qui res liturgicas callent, non absque utilitate erit 2. vol. revolvere, in quo a pag. 128—237 et a p. 281—187 plura, quae heortologiam et symbola liturgica ecclesiae Graecae spectant, invenient.

Dr. Leonini.

*Th. Troickij, Последняя пасхальная вечеря Иисуса Христа по синоптикам и Иоанну. Poslědnaja pashal'naja večerja Iisusa Hrista po sinoptikam i Ioannu?* (De ultima Christi cena secundum synopticos et Ioannem). Kazan' 1907, p. 28.

Sententia Tr. est haec: Quae narrantur a synopticis non differunt a Ioanne nisi voce, qua idem dies a synopticis appellatur primus dies azymorum a Ioanne dies ante festum ( $\piρὸ τῆς ἑορτῆς$ ): qui dies apud evangelistas non potest alius esse quam dies praeparationis et mactationis agni. Feria VI. erat 14. Nisan, V, 13, IV, 12., 15. Nisan autem erat sabbatum, qui erat, „primus dies azymorum“ sensu biblico. sed non evangelistarum. Agnus praeparatus est 13. Nisan, ne quies sabbati turbaretur, et a Domino ipsa cena eodem die habita est, cum tempus suum prope esse cerneret. (Mth. 26, 18).

**Візантійскій Временникъ.** Том. XIV Вyp. 2—3. Spb. 1908.

S. Šestakov, K istorii tekstov žitija sv. Klimenta, papy rimskago, postradavšago v Hersoně. 215—226.

Fridrih Vestberg, O žitii sv. Stefana Surožskago. 227—236  
Hanc vitam existimat primum scriptam esse circiter medio saec. IX.: esse fontem fide dignum historiae Russiae antiquae.

I. Kračkovskij, Novozavětnyj apokrif v arabskoj rukopisi 885—886 goda po R. Hr. 246—275. Legenda aliqua Graeca, cuius argumentum haustum est est ex Evangelio Nicodemi, conversa in Arabicum hic conservata est. Editur et in Russicum transfertur.

A. Vasil'ev, Zamětki o někotoryh grečeskij rukopisjach žitij svjatyh na Sinač. 276—333.

И. r. Loparev. Ob uniatstvě imperatora Manuila Komnina 334—357. Dialogus imperatoris cum novo patriarcha Michaeli Anchiali (δ Αγχιάλου; † 1177), qui pluris faciebat Muhamedanos quam Latinos, — editur cum introductione.

**Творенія блаженнаго Феодорита, єпископа Кирскаго.**  
**Tvorenija blažennago Theodorita, episkopa Kirskago:** Pis'ma I. II.  
(Theodoreti opera: epistulae). Perev. prof. N. N. Glubokovskago. S. Po-sad 1907—1908.

Litterae Russicae pulcherrime conversis in Russicum et explicatis ss. Patrum operibus excellunt. Iam, cum editus esset a. 1906 Ambrosii tractatus de off. min., in animo nobis erat librum, quantum e relatione aliorum conici potest, egregium, comparare et recensere. Nunc ipsum nomen opus adornantis praestat excellentiam eius. Nec facile invenias parem diligentiam atque eruditionem. Omnia, quae ad Theodorenum pertinent, iam pridem, cum duobus voluminibus huius Patris vitam et opera tractaret, perscrutatus, rem aggressus est, quam vere videtur adamasse. Pauca praefatus (p. VII.—XVIII. epistulas conversas edit et explicat 1—181 secundum Migne, 182—228 secundum Sakkeliona (Athen. 1885), 229—268 e Synodio adversus tragoeidiam Irenaei. Addit deinde conspectum argumenti omnium epistularum, indicem nominum eorum, quibus Theodorenum epistulas misit, personarum et locorum, quae in eis commemorantur, locorum s. Scripturae, et similes res utilissimas.

S. Savinskij, „Христологическая бесѣда Христа Спасителя.“ (Hristologičeskaja beseda Hrista Spasitelja) **De Christi Redemptoris sermone eschatologico.** Kiev, an. 1906. pp. VIII + 342 + II.

Scopus auctoris est, sermones Christi de fine mundi et iudicio universalis, qui in tribus evangeliis continentur (Mth. 24, 1—51 Mrc. 13, 1—37 Lc. 21, 5—36) isagogice simul et exegetice explanare. Unde prima parte libri (pp. 1—172) de Christi circa adventum suum gloriosum doctrina, neconon de authenticitate sermonum, de tempore et loco disseritur et difficultatibus, quae contra illos moventur, fit satis. Pars libri secunda (pp. 173—342) interpretationem exegeticam proprie dictam continet.

Pars prima. In praefatione de momento quaestionis, de methodo nec non de fontibus, quibus auctor ad hunc librum componendum usus est, agitur (I—VIII); sequitur Introductio (1—10) momentum doctrinae Christi de novissimis, terminum ipsum (*ἔσχατα*) eiusque definitionem perpendens.

Cap. I. (11—48) Doctrina Christi de παρουσίᾳ. — In cap. II. (49—83) auctor praecipue eo tendit, ut explicet, quomodo se habeant ad invicem duo illi eventus principales, quibus sermones eschatologici constant, Hierosolymorum nempe destructio et Christi adventus in fine mundi. — Cap. III. (pp. 84—121) De integritate et authenticitate sermonis eschatologici. — Cap. IV. (pp. 122—144) Perpenduntur relatione, quae inter Christi sermones eschatologicos atque Iudacorum apocryphos vigent; item de nexu inter sermones eschatologicos et Apocalypsim S. Ioannis. Cap. V. (145—172) De tempore et loco, quo sermo eschatologicus habitus est.

Pars II. Partem operis exegeticam auctor trifariam dividit. Primo (pp. 173—197) de motivo Christi Domini ad sermonem eschatologicum instituendum inquirit (Mth. 1—3, Mrc. 1—4; Lc. 5—7). Secundo a) in parte theoretica (198—309) vaticinium Christi de Hierosolymorum eversione et de suo adventu exponit, et b) in parte practica (310—328) applicationem moralem harum vaticinationum (Mth. 42—51; Mrc. 33—37; Lc. 34—36) enucleare studet. Tandem brevi et succincta conclusione (329—342) auctor doctrinam de novissimis comprehendit. In genere signa futuri adventus sunt nimium mali in mundo augmentum et boni triumphus in societate electorum. Ex signis particularibus, licet a Christo sint praedicta, tamen cum certitudine diem adventus determinare non possumus, unde pro christianis nihil remanet nisi orare et vigilare.

Auctor totus in eo est, ut sermonis eschatologici inspirationem defendat proindeque semper in eo explanando apologetice procedit. In utraque operis parte, maxime vero in parte isagogica, rationalistarum obiectiones ad examen vocantur et diluuntur, qua in re scriptor peritissimum se ostendit. Pars exegetica pari eruditione conscripta tanquam specimen doctae et sobriae interpretationis considerari potest: ubique enim amplissima eruditio cum sana doctrina copulatur. Paucissima sunt, quae a scriptore minus exacte proferuntur. Velut non sat clare de scientia Christi-hominis quoad illud Marci „neque angeli in caelo, neque Filius“, 13, 32 loquitur; videtur enim scriptor naturae humanae Christi eandem scientiam ac naturae divinae tribuere (p. 115). A pag. 133 dicit ab Hebraeis tempore Christi Domini ideam de Messia redemptore et paciente (о Мессии страждущемъ) omnino alienam fuisse, tamen a pag. 139 seipsum aliquo modo corrigit, cum dicit characterem spiritualem adventus et regni messianici a Iudeorum apocryphis si non penitus negatum, tamen notabiliter mutilatum esse. Ex scriptoribus catholicis auctor utitur commentariis in evangelia a Schanz et Knabenbauer (quem, nescio cur, sub nomine „Cornely“ citat) conscriptis et introductione in libros sacros P<sup>is</sup>. Cornely. Mirandum sane, cur non adhucuerit opus Jacquier „Histoire des livres du nouveau testament“ et introductionem in libros Nov. Test. a Io. Belser confectam „Einleitung in das N. T.“

Attento parvo eorum, qui de hoc argumento scripserunt, numero (nuper prodiit opus Cellini „Saggio storico-critico di esegezi biblica sulla interpretazione del sermone escatologico“), opus hoc exegesis catholicis censemus esse perutile.

Dr. Leonini.

L. I. Denisov, Православные монастыри Российской империи (Pravoslavnye monastyri Rossijskoj imperii). Monasteria orthodoxa imperii Russici. Moskva (Stupin) 1908. Pg. XII + 984. Pr. rub. 3·50.

In praesenti opere describuntur 1093 monasteria imperii Russici, 4 monasteria Russica in imperio Sinensi, 3 in America septentrionali. De singulis monasteriis omnia scitu digna (tempus fundationis, fundator, brevis historia, descriptio topographiea, ecclesiae, reliquiae sanctorum

codices praecipui, monumenta antiquitatis et artis ecclesiasticae, numerus monachorum, similia) breviter ac perspicue traduntur. *D.* hoc in labore praecessorem habuit *V. Zvěrinskij*, (Material dlya istoriko-topografičeskago izslědovanija o pravoslavnnyh monastyryah v Rossijskoj imperii; 3 tomi, Spb. 1890/7); tamen opus eius originale dici potest, multumque a Zvěrinskio differt. *D.* non tam finem scientificum quam practicum prosequitur, copiosam materiam quasi in uno conspectu proponens. Per multos libros hac de materia tractantes accurate allegat et eos solum, quos ipse inspicere potuit. Opus certe magnae molis, magni pretii, ad studium historiae ecclesiae Russicae eiusque status praesentis utilissimum.

*F. G.*

*N. D. Ževal'ov, Святитель Іоасафъ Горленко епископъ Бѣлгородскій и Обоянскій.* (Svjatitel' Ioasaf Gorlenko episkop Bělgorodskij i Obojanskij). **S. Ioasaf Gorlenko** (\* 1705 † 1754). Materialy dlya biografii. Partes I. II. Pag. IV + 242 + 7. Kiev 1907. Pr. Rub. 1:50.

Ep. Ioasaf Gorlenko e nobili quadam familia Russiae minoris ortus (\* 1705) a Russis tamquam exemplar vitae christianaе colitur. Ad eius tumulum multa miracula facta esse narrantur; quapropter a pio populo sanctis est adnumeratus atque hodie quoque multi ad eius sepulchrum (Bělgorod) e longinquis etiam Russiae regionibus peregrinantur. Ž. varia documenta ac nonnullas vitae descriptiones, partim iam antea typis editas, collegit. Pars I. de maioribus ac parentibus Ioasafi, pars II. de ipso Ioasaf agit. Reliquae partes sequentur. Opus eleganter adornatum & picturis illustratur.

*F. G.*

*P. A. Jungerov, Неканоническія книги Св. Писанія Ветхаго Завѣта.* (Nekanoničeskija knigi Sv. Pisanija Vethago Zavěta.) **De non canonicis libris S. Scripturae Veteris Testamenti.** Kazan' 1907. Pr. 50 kop. (Commentatio e Pravoslavnyj Sobesednik seorsum expressa).

In enumeratione horum librorum discrepat *J.* ab aliis orthodoxis theologis<sup>1)</sup>, quod ad non canonicas partes assumit Iob 42<sup>17</sup>, quae pars in textu Graeco ideoque etiam in bibliis Russicis, non vero in Hebraico neque in Vulgata legitur<sup>2)</sup>. Nonnulli scriptores ecclesiastici commendabant illos libros praecipue catechumenis ad legendum, quia intellectu faciles erant. Sed non subseribimus in tota extensione huic auctoris sententiae „Facilitas pabuli animi in non canonicis libris traditi ab eo dependet, quod ii non subiacent mysticae, laboriosae, allegoricae explicationi, cui subiacebant canonici inspirati libri continent altiorem sensum, quem Spiritus Sanctus eorum litteris interpretatus est“: nam praeprimis partes libri Iudith<sup>3)</sup> annuentibus ss. Patribus<sup>4)</sup> ab exegesis nonnumquam etiam mystice explicantur. De relatione auctoris ad con-

<sup>1)</sup> Vide Slavorum litteras theologicas II. p. 288 seq.

<sup>2)</sup> De origine harum glossarum vide Henry Barclay Swete, An introduction to the Old Testament in Greek. Cambridge 1902<sup>2</sup>. p. 256—257.

<sup>3)</sup> Cfr. Card. Passaglia, De immaculato conceptu Deiparae semper Virginis. Romae 1854. I. 2. 47; Herm. Zschokke, Biblische Frauen des A.

cilium Hierosolymitanum a. 1672 celebratum alio loco scribam: explicatio a Jungerov data minime congruit fini et sensui verborum supra dicti concilii, potius ei contradicit neque Russicam doctrinam huius temporis ullo modo adiuvat.

Brevem introductionem generalem sequitur specialis introductio in singulos libros non canonicos. Veteroslavica (edit. Elisabethina) et Russicae versiones libri Tobiae confectae sunt e Graeca recensione codicum A et B. In defendenda historica veritate libri nonnullae difficultates erudite et prudenter solvuntur. E Russica litteratura memorata digna est monographia prof. N. Drozdov, *O proishoždenii knigi Tobita (De origine libri Tobiae)* Kiev' 1901. Secundus liber Esdrae (tertius in Vulgata, apocryphus in eccl. catholica) ab orthodoxis nunquam, prout nonnulli opinantur, pro primo Esdrae habebatur. Continet historicas et dogmaticas „titubationes (петоумѣнія)“ discrepantes ab historia et doctrina in libris canoniciis contenta, sed habet moralem dignitatem et praebet historicum testimonium, quomodo Iudei Sacram Scripturam intellexerint et comprehendenderint. Sapientia Salomonis nimis sapit hellenisticam theologiam et philosophiam. In secundo (2<sup>4-5</sup>, 3<sup>25-26</sup>, 5<sup>1-3</sup>, 10<sup>29-30</sup>) et saepius in tertio libro Maccabaeorum admittuntur fabulosae narrationes. Conscriptio Ecclesiastici ponitur ad a. 290., Graeca versio ad a. 230 a. Chr. n. E litteratura Russica citatur: Kniga Premudrosti Iisusa syna Sirahova v rus. perevodѣ s kratkimi objasnenijami (Liber Sapientiae Iesu filii Sirach in linguam Russicam versus et breviter explicatus). S. Peterburg. 1860. Roždestvenskij, Vnov' otkrytyj evrejskij tekst knigi Iisusa syna Sirahova i ego značenie dlja biblejskoj nauki (Textus Hebraicus nuper repertus libri Iesu, filii Sirach, eiusque momentum pro biblica doctrina). S. Peterburg 1903. Incertum videtur, utrum Jungerov linguam originalem prophetiae Baruch Alexandrino-graecam an Hebraicam defendat. Usque ad ultimum tempus disputabatur inter theologos Russos de canonicitate huins libri, sed recentiores scriptores adnumerant eum ad libros non canonicos. De lingua originali (Hebraica) et textu libri optime scriptum est. E lit. Rus.: A. Antonin, Kniga proroka Varuha (Liber prophetae Baruch). S. Peterburg 1902.

Antiquiores editiones bibliorum veteroslavicorum miscebant libros canonicos et deuterocanonicos sine ullo discrimine atque sine ulla annotatione: sed ante librum III. Esdrae, in eccl. catholica apocryphum, apud Russos hodie „non canonicum“ bibliis veteroslavicis insertum ad-

T. Freiburg 1882, § 37. Longam seriem auctorum allegorice librum explicantium adducit N. Drozdov, Исторический характеръ книги Іудеевъ. Kiev 1876. p. 57—89, ipseque ex sequentibus paginis 90—147 summam hisce verbis colligit (p. 147): „Птакъ, вотъ результаты, къ какимъ привело насъ наше изслѣдованіе относительно вопроса объ историческомъ характерѣ книги Іудеевъ: Книга Іудеевъ не есть ни чисто-историческое, ни чисто-поэтическое произведение главныя черты ея заимствованы изъ действительной жизни, но при изложеніи исторического материала авторомъ были допущены съ особеною цѣллю аллегорические приемы, измѣненія собственныхъ именъ и тому подобныя отступленія отъ действительности.“

<sup>4)</sup> Hieronymus, Praef. in Sophoniam; Hippolytus, Αποδειξικὴ πρὸς Ἰουδαῖος IX., X. Migne T. X.

debant (in edit. Ostrogia) partem epistolae s. Hieronymi ad Damianum et Rogatium, in qua liber apocryphus appellatur, bene igitur distinxerunt antiquiores theologi Russici, quinam libri (ergo etiam deuterocanonicus) ad canonem S. Scripturae pertinerent et qui quamquam utiles fidelibus ad legendum, tamen extra canonem putandi essent.

Tractatum, cuius criticum laborem nec non notitiam extraneae ac domesticae litteraturae non negamus, hisce verbis *J. absolvit*<sup>5)</sup>

Libri non canonici non habent canonico-inspiratam in omnibus etiam minimis partibus inconcussam auctoritatem, continentes particulariter varias dogmaticas et historicas titubationes, sed in omni suo spiritu, natura et narratione et in multis particularibus propositionibus continent veritates excellentes, profunde instructivas, praestanter morales; itaque propter hanc praestantiam iuste ab ecclesia orthodoxa inclusi sunt in ordinem librorum Sacrae Scripturae, qui et in publico cultu ab ecclesia christiana et in privato usu leguntur. “*Ad. Jašek.*

*V. Rozanov: Около церковных ствінъ.* (Okolo cerkovnyh stěn). T. I. С.-Петербургъ 1906.

Permultae quaestiones inveniuntur, quae animum humanum commovent, quaeque quovis tempore, etsi sub diverso forsan respectu, hominis intellectui obtruduntur. Eiusmodi quaestiones temporum nostrorum adiunctis correspondentes tractat V. Rozanov, qui varios tractatus, quos separatim prius ediderat, in unum librum duobus tomis constantem coniungit. Nemini itaque mirum erit, si singuli articuli logice inter se non connectantur neque unum tomum constituant.

Rozanov, sicut in aliis operibus, ita etiam in hoc opere quaestiones religiosas, prout temporis adiuncta exigunt, proponere atque illustrare studet. — Prae manibus nobis est solus primus tomus.

Totum autem systema religiosum — de singulis articulis separatis tractare opus non est — a Rozanov propositum, quid sibi velit, clare libri titulus atque inscriptio indicat. Eius religio, dogmata fugiens atque spernens, solum ethicam atque mores quaerit; centrum vero huius religionis matrimonii dignitate propaganda ac defendenda continetur (cf. p. 1—23, passim et separatum auctoris librum: Семейный вопросъ въ Россіи. Петербургъ 1903).

Proprietas essentialis, qua Rozanov religionem veram ornatam esse exigit, est gaudium, quod religio tum intendere tum creare tenet: abnegatio itaque omnis atque mortificatio minime cum vera religione concordant (cf. p. 1—23; 307—324). At religio, quam Rozanov

<sup>5)</sup> »Неканоническая книги не пмъють канонической-богословен-  
ного во. всемъ до малъйшихъ частностей, непоколебимаго авторитета,  
содержать разныя догматическая и историческая въ частностяхъ «недо-  
умѣнія», но въ общемъ своемъ духъ, характеръ, направлений и во многихъ  
частныхъ раскрываемыхъ положеніяхъ заключаютъ возвышенія,  
глубоко поучительныя, преимущественно моральныя, истинны ѹ за эти  
свои достоинства сираведливо Православною Церковю включены въ  
разрядъ библейскихъ писателей, читаемыхъ за общественнымъ богослу-  
жениемъ христіанской Церкви и въ домашнемъ употреблении.«

excogitavit, potius externa sequitur, externam nempe felicitatem atque alia bona sensibilia. Rozanov in ecclesiis orare fugit, extra ecclesiam in naturae universitate devote ad suum Deum orat. At cum eo simul etiam Iudeus ac paganus precationem peragere potest, ita ut eius religio universalis evadat, quae ad omnes homines, quaecumque credunt, in sinu suo detinendos valet. Eodem tamen tempore Rozanov religioni christiana quocumque modo illa concipitur, adversarius existit. Fundamentum igitur religionis a Rozanov propositae merito physiologia reputanda est. Secundum ipsum religio christiana paeprimis morteni colit, adeo ut „mortis religio“ appellari mereatur. Evangelium vero Rozanov libere explicat atque interpretatur.

Quas ideas (paeprimis religionem gaudii atque religionem familliae) Rozanov in omnibus suis operibus propagare nititur.

Quid autem ei laudi tribui iure potest? Rozanov religioni studet gaudii atque pulchri notionem attribuere et coniungere: qua in re omnis homo religioni verae adhaerens atque cor humanum perspiciens auxilium ei certe paebebit.

Sed quod in libris a Rozanov compositis perniciosum esse videtur, id est, quod ad omne christiana religionis dogma subvertendum occasionem atque viam monstrare satagit.

*M. Haluščyňskyj.*

### Богословскій Вѣстникъ. (Bogoslovskij Věstnik) 1907

*M. Tar  ev, Zakoni  eskoe Judejstvo* (De legali Iudaismo) III, 494—550. Auctor fontes, ex quibus Iudaismus legalis exortus sit nec non spiritum atque doctrinam Iudaismi legalis, disquirit atque enarrat.

*I. Popov, S. Ioannes Chrysostomus eiusque adversarii*, III, 569—607, 798—855. Ut omnia instauraret in Christo, s. I. Chrysostomus per totam vitam suam strenue ac diligenter allaboravit. Et haec eius conamina sunt, quibus nominatus doctor a ceteris illustribus Patribus discernatur quaeque ei nomen ac gloriam immarcescibilem contulerint. Universas hominum classes, ut Christum imitando Eius virtutes in se exprimant, admonet atque adhortatur. Nullum iuxta divum oratorem adest vitae genus, quod sanctificari virtutisque adiumentum esse non possit. Verum hic Chrysostomi animus causa fuit, ut homines lucis inimici contra ipsum insurrexerint.

In disquisitione mira sunt, quae auctor de ascensi tenet.

*D. Ro  destvenskij, Satiri  eskij element v bes  dah sv. Ioanna Zlatoуста* (Satyricum elementum in orationibus s. I. Chrysostomi) III, 666—697. Satyra, ut homines emendet, eorum vitia risu exponit atque acerius carpit. Quod etiam in prosa apte fieri potest.

Cum vero etiam s. Chrysostomus et ad hominum emendationem strenue allaboraret, et tamen admonitio sola optatum effectum non assequeretur, ideo et sanctus Pater satyra usus est, ut imbecillitatem humanam adiuvaret.

Cuius rei auctor exempla ex variis operibus s. Ioannis congesta in medium profert; deque causis disserit, ex quibus in oratione sacra satyram adhibere licitum sit.

*P. Kudrjavcev, U  enie sv. Io. Zlatoуста o bogatstv   ego socialnyj ideal* (Doctrina s. Io. Chrysostomi de divitiis eiusque postulata socialia) III, 785—797. Sec. s. Chrysostomum quoniam divitiae, si factum spectamus, nempe consideratae ut in paucorum manibus existentes (moder. verbum — capitalismus) ex iniustiae fonte profluxerint, conandum hominibus est, ut ad priorem conditionem,

in qua nonnisi necessaria homines quaerebant et res temporales ut virtutis adiumentum considerabant, totum humanum genus redeat.

N. Zaozerskij, *Točnyj smysl i značenie Apostolskago 34go pravila* (De apost. can. 34. sensu ac vi) III, 770—784. Zaozerskij litigat cum Glubokovskij de nominato canone. At in litigatione uterque nonnihil decentiae limites transgreditur. Cf. etiam Bog. Věst. 1907. II, 343—356 et III, 731—751.

**Извѣстія отдѣленія русскаго языка и словесности имп. акад. наукъ.** (Izvestija otdelenija russkago jazyka i slovesnosti imper. akad. nauk.) 1907 (XII).

N. Ja. Jančuk, *K voprosu ob otrazhenii apokrifov v narodnom tvorestvѣ*. I, 126—143.

A. M. Sobolevskij, *Dva russkih poučenija s imenem Grigorija*. I, 250—262. Textus hos, quorum alter incipit: Pridete vsi muži vkupé i ženy „, alter: Pr'vago zakona obyčai iměite . . ., S. scriptos esse existimat ab episcopo Bělgorodensi nomine Gregorio, cognomine »philosopho«, cui etiam tribui posse existimat: 1. Slovo sv. Grigorija Bogoslova popom v razmyšlenie; incip.: Slyšite erei, čto o nas sam Gospod' Bog glagolet: žatva . . .; 2. Sv. Grigorija Bogoslova poučenie popom; incip.: Slyšite ubo, vo otečeskikh zapovědeh glagolet: ašče imaši razum . . . (ap. Almazov, Tajna ispovědi III, 267); 3. Slovo sv. otca našego Grigorija Bogoslova; incip.: Ašče bo kupec na vsja dni rascitaet . . . Alia, quae in codicibus Gregorio tribuuntur, potius iudicat a Slavo meridionali quam a Russo esse scripta: 1. Nakazan'e Grigorija Černorizca (alias: o pol'zě duševněj); incip.: Ne možem ubo lénitisa, brate, o svoem spasen'i; 2. Slovo sv. Grigorija o milostyni; incip.: Po vsemu razumięte, čada, kol', velika milostyni děla sut'

E. E. Golubinskij, *Hersonskie svjaščennomučeniki, pamiat' kotoryh 7. Marta*. I, 263—272. G. negat Chersonenses illos martyres, qui 7. Martii coluntur, fuisse episcopos missionarios, missos in Chersonesum ab episcopo Hierosolymitano: videntur fuisse ex eis quos tempore Diocletiani Gothi orientales ex imperio Byzantino adduxerunt in Tauridem.

P. N. Žukovič, *Brestskij sobor 1591 goda (po novoootkrytoj gramotě, soderžašej dějanija ego)* II, 45—71. Litterae de concilio anni 1591 nuper inventae datae sunt 26. Octobris 1591 et subscriptae a Michaele metropolita et quinque episcopis (nunc sunt Imper. Akad. Nauk). Litterae descriptae sunt p. 65—71.

E. E. Golubinskij, *Po povodu perestroja V. I. Lamanskim istorii dějatel'nosti Konstantina filosofa, pervoučitelja Slavjanskago*. II, 368—380.

Lamanskij in Žurn. Min. Nar. Prosv. 1903—4 negaverat Pannonicam, quae vocatur, vitam Constantini philosophi esse fide dignam. Hac de re G. iam in Historia Eccl. Russicae (I, 2. pol. 2 910 ss.) iudicavit. Nunc cum Lamanskij opiniones suas in relatione de suis litterarum studiis a 1906 proposuit G. rationes suas fusius explicat.

Lamanskij posuit 1. Slavicam vitam Constantini non posse existimari fontem omnino fide dignum et integrum. Omissis miraculis considerandam esse modo grammaticam quandam Hebraicam octo partibus constantem, quam convertisse tradatur, annum, quo Saracenicam legationem fuisse legatur (851 loco 855—6) et inscriptionem illam in calice. G. respondet a) non esse certum Hebraeos saeculo IX. grammaticam nou habuisse, saltem in Chersoneso: neque videtur agi de grammatica Hebraica conversa sed de composita a Constantino secundum Graecam grammaticam quadam adumbratione grammaticae Hebraicae. b) Alteram esse meram Lamanskii opinionem. c) Non esse, cur negetur Constantinopoli talem calicem fuisse: ut enim hic ab aliis non commemoratur, ita nec Salomonis thronus, qui ibidem ostende-

batur, in litteris Europae occidentalis occurrit: verba illa «sunt vorena dreva inogo» significare rem factam e materia singulari, pretiosa.

Adversario 2. manifestum est ea, quae de Slavicis litteris inventis et de libris liturgicis conversis in Slavicum post Rostislai (862) legationem narrantur, esse facta idque pessime. G. respondet scriptorem vitae ea de causa facere Constantiū a Moravis rogari, ut ipsis liturgiam patrio sermone indueret, ut culpa Constantini Graecis, qui aequo ac Latini trium linguarum tenaces erant, minor videretur (375). Praeterea scriptori respondendum fuisse ad quaestionein, quae obiciebatur, cur Moravi Graecis legatos misissent.

Lamanskij 3. nititur testimonio Hrabrii et Synodici ecclesiae Tyroviensis a. 1211, unde colligit litteras Slavicas compositas et libros liturgicos conversos esse Michaële III. regnante, 842—855. G. auctoritatem Synodici parvi aestimat et dubitat insitne ibi, quod Lamanskij dicit. Deinde cum approbari nequeat opinio Lamanskii, libros conversos esse in Slavicū, ut Slavi Asiae, a Muhamedanis oppressi eis uterentur, temere hunc laborem susceptum esse dicendum esset.

A. I. Nikol'skij, Skazanija o dvuh novgorodskih čudesah iz žitija svjat. Ioanna Predteči i Krestitelja Gospodnja. III, 98—116.

K. Th. Radčenko, Zamětki o rukopisjach, hranaščihsja v bolgarskoj mitropolii g. Skop'ja, s priloženiem služby Konstantinu Filosofu po sredne-bolgarskomu spisku XIII. věka. III, 147—162.

A. I. Nikol'skij, Katihizis Arsenija Macěeviča. III, 297—312

P. A. Lavrov, Žitija sv. Nauma Ohridskago i služba em u. IV, 1—51.

M. P. P-ij, Ob odnom poslanii mitropolita Makarije Novgorodskomu arhiep. Pimenu. IV, 141—145.

G. Z. Kuncevič, Opis rukopisej Tižinskago Uspenskago monastyrja. IV, 346—357.

### Trudy Poltavskago cerkovnago istoriko-archeologičeskago komiteta.

Vyp. 2-j. Poltava, 1908 (108) 0·60 r.

Insunt commentationes:

V. A. Parhomenko, Sil'vestr Lebedinskij, pervyj episkop poltavskoj eparhii (s portretom).

V. A. Parhomenko, Patriarh Konstantinopol'skij Serafim II. (s portretom.)

I. F. Pavlovskij, Ssyl'nye sektanty v poltavskom krestovo-zdvizhenskom monastyrě v XIX. stolětii.

V. Romanov, Ikona mučenica.

### Вѣра и Церковь (Věra i Cerkov') God I--IX. (1899—1908).

Cum hoc anno edi desiti sint commentarii apologetici ab I. I. Solov'evio conditi V i C. nonnullas commentationes, quas attulerunt, nominare libet.

arhiep. Antonij (Hrapovickij), Nrvastvennaja ideja dogmata cerkvi. 1901.

Tim. Butkevič, Renan i ego sočinenie Žizn' Iisusa 1904.

Tim. Butkevič, Suždenie Renana ob istočnikař dlja žizneopisanija Gospoda našego Iisusa Hrista. 1904—1905.

A. D. Běljaev, O progressě. 1900.

N. A. Eleonskij, Razbor kritiki vethozavětnyh pisanij. 1901. 1903.

M. N. Glubokovskij, Estestvoznanie i materializm. 1904.

D. Th. Golubinskij, Iz istorii estestvo-naučnoj apologetiki v Rossii. 1901.

A. Th. Gusev, Iezuitskija apologii filiokvističeskago učenija. 1900.

A. P. Lebedev, Novyj vzgljad na proišhoždenie simvola konstantinopol'skago ili čto tože pravoslavnoj cerkvi. 1899.

- V. K. Nedzveckij, O biblejskoj gigieně i makrobiotikě. 1902.  
V. K. Nezdveckij, O hrhistianskom asketizmě i nervnosti. 1903.  
I. A. Orfanitskij, Čto takoe čudo. 1901.  
A. I. Solonikij, Religiozno-filosofskija vozzrěnija grafa L. N. Tolstogo i ih psihologičeskij genezis. 1901—2.  
I. I. Solov'ev, O poklonenii Bogu Duhom i istinoju. 1899.  
I. I. Solov'ev, Zakon i Evangelie. 1901.  
I. I. Solov'ev, Mysli o smertnoj kazni pri světě otkrovenija. 1906.  
A. I. Vvedenskij, Smysl jazyčestva. 1900.

Prof. I. V. Popov, **Идея обоженія въ древне-восточной церкви.** (Ideja oboženija v drevne-vostočnoj cerkvi) **Quid de deificatione senserit antiqua ecclesia orientalis.** M. (Kušnerev) 1909 (51 p.) 0·30 r.

Liber hic magno gaudio excipiendus est. Magna rei peritia tractatur hic doctrina a theologis Russorum fere neglecta (exc. Světlov, Kurs apologet. bogosl<sup>2</sup>, p. 419), etiam multis theologis catholicis parum cognita, ita ut nonnumquam eruditissimi mirentur, cum audiant nos divinam naturam generatione accipere, iustos esse filios Dei non metaphorice tantum, sed vere, ideoque necessario divinae naturae physice participes ac propterea vocari posse deos.

P. principio doctrinam Patrum explorat. Doctrina fundamentalis erat, ad salutem hominis necessariam esse eius deificationem. Ideo Dei incarnatio contra Arium et duarum naturarum unio contra Nestorium statuta est, ideo Spiritum s. Deum esse teneri debuit. Adducuntur Athanasius, Basilius, Gregorius Naz. dicentes, si Spiritus s. non sit Deus, ipse deificetur prius, ut nos deos facere possit. Adducuntur Cyrillus Al., Macarius, Amphilochius Icon. (Fragm. ed. Fischer 1906), alii, qui deificationem hominis eodem modo describunt, quo incarnationem Verbi. Omnes denique docent, Verbum ideo esse hominem factum, ut homo fieret Deus. Quae de mysterio regenerationis et adoptionis docent vix respecta sunt (velut: „In priore quidem generatione nascuntur spiritu animali praediti, qui in homine creatur, nec moritur unquam, sicut scriptum est: ‚Factus est homo in animam viventem‘. At in altera, baptismi sc. in regeneratione, Spiritum s. ex ipsa divinitate recipiunt immortalem“ Aphraates: Dem. 6, n. 14 [ed. Graffin p. 294.] Cf. Macarius, Hom. 30, n. 2 etc.) In his tamen investigandis non dogmatici munus gerit, sed eius est scrutari, quae visa animis Patrum obversata sint, cum hoc dogma exponerent, quemadmodum obiter etiam quaerit, qualem sibi unionem Verbi cum natura humana finixerint, non utrum Christus verus Deus et verus homo fuerit necne. Duplicem modum concipiendi deificationem hominis (parallelum dupliciti modo concipiendi incarnationem) apud Patres occurrere existimat: realisticum — similem commixtioni corporum, quam Stoici docebant — et idealisticum — qui ad intellectum et amorem refertur. „Dlja realističeskago napravlenija učastie v božestvennoj žizni est’ slědstvie proniknenija duši i těla božestvennymi silami Duha Sv., kotoroe myslilos’ po shemě stoičeskago směšenija těl. Dlja bogoslovov idealističeskago napravlenija točkoj fizičeskago soprikosnenija čelověčeskoj prirody s Božestvom služit um, kotoryj, budući obožen obščeniem s Bogom,

peredaeat oboženie i tělu, našodjaščemusja v ego obladanii<sup>1)</sup> (p. 27). Non dubito quin nolit doctrinam de physica unione et deificatione, quam ipse cum priore modo rem concipiendi coniungit, negare sicut nec physicam unionem Verbi cum natura humana. Studium eius non est dogmaticum. Verum sic quoque non videtur verum esse assecutus.

Ipse satetur utrumque modum concipiendi apud nonnullos Patres simul occurere; non tamen apud Dionysium Areop. (p. 22), qui solum alterum modum exhibeat, quem et Gregorius Naz. et Gregorius Nyss. magis amplectantur quam priorem. De Maximo Cont. tacetur (cf. Ambig. M. 91, 1088, C. τῆς ζωῆς, ἢν οὐκ ἀλλα εἰσπρεόμενος, οὐδὲ αἴματος ὄχετοι τοῦ ἡπατος ἀπορρέοντες συνιστῶσιν, ἀλλὰ Θεὸς δῆλος δῆλος μετεχόμενος, καὶ ψυχῆς τρόπου πρὸς σῶμα τῇ ψυχῇ, καὶ διὰ μέσης ψυχῆς πρὸς σῶμα γινόμενος, ὡς οἶδεν αὐτός, ἢν οὐ μὲν ἀπορεῖαν δέξηται, τὸ δὲ ἀθανασίαν, καὶ δῆλος ἀνθρώπος θεοῦθῇ τῇ τοῦ ἐνανθρωπίσαντος Θεοῦ χάριτι θεονογούμενος, δῆλος μὲν ἀνθρώπος μέρον κατὰ ψυχὴν καὶ σῶμα διὰ τὴν φύσιν, καὶ δῆλος γινόμενος Θεὸς κατὰ ψυχὴν καὶ σῶμα διὰ τὴν χάριν καὶ τὴν ἐμποτονοσαρ αὐτῷ διόλοις θείαν τῆς μακαρίας δόξης λαμπρότητα *Tī γὰρ θεώσεως τοῖς ἀξίοις ἔρασμιώτεροι, καθ' ἣν δὲ Θεὸς θεοῖς γενομένοις ἔρούμενος τὸ πᾶν αὐτοῦ ποιεῖται δι' ἀγαθότητα:).* Nec opus est modos illos a philosophicis scholis repetere. Res spirituales aliter nostra cogitatione materiae adhaerenti concipi non possunt, nisi materiae, etsi tenuissimae, speciem induant. Ferrum candens et similia sunt auxilia cogitationis, sunt pro signo imperfecto habenda. Ex alia parte — praeterquam quod iuxta physicam unionem etiam moralis cogitari potest, illâ minime in hanc mutata, nec inter se referri eas necesse est —, videtur (si conari licet altius mente ascendere) elevatio naturae (naturae per se. i. e. secundum primarium Dei consilium, naturalis perfectionis apicem iam adeptae, adeo, ut „creatura supernaturalis“ consilio Creatoris repugnet et impossibilis sit) in statum supernaturalem in eo motivum et finem suum habere, ut creatura, quae divino amore amatitur, possit divino amore redamare et posito naturaliter loco sui „ego“ Deo, recuperet supernaturaliter suum „ego“ — divinae naturae consors effectum. Certe autem amor et visio sunt actus illius naturae, qua donati filii esse possumus, naturae ab humanam magis distantis quam hominis a bellua. Cf. Slav. litt. theol. III, 106.

Consulti sunt tantum Patres Graeci (ne Syri quidem). Cum certe putandum non sit, orientis theologos in hac quaestione omnino singularia sensisse, sed Patres occidentales, etsi rarius, easdem tamen sententias prompserint quas orientales, vix intellegitur, cur horum tantum doctrina considerata sit.

Dr. Leonini.

### Libri a. 1908 editi.

Aleksij, Materialy dlja istorii religiozno-racionalističeskago dviženija na jugě Rossii vo vtoroj polovině XIX stolêtija. Kazan' 1908 (VI + 690) 5 r. (rec. in Cerk. Věd 1909 No 13—14, p. 621—629).

I. D. Andreev, A. P. Lebedev (Nekrolog) Spb. 1908. 0·20 r. T<sup>1)</sup>.

<sup>1)</sup> T in fine tituli adiectum significat librum inveniri in „Katalog“ bibliopolae Tuzov — Spb. a. 1909 edito.

- G. Barac, Biblejsko-agadičeskija parallelji k lětopisnym skazanijam o Vladimírě Svjatom. Kiev 1908. 0·75 r. T.
- V. A. Bědnov, Pravoslavnaja cerkov' v Pol'shě i Litvě. (Hologum legum). Ekaterinoslav. 1908. T. (De eccl. orthod. in Pol. et Lit.)
- V. Běljaev, A. Viktorov i M. Mansurov, Eparhial'nye s'bězdy. Spravočnoe izdanie 1908 (p. 102) 0·50 r. (C. Věst. 1908 N. 43, 1345). T.
- E. Bělickij, Pod pol'skim igom. (Sub iugo Polonico.) Očerki i štřili iz žizni mogilevskih pravoslavných bělorusov v XVIII. věkě. Vil'na 1908 (165) (maxime usus est archio Mogileviensis consistorii) [r. C. Věst. 1908 n. 42, col. 1317—8].
- I. Berdnikov, O protestantskom i pravoslavnem prihodě v Finljandii. Spb. 1908. 1 r. T.
- D. I. Bogdaševskij, O hristianskoj blagotvoritel'nosti. Kiev 1908. 0·15 r. T. (Trudy 1908 I, 24—37.)
- D. I. Bogdaševskij, Svatyj Ioann Zlatoust po ego pis'mam. Kiev 1908. 0·25 r. T.
- V. V. Bolotov, Lekecii po istorii drevnej Cerkvi. I. Vvedenie v Cerkovnuju Istoriju. Spb. 1908 (VIII + IX + 234). 225 r. (Introd. in hist. eccl.)
- V. Bonč-Bruevič, Materialy k istorii i izučeniju russkago sektantstva i raskola Baptysty, běguny, dužoborecy, L. Tolstoj o skopčestvě, pavlovey, pomorecy, staroobrjadecy, skopey, štundisty. Spb. 1908. 2 r. T. (De sectis Russ.)
- S. N. Bulgakov, Intelligencija i religija. Voskresenie Hrista i sovremennoe soznanie M. 1908 (48 pag.) 0·25 r. (Sklad izd.: M., protiv brama Hrista Spasitelja, dom Kovriginoj, kv. No. 12). [rec. I. Ščerbov in C. Věd. 1908 No. 41, p. 2023—5]. T.
- I. V. Giduljanov, Iz istorii razvitija cerkovno-pravitel'stvennoj vlasti. Vostočnye patriarhi v period četyrej pervyj vselenskih soborov. Istoriko-juridičeskoe izslědovanie. Jaroslav 1908. 4 r. T. (De patriarchis Orient ant.)
- N. N. Glubokovskij, Pamjati pokojnago professora Aleksěja Petroviča Lebedeva Spb. 1908 (31) 0·55 r. [r. A. Bronzov in Cerk. Věd. 1908 No. 41, p. 2025—6].
- A. P. Golubev, Činovniki Moskovskago Uspenskago sobora i vyhody patriarha Nikona. M. 1908. 3 r. T.
- S. Grigorovskij, Sbornik cerkovnyh i graždanskikh zakonov o brakē i razvodě<sup>8</sup>. 1908.
- Z. E. Hejfec, Samoubijstvo po evrejskomu zakonodatel'stvu. Vil'na 1909 (sic) (p. 23) 0·25.
- V. S. Ikonnikov, Opyt russkoj istoriografii t. II, kn. 1 i 2, K., 1908, (p. X + 1955 + XXXII + V + IX + 113 + XXIX + XI.)
- Vl. Ilinskij, Obščestvennoe služenie ženščiny v hristianskoj Cerkvi. Spb. 1908 (73) 0·40 r.
- Sočinenija Innokentija arhiep. hersonskago i tavričeskago<sup>2</sup>. Spb. 1908 (Tuzov) 6 r.
- V. Jablonskij, Pałomij Serb i ego agiografičeskija pisanija. Spb. 1908. 3·50 r. T.
- A. P. Jungerov, Kniga pritčej Salomonovyh v russkom perevode s gréčeskago teksta LXX, s slavjanskim perevodom, vvedeniem i priměčanijami. Kazan' 1908. 1 r. T.
- Iona (arhjm.), K voprosu o soedinenii cerkvej. Pis'mo iz Konstantinopolja. Spb. 1908. 0·20 r. T. (De unione ecclesiar.)
- Vl. A. Kerenskij, Amerikanskaja episkopal'naja cerkov'. Eja proišhoždenie i sostojanie preimüščestvenno v věroispovědnom otošení. Kazan' 1908. 2·50 r. T. (De eccl. episcopali Amer.)
- D. Konovalov, Religioznyj ekstaz v russkom mističeskom sektantstvě. I. pars I. fasc. Fizičeskija javlenija v kartině sektantskago ekstaza. Serg. Pos. 1908. 2·25 r. T. (De extasi in sectis Russ.)
- N. Th. Korol'kov, Iz žizni na dal'nem russkom sěverě. Trifono-

Pečengskij monastyr', osnovannyj prepodobnym Trifonom (1533), prosvětitelom loparej, ego razorenie i vozobnovlenie. S 68 risunkami v t. Spb. 1908 g. 0·80.

V. A. Koževnikov, Otношение socializma k religii voobšče i k hristianstvu v častnosti. (Izd. relig.-filosofskoj biblioteki. M. 1908 (67) 0·45 rub.

V Krasnosalarskij, Programma svoda cerkovno-istorièeskikh bytovyh dannyh, na kotoryh osnovyvaetsja rěšenie voprosa o so-deržanii duhovenstva. Samara 1908.

N. D. Kuznecov, Obščestvennoe značenie monastyrej. Vyšnij Voloček 1908, (47) 0·25 r. (Izdanie rel.-filos. biblioteki) (r. Cerk. Věd. 1908 No. 40 p. 1977; Cerk. Věstn. 1909 No. 5, 149—151.)

Dečanskaja lětopis', s predisloviem i kommentarijami k nej diakona cerkvi Rossijsko-Imperatorskago posol'stva v Konstantinopolé Nikolaja Mařrova. Spb. 1908. (Sinodal'naja tipografija) (rec.: C. Věd. 1909 No. 6, 309—310.)

V. I. Levickij, Sovremennyya stremlenija papstva. Spb. 1908. VI + 264. 1·25 R. [rec. A. Bronzov in Cerk. Věstn. 1909. (No. 2) 43 44.] (De studiis papatus).

N. P. Lihačev, Inoka Thomy slovo poхvalnoe o blagověrnom knjazě Borisě Aleksandrovičě. Spb. 1908. 1. r. T.

N. O. Losskij, (privat-doceent Spb. universiteta), Sbornik elementarnyh upražnenij po logikë. Spb. 1908. (VII + 206). 0·70 r.

N. P. Malinovskij, Pravoslavnoe Dogmatičeskoe Bogoslovie III. t. Sergiev Posad 1908, 768 + VI. 3 r. [rec. A. Bronzov in Cerk. Věstn. 1909 No. 7, 210—1 et idem in Cerk. Věd. 1908 No. 41, 2020—1.]

A. Mihailev, Kniga Bytija proroka Moiseja v drevne-slavjan-skom perevodě. Vyp. I—IV. (6 + 444) Varšava 1900—8 (critica editio Genesis e 26 Slavicis codicibus mscr. 14—16 saec. [C. Věstn. 1908 N. 43, 1342]).

A. Mihailev, Drevne-slavjanskij perevod knigi Ruth. Iz istorij perevoda sv. Pisanija na drevne-slav. jazykě. Varš. 1908 (36 pag.) Textum glagoliticum a Vajs editum priuam, textum Cyrillicum multo recentiorem exhibere versionem. [C. Věstn. 1908, N. 43 sl. 1342—3].

A. Milovidov, Opisanie slavjano-russkih staropečatnyh knig Vilenskoj Publikčnoj Biblioteki. Vil'na 1908, 160 p. [Strannik 1908. II. 183.]

N. Nikolin, Čto takoe nravstvennost'. M. 1908 (p. 90.) 0·50 r. [rec. A. Bronzov in C. Věd. 1908 No. 40, 1978—9]. (De moralitate.)

I. Nikolin, Kurs Osnovnago Bogoslovija ili Apologetiki. 2 izd. Serg. Pos. 1908 (p. 270) 1·25 r. [Strannik 1908 II. 478—480].

Prot. S. Petrovskij, Odesskij Preobraženskij, nyně katedralnyj Sobor. Str. VI + 480 + 83 + XLII. Odessa 1908 g. 5 r. [rec. A. Bronzov in C. Věd. 1909 No. 6. 310]. T.

A. Pokrovskij, Vethozavětnyj profetizm, kak osnovnaja, tipičeskaja čerta biblejskoj istorii Izrailja. Serg. Pos. 1908. 0·20 r. T.

A. Pokrovskij, Professor A. P. Lebedev (Nekrolog). Serg. Pos. 1908. 0·30 r. T.

Poslanie vostočnyh patriarchov k episkopam Velikobritanii s izloženiem Věry pravoslavnoj. 1908 (prilož. žurn. Věra i Cerkov').

O rodstvě i svojstvě kak prepjatstvii k zaključeniju brakov, po dějstvujuščim zakonopoloženijam. Izdanie duhovnago žurnala »Pastyrskij Sobesednik«. M. 1908. (76) 0·50 r. (De impedimentis matrim.)

N. Rozanov (prot.), O »novom religioznom soznanii« (contra Merežkovskij i Berdjaev) M. 1908. 0·30 r. T. [Strannik 1908 II. 611].

Al. Roždestvenskij, Simvoličeskija i bogoslužebnyja knigi anglikanskoj cerkvi, kak vyraženie eja věrosoznaniya. Kiev 1908. (X + 466 + IV.) 3 r T. (e Trudy).

A. V. Smirnov, Kurs istorii religij. Kazan' 1908. Str. 468 + III + XIX. 2·50 r. (rec. A. Bronzov in C. Věstn. 1909, No. 9, p. 282—3).

S. I. Smirnov, Žitie prepodobnago Daniila, perejaslavskago čudotvorcea, pověst' o obrětenii moščej i čudesa ego. M. 1908 (XXXVIII + 133) 0·75 r. (Sinodal'naja tipogr.) [C. Věstn. 1908 N. 43, 1344].

V. Th. Smirnov, Iz mira staroobrjadčestva. Rjazan' 1908 (18 pag.)

V. Sokolov, Modernizm v rimsko-katoličeskoj i v našej pravoslavno-russkoj Cerkvi. Serg. Pos. 1908. 0·30 r. T. (De modernismo).

V. A. Sokolov, Istiny nравственныя ili »християнскаја этика«. Kostroma, 1908 g. (96+3 p.) 0·50 r. (rec. Bronzov in Cerk. Věd. 1909 No. 12, p. 582—3).

Pis'ma Vl. S. Solov'eva. Tom. I. (ed. E. L. Radlov). Spb. (Tiograph. »Obščestvennaja Pol'za) 1908 (V. + 282). 2 rub. — De unione ecclesiarum in epistolis ad dr. F. Rački et ep. Strossmayer, pg. 164—193.

Vl. Solov'ev, Smysl mirovoj istorii. Vyšnij Voloček 1908 (38) 0·15 r. (Dužovn. osnovy žizni.)

K. Subbotin, Rukovodstvo k izučeniju ustava bogosluženija pravoslavnoj cerkvi. Spb. 1908 (221) 1 r. (Liturg.)

A. A. Šahmatov, Razyskanija o drevnějsih russkih lětopisnyh svodah. Spb., 1908, (20 + 687). Iz XX g. Lětopisi arheograf. komissii.

M. Tarëev, E. Gekkel', Monističeskaja etika. S. Posad. 1908. (35 pag.) 0·30. T. (E. Häckel).

M. M. Tarëev, Hristianskoe mirovozzrěnie. Osnovy hristianstva<sup>2</sup>. Tom. I—IV<sup>2</sup> (III<sup>3</sup>) Serg. Pos. 1908. [Cerk. Věstn. 1908 N. 13, 405—6; 1909 N. 24, 736—7]. T.

B. V. Titlinov, Dužovnaja škola v Rossii v XIX. stolètii. Vyp. I. (Vremja komissii dužovnyh učilišč) Vil'na 1908 (383) 2·25 r. [rec in C. Věstn. 1908 (No. 51—52) st. 1606—8] (De scholis eccles. Russ. s. XIX.)

I. G. Troickij, Grammatika Evrejskago jazyka<sup>2</sup>. Spb. 1908 (VI + 186) [rec. in C. Věd. 1908 No. 22, 1036—7]

Trudy pervago vserossijskago sèzda regentov cerkovnyh horov i dějatelej po cerkovnomu péniju. 17—21 ijunja 1908 g. M. XV + 82. 1 R. (sklad izd.: M., Karetnej rjad, Dužovnaja Seminarija).

S. Troickij, Čto takoe modernizm. Enciklika Pija X. Spb. 1908. 0·50 r. T. (De modernismo.)

A. I. Uspenskij, Tainstvo eleosvjaščenija. M. 1908 g. (pečatnja A. I. Snegirevoj), str. 1—101 + I—CXII [rec. S. A. Bělokurov in Izvěstija otd. russk. jaz. i sl. 1908, 366—370]. (De sacram. unct. infirm.)

Graf A. S. Uvarov, Posmertnoe izdanie. — Hristianskaja simvolika. Čast' pervaja. Simvolika drevne-hristianskogo perioda. M. 1908.

I. Vinogradov, Osnovy hristianskoj religii i pravoslavnoe věroučeňie. Učebnoe rukovodstvo po Zakonu Božiju. Izd. 2. M. 1908. 1 r. [Dušep. Čt. Sentj. 150—1. Strannik 1908 II. 612.]

A. Višnjakov, Imperator Julian Otstupnik i literaturnaja polemika s nim sv. Kirilla, arhiep. Aleksandrijskago. Simbirsk 1908. 1·50 r. T.

G. A. Voskresenskij, Drevne-slavjanskij Apostol. S. Posad 1908 (XV + 327 + XLV + II) [rec. I. Evséev in Cerk. Věstn. 1908, No. 50, 1570—1. N. N. G. in Cerk. Věd. 1909 No. 2. p. 98—100.]

Zapiski S. Peterburgskago religiozno-filosofskago Obščestva. 1. fasc. Spb. 1908 (56). 0·60 r.

P. Žukovič, Sejmova bor'ba pravoslavnago zapadno-russkago dvorjanstva s cerkovnoj uniej (\* 1609 g.). 4. fasc. (1623—1625) Spb. 1908. 1 r. T.

## BULGARICA.

### Cerkoven Věstnik 1908.

M. Radivojev, De diruta ecclesia Trnoviensis. Demetrii, n. 9. — Auctor nonnulla, quae ad historiam huius ecclesiae pertinent, profert; quae ecclesia a. 1798 diruta erat.

M. Moskov. De excavationibus (razkopki) a. 1906 in ecclesiis Trnoviensibus s. Demetrii et 40 Martyrum factis, n. 5. 6. — Societas archaeologica in hisce ecclesiis multa sepulchra effodit. In ecclesia s. Demetrii sepulchra archiepiscopi Basilii et fratrum Ioannis et Petri Asen (qui a. 1186 Bulgaros politice et ecclesiastice a Constantinopolitanis liberos reddiderunt) inventa esse auctor suspicatur.

## CROATICA.

Tade Smičiklas, Nacrt života i djelâ biskupa J. J. Strossmayera i izabrani njegovi spisi. (Adumbratio vitae gestorumque episcopi I. G. Strossmayer atque scripta eius selecta). Edidit academia scientiarum et artium Slavorum meridionalium. Zagrabiae 1906. Pag. 443.

Tade Smičiklas, professor universitatis et praeses academie Zagrabiensis opus supra scriptum composuit, ut celeberrimo Croatarum antistiti Strossmayer, academiae Zagrabiensis fundatori et protectori, aliquam saltem hocce libro memoriam grato animo deponeret. Libri argumentum est vita episcopi et scripta eius selecta: sermones, dissertationes, encyclicae.

Vita Iosephi Georgii Strossmayer a Cepelić et Pavić conscripta et litteris ab episcopo et ad episcopum usus S. vitae episcopi extrema lineamenta breviter, eleganter, fervide, accurate, omni ex obtutu adumbravit. Episcopum considerat primum qualis fuerit ante consecrationem episcopalem (p. 3—9), dein qualem se praebuerit episcopum (9—40), quam partem habuerit in rebus politicis (40—78), quam vero in cultura litterarum artiumque (78—102), post qualem auctoritatem in orbe habuerit post concilium Vaticanum (102—126).

Ex scriptis in libro celeberrimae orationes continentur hae: 1. Oratio de academia et universitate habita in comitiis die 29. IV. 1861. 2. Oratio de nexu regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae cum regno Hungariae, habita in comitiis die 5. VII. 1861. 3. Oratio in inauguratione academiae Slavorum meridionalium die 28. VII. 1867. 4. Oratio in concilio Vaticano habita die 25. I. 1870. 5. Oratio in aperienda pinacotheca habita die 9. XI. 1884. (p. 129—200).

Praeterea quinque commentationes maximi momenti in libro inveniuntur: de ecclesia cathedrali Diaecovarensi (203), eiusque imaginibus (247), tria verba universitati Zagrabensi (304), descriptio itineris (322), praefatio novi Ritualis Diaecovarensis (360).

Litterarum encyclicarum duae adsunt: de unitate ecclesiae ex a. 1877. et de s. Cyrillo et Methodio ex a. 1881. (p. 377—443).

Praeter argumentum externa quoque libri adornatio laude digna est, ita ut liber omnibus magni episcopi Croatici cultoribus atque reconciliationi ecclesiarum studentibus magno opere commendandus sit.

## PARS DISSENSIONIBUS INTER ECCLESIAM OCCIDENTALEM ET ORIENTALEM COMPO- NENDIS DESTINATA.

### De sacramento poenitentiae.

*Quaestio IV.<sup>a</sup> De requisitis ad absolutionem validam  
ex parte subiecti.*

#### Thesis IX.

Ad validam clavium administrationem requiritur ex parte ministri (valide consecrati et iurisdictionem habentis) solum 1. praevalens intentio directa et determinata saltem virtualis et implicita iudicialiter absolvendi 2. probabilis saltem cognitio saltem desiderii confitendi a poenitente manifestati, si possibilis est; 3. praesentia, eaque ad certum valorem talis, ut colloqui possit humano modo cum poenitente, ad probabilem talis, ut eum vel videre vel audire posset sanis sensibus sine instrumento extraordinario nisi impedimentum ad esset aut de facto videat audiatur aut videatur vel audiatur quocumque adhibito instrumento; 4. absolutio propria voce proferita.

Decl. 1. Voce iudicialiter intellegimus in positione condicionem non abstrahendi a ponendis a poenitente condicionibus, quas exigit iudicialis character huius sacramenti. Intentio dupli modo spectari potest; a) subiective, considerando modum, quo intentio in subiecto est; b) obiective, considerando modum, quo ad intentum se habet, vel rationem, sub qua intentio obiectum attingit. Intentio subiective spectata iam est a) actualis, si est ipse actus voluntatis, qui physice exsistit in ministro, dum claves administrat; est β) virtualis, si ante administrationem elicita est et in se ipsa non iam exsistit, sed eatenus permanet, quatenus opus vi talis intentionis ponitur; est γ) habitualis, si antea fuit elicita nec retractata est: sed tamen nullo modo in ipsum opus influit; denique δ) vocatur interpretativa, si in homine nec adest nec adfuit, sed tamen ad esset, si obiectum, de quo agitur, mente adverteretur.

Intentio obiective spectata imprimis diversa est pro diversitate eorum, in quae tendit explicite. Absolvens potest intendere explicite ponere ritum, quem simplices fideles habent pro sacro, vel facere id, quod facit ecclesia vel quod Christus instituit vel ponere actum, qui ex ipsius persuasione est remissivus peccatorum etc. Affirmamus igitur sufficere, ut absolvens intendat implicite absolvere, i. e. ut intendat id, quod per obiectivam identitatem est id, quod facit ecclesia in hoc sacramento.

Eadem intentio obiective spectata distinguitur deinde pro diversitate modi, quo tendit in obiectum a) in directam et indirectam, prout intenditur in se vel in alio, quocum necessario connectitur; ita qui in-

tendit sumere lautiorem potum directe, indirecte intendit inebriationem:  $\beta)$  in determinatam et indeterminatam, prout versatur circa materiam certain et definitam vel vagam et incertam. Indeterminatae intentionis exemplum est, si quis tempore pestis ex pluribus moribundis in nosocomio aliquem, non determinans quem, absolvere velit.

Fuerunt, qui censerent neque implicitam intentionem absolvendi requiri, sed sufficere intentionem serio peragendi ritum externum, quamvis in corde non intendat facere quod facit ecclesia hunc ritum ponendo, sed fingere tantum, simulare aut irridere vel exercere praecise actum materialiter. Talis intentio vocatur externa ratione obiecti. Praecipui huius opinionis defensores sunt Ambr. Catharinus, Salmeron, Aureolus, Silvester Prieras, Contenson, Serry, Farvacques, Duhamel, Juenin, Oswald.

2. Quod cognitionem confessionis requisitam attinet non refertur quemquam illam negasse. Invalidam esse absolutionem, si sacerdos aliqua mortalia ob surditatem vel distractionem non audiverit, statuerunt Sylvius, Navarrus alii. Non sufficere cognitionem solum genericam (peccata poenitentem commisisse) docuerunt Soto, Ledesma, Cano, alii. Idem postulant cognitionem immediatam. In defectu cognitionis illius non posse dari absolutionem censem Suarez, Vasquez, Coninek, Lugo, Diana etc., (etiam Scotistae), contra quos stat praecipue Ballerini.

Opinionis negantis condicionem praesentiae defensores praecipue exstiterunt Paludanus, Antoninus (qui refert in concilio Basileensi tractatam esse quaestionem, quid faciat sacerdos, qui sine iurisdictione andivit confessionem et absolvit poenitentem, multosque dixisse posse postea petere iurisdictionem et absolvere illum ubicumque sit), Silvester, Armilla, Tabiena, Raynerius, P. Soto, Dom. Soto, Navarrus, Adrianus, Richardus, Maior, Alexander Alensis, Medina. (Cf. Mart. Perez, De virt. et sacr. poen. disp. 18 s. 9).

Opinio nostra de requisita praesentia ad certum valorem absolutionis communis est; item prior pars assertionis de requisita praesentia ad probabilem absolutionis valorem. Cf. Lehmkuhl, Theol. mor. II. 279. Quod posteriorem attinet Bucceroni, Atzberger, Noldin negant probabilitatem absolutionis per telephonium factae; Ciolli, Berardi, Sabatti, alii admittunt.

4. Verba proprie dicta non esse de essentia absolutionis sacramentalis, sed sufficere aliud signum, quo intentio sacerdotis de absolvendo poenitente sufficienter exprimatur, ut potest esse scriptura, posuerunt Paludanus, Medina, Petrus Soto, Navarrus.

Requiri probitatem in ministro poenitentiae varii haereticorum docuerunt, velut Vielef, Trialog. 4, 23, cui praecesserunt Donatiani et Valdenses. Smirnov (in Bog. Věstnik 1906, II., 27 cf. Katskij, Dogmatič. uč. o semi cerk. tainstvah, 236—251; Holl, Enthusiasmus u. Bussgewalt, 230—4; Suvorov, K voprosu o tajnoj ispovědi p. 17—22) eundem errorem Origeni (De orat. c. 28: sed cf. Katholik 1865 [XLV.] p. 559—564), Nilus Sin., Isidorus Pelus,

Pseudo-Dionysius adscribit. Cf. Fic. Morgott, Der Spender der h. Sacramente. Freiburg 1886, p. 44—181.

P I. Requiritur praevalens intentio directa et determinata, saltem virtualis et implicita iudicialiter absolvendi, eademque sufficit.

Dub. 1. „Ut intentio, qua sacramentalis ritus ponitur, dici possit intentio faciendi quod facit ecclesia, necesse est feratur in istum ritum, qua sacrum et religiosum sive ex propria, sive ex aliena persuasione.“ Stenstrup, De sacr. in gen. th. 20. Ergo non sufficit ea intentio qua ritus sacer non ut ritus sacer sed tantum implicite in eo, quod per obiectivam identitatem est id quod ecclesia facit, intenditur.

2. Non apparet, quomodo actus exterior, qui nunc fit, procedat physice ab actu interno, qui praetererit, quia ille, cum iam non sit, nihil potest per se ipsum efficere; nec singi potest aliqua virtus physica ab eo relictus, per quam influat. Quod si physice non procedit ab illa intentione, ergo nec talis actus exterior denominabitur humanus ab illa intentione nec magis procedet ab illa, quam a habituali; ergo virtualis intentio non sufficit.

3. Si necessaria est ad valorem absolutionis interior ministri intentio, cum haec intus lateat et incognita sit, necesse est nos perpetuis angi et cruciari scrupulis circa veritatem sacramenti. Ea ipsa de causa noluit Christus fidem ac probitatem ministri necessario requiri, ne salus hominis a privata ministri malitia vel probitate penderet. Cf. Thom. S. th. p. III, q. 64, a. 8 ad 2. et In l. 4, dist. 6, qu. 1, a. 2, solut. 1. ad 2.

4. Sicut baptisma per iocum collatum validum est, ita et absolutio valida erit. Baptisma per iocum collatum validum esse patet ex s. Augustino, De bapt. contra Donat. l. 7, c. 53.

5. Cum sacramenta sint signa sensibilia, non potest in sacramento poenitentiae ad valorem requiri intentio. Ita Drouin.

6. Hoc ipso, quod vox vel actio externa ad significandum aliquid imponitur, si exterius exhibeat seu proferatur, erit verum signum sensibile, quacumque intentione fiat; sed sacramentum est signum sensibile impostum a Christo ad significandum tali actione et talibus verbis, et efficit quod significat. Ergo talis actio et verba exterius exhibita habent illam significationem et operationem ex impositione Christi, quidquid minister intendat, imo si etiam ipse nolit. Nam dum adhibet exterius talem caeremoniam, velit nolit facit signum a Christo institutum, sicut qui exhibet seu dispensat hostiam consecratam, velit nolit confert sacramentum et sicut qui furtum libere facit, velit nolit offendit Deum.

7. Sententia iudicis constituti a rege sollemniter prolata valet, etsi ipse interius nolit absolvere; a pari dicendum erit de iudice in foro interno.

8. Intentio habitualis sufficit. Nam si quis v. g. hodie intendat cras offerre sacrificium pro Petro, tametsi intentio illa maneat in habitu, vere tamen offert sacrificium pro Petro; ergo si quis hodie intendat cras absolvere eundem Petrum, tametsi intentio illa maneat tantum in habitu, vere tamen Petrum absolvet.

9. Non requiritur intentio determinata. Alioqui valor sacramenti dependens redderetur a phantasmate absolvantis, qui v. g. putat poenitentem nondum abiisse, cum iam secesserit.

10. Ens indeterminatum potest esse causa finalis; ergo potest esse etiam effectus. Praeterea ideo, quod intentio sit indeterminata, non necessario effectus sacramenti debet esse indeterminatus; nam intentio non est causa gratiae, constitutivum sacramenti, sed est tantum constitutivum actionis sacramentalis.

11. Non requiritur intentio directa. Supponatur enim sacerdos, qui voluntate actuali velit dare valorem verbis, quae in somno vel in hypnosi prolatus est et postea intendat hoc fine in eum statum perduci, ut verba pronuntiet, quae ex tunc vult esse valida ad absolutionem. Hic certe valide absolvet ex sua parte. Nam illud quod desiderari posset esset vel reflexio vel libertas in ipso actu externo. Sed neutrum in vigilia semper adest, et

plerumque actiones tantum mechanice (motibus reflectoriis) peraguntur. Nec quisquam dicet tales non valere.

12. Ratio, cur non sufficeret intentio indirecta, posita esset aut in natura sacramenti in genere aut in natura poenitentiae. Hoc nullo modo probari potest; illud autem manifesto refellitur per matrimonia per litteras vel procuratorem inita.

Res probatur his: „Sacramenti poenitentiae institutio facta est dando ministris potestatem efficiendi et dispensandi sacramentum ergo ex vi illius requiritur intentio ministri ad conficiendum sacramentum. Antecedens patet ex illis verbis institutionis sacramenti poenitentiae: ‘Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis’, ubi potestatem dat ministris et usum eius ponit in eorum iudicio et arbitrio. Consequentia vero probatur: quia haec potestas data est homini, ut homo est; ergo ut utatur illa humano modo operando per actiones morales; ergo talis potestas subicitur voluntati humanae: ergo necessaria est propria intentio et voluntas ipsius hominis, ut per hanc potestatem censeatur operari” Suarez, De sacr. in gen. disp. 13, s. 2.

Ergo non satis est velle efficere quasi materialiter sensibilem illam actionem: quia illa ex se non est actio huius potestatis. nec per illam voluntatem applicatur haec potestas ad operandum. Praeterea intentio mere externa componi potest cum voluntate non exercendi potestatem ministerialem. Eadem si sufficeret, sequeretur absolutionem non posse dari sub condicione. Cf. Lahousse, De sacr. in gen. n. 192, arg. 2.

Quapropter Conc. Tridentinum ait Sess. 14, ep. 6 illum fore „salutis suae negligentissimum, qui sacerdotem iocose absolventem cognosceret et non alium serio agentem sedulo requireret” (cf. en. 9); supponit igitur ut certum absolutionem iocose ac flete datam esse nullam et irritam: quae nullitas sane non ex ipsa praecise fictionis seu ioci declaracione nascitur, sed ex defectu debitae intentionis. Si quis externe iocose ageret ad fallendos assistentes et interne haberet intentionem absolvendi, revera absolveret. Cf. Tournely, De sacr. in gen. qu. 7. a. 1. concl. 1. In eodem capite concilium requirit animum serio agendi et vere absolvendi; ubi certe verba ‘vere absolvendi’ non sunt ad idem clarius exprimendum posita, quod verbis ‘serio agendi’ significatur; nam clara obscuris non declarantur; sed si quis ponat idem eis exprimi, sensus necessario erit: minister debet habere animum serio agendi, i. e. vere absolvendi.

Porro sufficit intentio implicita, i. e. sufficit intendere id, quod per obiectivam identitatem est iudicialis absolutio seu id, quod facit ecclesia in hoc sacramento. Nam etiam sacerdos infidelis, dum intendit facere quod vult ipse poenitens ad suam utilitatem, intellegitur uti velle potestate a Christo sibi tradita: quippe qui licet non explicite, tamen implicite suam voluntatem ad hoc dirigat: dummodo ne sit eius infidelitas tanta, ut in omni easu sequi velit suam infidelitatem ideoque voluntate praevalente nolit facere quod ecclesia facit, nolit sacramentum administrare. Ita in simili causa De Lugo, De Euchar. disp. 19, s. 8, n. 104 supponens sc. consecrationem utriusque speciei esse de essentia sacrificii eucharisticici sic se resolvit: „De facto tamen omnes sacerdotes consec-

rantes sive per errorem, sive ex industria unam speciem sine alia, valide consecrant, quia non excludunt omnino efficaciter intentionem sacrificeandi, sed volunt consecrare meliore modo quo possunt, atque ideo volunt saltem implicite per consecrationem hostiae v. g. inchoare sacrificium taliter, ut quantum est ex se, possit compleri per consecrationem calicis, si apponatur; unde iam habent tunc aliquam intentionem offerendi partialiter in consecratione hostiae“.

Nec requiritur nisi intentio virtualis. Nam actualis intentio licet sit optima, non est posita in morali potestate hominis; quapropter difficillima et odiosa evaderet administratio sacramenti. Si igitur Christus reapse instituit sacramentum poenitentiae, non potest ad eius valorem requiri intentio actualis. Et sane nulla ratio est cur requiratur; sufficit enim, ut minister agat nomine Christi, quod praestatur etiam intentione virtuali. Sed hanc requiri patet ex insufficientia intentionis interpretativa et habitualis. Illa non est re vera actus voluntatis, nec fuit, ob eamque rem nullo modo influere potest in actionem sacramentalem, non potest efficere, ut sit actus humanus. Haec vero non sufficit, quia pariter nulla ratione influit in opus, ita ut ponatur humano modo. (Cf. Mih. Arhangel'skij, O tajně sv. eleja. Spb. 1895, p. 107).

Debet autem esse talis intentio directa. Nam etiamsi quis intenderet ante somnum in somno absolvere, non potest actionem in somno ponendam reddere humanam; nec verba, quae profert dormiens „ullo modo sunt apta ad exprimendum, quaenam sit hic et nunc eius propria et genuina voluntas“; quia inter somnum privatus est potentia hic et nunc deliberandi et actus liberos ponendi. Cf. Tournely, De saer. in gen. qu. 7, a. 1, fin.

Nec quidquam valet intentio indeterminata. Nam absolutio est actus potestatis traditae ecclesiae per verba: Quorum remiseritis etc. Porro ad subiectum talis potestatis pertinet, ut ipsum determinet subiectum recipiens eius actum.

Ad 2. respondemus cum Scoto et Suarez: „hanc intentionem virtualem manere in ipsa motione externa, quae non semper pendet in fieri et conservari ab actuali intentione seu voluntate interna; sed postquam per debitam intentionem applicuit minister suas externas potentias ad actionem sacramentalem, quamvis interruipatur intentio exterior, potentiae ipsae manent applicatae et continuant motus suos et quandiu motio illa durat ex vi prioris applicationis, dicitur virtualiter manare a priori intentione.“ (Suarez, De sacr. in gen. disp. 13, s. 2) Aliter rem explicare co-natus est Lugo (De sacram. disp. 8, s. 5, n. 87).

Ad 3. Respondet ad similem difficultatem Hieronymus Graec., De effectu bapt., cognosci valorem et fructum baptismi certissime ex motibus et quasi saltationibus (*ἴγε οὐτως εἴπω πηδημάτων*) gratiae. Similiter iudicat Anastasius Sin. Interr. 75. Sed cum vereainur ne hoc constare non possit, concedimus in his rebus non haberi certitudinem omnimodam; sed aliqua securitate cognoscitur intentio ministri ex modo administrandi sacramentum. — S. Thomas concedimus non esse satis clare et accurate illis locis locutum sed certe voluit dicere non esse opus expressa intentione ante sacramenta, cum homo rationabiliter agit; sufficere intentionem, quam minister eo ipso habet, quod ut minister Ecclesiae verba sacramenti profert, nisi explicate et expresse intentionem contraria faciat. Hoc autem supponi non posse, nisi extrinsecus exprinatur; ergo quandocumque minister

serio agens adhibeat ritum ut oportet, suscipientem moraliter certum esse de eius valore.

Ad 4. S. Augustinus docet valere baptismum collatum cum fallacia et simulatione; sed nomine fallaciae non intellegit defectum debitae intentionis, verum defectum fidei in ministro circa ritum, quem usurpat; quae fallacia non impedit, quominus velit facere, quod facit ecclesia.

Ad 5. Certe non omnia quae ad valorein sacramentorum requiruntur, sunt visibilia, veluti potestas ipsa clavum; praeterea intentio est sensibilis mediate.

Ad 6. „Duobus modis potuerunt signa sacramentalia imponi ad significandum. Primo imponendo res ipsas aut verba aut actiones externas, quacunque ratione fiant seu ponantur in rerum natura; secundo modo potest intelligi haec institutio, ut per se primo dirigatur ad ministros et illis detur potestas efficiendi sacramenta.“ Suarez, De sacr. in gen. disp. 13, s. 2.

Ad 7. „Sententia iudicis sollempniter prolata sine intentione absolvendi valet dumtaxat in foro exteriore, non interiore, nisi quando accidente rei publicae consensu firmatur, quod dici non potest de ecclesia respectu sacramenti, quod de se est nullum.“ Billuart, De sacr. in comm. diss. 4, a. 7, § 2.

Ad 8. Vasquez (In III. p. disp. 38, c. 6, n. 47) negat antecedens; Suarez rectius distinguit: Si illa intentio sit de praesenti iam tum applicans fructum sacrificii eras offerendi, concedit antecedens; negat, si intentio sit de futuro decernens tantum eras applicare fructum sacrificii (Disp. 13, s. 3).

Ad reliqua patet responsum ex argumento.

P. II. Requiritur et sufficit probabilis saltem cognitio saltem desiderii confitendi a poenitente manifestati, si possibilis est: alioqui ne haec quidem requiritur.

Dub. 1. Eiusmodi cognitio requireretur aut, ne sacramentum invito conferatur, aut, ut possit exerceri potestas iudicialis. Sed ad primum non est necessaria, quia in administrandis aliis sacramentis non requiritur; ad secundum vero non sufficeret, quia iudex non potest ferre sententiam, nisi causa distincte cognita. Cf. Conc. Trid. Sess. 14, ep. 5; cn. 7.

2. Omnis absolutio est exercitium potestatis iudicialis. Si igitur propter hanc requiritur cognitio illa, numquam sine ea potest absolutio tribui. Cf. Pesch, Prael. dogm. t. VII, n. 84.

3. Ponamus casu quodam venire ad infirmum nondum plane sensibus destitutum, qui confiteri desiderarat, sacerdotem valde simplicem, qui bona fide, cum domum ingreditur, omnes absolvere solet. Si verum esset requiri et sufficere illam cognitionem, non esset per eum infirmus absolutus; non absolute: patet, cum de infirmi desiderio nesciat; sed neque condicione, cum intentio eius faciendi id quod facit ecclesia non possit efficere, ut detur absolutio condicionata sine iudicali cognitione, si ad talem absolutionem extra casum impossibilitatis deest ei potestas. Tamen eadem absolutio valeret, si paulo serius venisset, ubi poenitens nulla signa iam edere possit, etiam si nec antea desiderium manifestasset. Sed ista statuere nonne absconum est?

4. Si alia cognitio non requireretur ad valorem absolutionis, posset sacerdos quemvis uno auditu peccato absolvere et vere frustrare cautelas Institutoris.

5. Confessio seu accusatio sui ipsius apud iudicem nulla est, nisi intellegat. Ergo si non omnia peccata audita sunt, absolutio est invalida. (Ita Navarrus, Silvester).

6. Si peccator soluim dicit se esse peccatorem, hoc nullam dat notitiam novam confessario; ergo certe superfluum est. Desiderium vero, hoc ei dicendi, multo minus valebit, et certe, si illa „confessio“ praecepta est, implicite in ipsa attritione continetur.

7. Absolutio sacramentalis debet ad aliquid directe terminari; in casu autem nostro nihil directe remitteretur per illam absolutionem. Nam

id, quod directe remittitur, non debet iterum ex necessitate subici clavibus; talis autem infirmus, si convalescat, debet omnia peccata distincte confiteri.

8. Si quis tantum confessus se multa venialia commisise, voce destinatur, certe non potest absolute absolviri. Nam impossibile est, ut habeat de iis in genere attritionem, cum ne sancti quidem unquam ab oinni affectu veniali liberos se fuisse fateantur. Sed tunc ita, ut in confessione propo-nuntur, non possunt directe remitti; ergo nec alia indirecte.

9. Cognitio mediata non potest sufficere; nam cum fit per nuntium vel interpretem, poenitens non confitetur nuntio vel interpreti, cum hi non sint iudices, nec nuntius sacerdoti, cum non sit reus. Ergo nulla confessio.

10. Eusebius papa (ap. Burchardum l. 18, 2, 11) loquens de moribundo sensibus destituto, qui saltem desiderium confitendi manifestaverat, solum dicit, ut sacerdos super aegrotum oret, oleo sancto ungat et Eucharistiam praebat; de absolutione vero ne verbum quidem.

11. Saltem non sufficit testimonium unius testis. Semper enim in decretis requiritur testimonium plurium. Ita Conc. Arausic. I, c. 2. Leo M. Ep. 91. Rit. Rom. t. III, c. 1, n. 24.

Hanc partem ita docemus: Potestas clavium est potestas iudicialis. (Vide thes. 8. p. II. 3<sup>o</sup>.) Ideo absolutio non potest conferri nisi a indice. „Index autem non potest procedere [absolute], nisi accusator praecedat, qui vel in specie accuset de delicto in particulari vel certe imploret eius officium“. De Lugo, De poen. disp. 17 n. 39. „Neque ulla cognitio aliunde fortasse habita sufficit [vel mere historica peccatorum expositio], sed iudicialis sit oportet; porro iudiciale notitiam in hoc tribunal, ubi libere et voluntarie ipse reus sententiam in se ferendam rogare debet, nemo dare potest, nisi reus ipse sui accusator existit.“ Lehmkuhl, t. II., n. 302. Cf. Conc. Trid. Sess. 14, cp. 5. „Quid solvit sacerdotalis potestas, si vincula non considerat ligati? Quomodo sacerdos reconciliat, quem peccare non novit“. Alcuin, Ep. 112. Ergo quandocumque absolutio confertur absolute, praerequiritur postulata cognitio.

Quodsi sententia absolutionis feratur hypothetice ‘si es dispositus’, per se i. e. habita tantum ratione eorum, quae ex essentia sententiae iudicialis postulantur, non requiritur ulla notitia causae et dispositionis accepta a poenitente. Nam „sententia iudicialis est actus, qui pro merito alicuius ipsum solvit ab obligatione aliqua, seu ius aliquod confert; atqui actus obligationem inducens vel tollens aut ius conferens vel auferens potest hypothetice ponи ‘si debita condicio adsit’, ita ut, vere illa existente, transeat actus quoad valorem suum in absolutum et sic efficax sit; ergo etsi pro absolute ferenda sententia absolutionis requiratur actu notitia causae et dispositionum poenitentis, pro eadem ferenda hypothetice sufficit, quod supponatur condicio huiusmodi“. Palmieri, De poen. th. 33, IV, β). Sed hoc modo potestas clavium valide non exercetur nisi ubi cognitio ad absolutam absolutionem requisita haberi non potest; ubi hoc defectu cognitionis non obstante posse valide absolviri constat ex praxi ecclesiae saltem ut probabile. Sed extra casum huius necessitatis qui adhibendo absolutionem condicionatam abstraheret a condicionibus pro absoluta a poenitente ponendis, nihil efficeret. Ratio est, quia nullo modo potest praesumi Christum Dominum concessisse ecclesiae talem potestatem inutilem ac nocivam.

Porro non requiri distinctam causae cognitionem, sed sufficere etiam manifestati desiderii confessionis cognitionem patet imprimis 1. ex Rituali Romano, tit. III. c. 1. n. 24, quod instruit confessarium his verbis „Si inter confitendum vel etiam antequam incipiat confiteri vox et loquela aegrum deficiat, nutibus et signis conetur sacerdos, quoad eius fieri poterit, peccata poenitentis cognoscere: quibus utcumque vel in genere vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sive per se sive per alios ostenderit, absolvendus est“ (Cf. Conc. Araus I., [a. 441], c. 12: Carthag. IV (?), c. 76: Leo M. Ep. 83 al. 91 ad Theod. For. Ad hoc cf. Di castillo, De sacr. poen. disp. 9. n. 799 ss. Denique cf. s. Thom., Opusc. 65 § de saer. unctionis). Nec dici potest intellegi hic absolutionem condicionatam; nam alioquin „moniti fuissent sacerdotes, ne in re adeo gravi errarent, prout moniti sunt de apponenda condicione, quando baptizant aliquem, de quo dubitatur, an fuerit antea baptizatus“ De Lugo, De poen. Disp. 17, n. 91. Cf. Ballerini-Palmieri, Opus morale t. V, n. 397.

2. „Confessio peccati in genere potest esse materia necessario clavibus subicienda; ergo et potest esse materia sufficiens. Antecedens constat in eo, qui recordatur se peccasse mortaliter et oblitus est omnino speciei illius peccati; debet enim illud in genere confiteri, prout est in conscientia sua.. Probatur consequentia: nihil debemus in confessione confiteri, nisi in ordine ad absolutionem; si ergo debemus confiteri peccatum illud in genere, illud erit capax absolutionis“ De Lugo, De poen. disp. 17, n. 10. Cf. Suarez, De poen. disp. 23, s. 1, n. 8. Porro etiam desiderium confitendi manifestatum est confessio peccati in genere. „Nam qui confessionem petit et id confessario manifestat, iam illi manifestat se peccasse et velle in foro sacramentali sententiam obtinere; quare iam ponitur confessio eo modo, quo potest“ De Lugo, De poen. disp. 17, n. 26.

Denique non requiritur cognitio certa aut immediata ideoque nec audit. Nam talis notitia mediata sufficit etiam ad alios effectus, in quibus maior certitudo requiritur. „Nam si de baptismō alicuius parvuli vel etiam adulti quaeratur, et non adsit qui eum baptizavit, sed alius fide dignus, qui dicat se ab illo audiisse, quod eum baptizaverit, vel etiam per internuntium fide dignum id testatur, habebitur pro baptizato; quanto magis sufficiet haec notitia ad absolvendum in eo periculo, in quo absolutio prodesse potest et non nocere? Unde in Rituali Romano [l. c.] non alligatur ad testimonium immediatum, sed generaliter dicitur: Si confitendi desiderium per se vel per alios ostenderit, absolvendus est“. De Lugo, De poen. disp. 17, n. 81.

Ad 3. Hoc etiam in rebus naturalibus evenit, ut omissa occasione adhibendi medium difficilius post aliquod tempus medium facilius ad idem consequendum aptum evadat.

Ad 4. Sacerdos, qui bona fide est, posset quemvis valide absolvere cum sola illa cognitione; sed si alius id vellet efficere, non posset ob defectum debitae intentionis.

Ad 5. Cf. Thes. 10, p. II. ad 11.; sed concedimus ab iis peccatis, quae confessarius non audivit, poenitentem non esse directe absolutum.

Ad. 6. „Non est de ratione accusantis, quod det novam notitiam iudici; possumus enim accusare id, quod iam iudex sciebat, et prius non tenebatur providere, nemine postulante, nec accusante, nunc autem tenetur.“ De Lugo, De poen. disp. 17, n. 10.

Ad 7. „In his, quae non solum includunt actionem physicam, sed etiam intentionalem, non est necessarium, quod semper possit designari id, ad quod terminatur actio agentis, prout tendit ex tali intentione directa; quia, cum actio intentionalis terminari possit ad aliquid communem et indeterminatum, potest ex ea parte, quatenus effectus correspondet actioni intentionalis, esse aliquid indeterminatum Sic ergo in casu nostro dicimus per remissionem directam v. g. commissi adulterii secundum rationem communem [tantum] peccati mortalis Deum se directe obligare ad non irascendum propter illud peccatum sicut antea; quantum autem debeat indignationis et aversionis remittere, non continentur in illa promissione, qua posset minus et minus et minus remittere, sicut possent esse minora et minora peccata mortalia, quae continentur sub illa ratione communis peccati mortalis. Quidquid autem indignationis gravis Deus remitteret, iam poneret plus, quam debebat, quia minus potuisset. Hinc est Deum remittere indirecte illud peccatum sub ratione adulterii, quia illam gravitatem indignationis potuisset retinere fere totam, remittendo aliquid illius. Unde... nullus est gradus determinatus gravitatis vel malitia in adulterio, quem Deus non remittat indirecte, si quidem potuisset minus indignationis remittere ex vi praecisa remissionis, qua remittit illud sub ratione communis, atque ideo nullus est gradus malitia determinatae gravis, qui non debeat explicari postea, quia indignationis illi correspondentis remissionem non afferebat directe remissio directa adulterii secundum rationem communem. De facto tamen Deus remittit indirecte et totam gravitatem propriam adulterii et omnia alia peccata mortalia.“ Ita respondet De Lugo, Disp. 17, n. 16, supponens suam sententiam de peccati condonatione externa. Nos respondemus: gratia infunditur sub hoc titulo, quod expellat genus accusatum. Sed eo ipso expellit omne peccatum. Omnia peccata tunc aequaliter in confuso subiciuntur, non autem aequo primo sub omni ratione remittuntur (ut putat Dicastillo disp. 6, n. 319), sed tantum sub ratione generica peccati.

Ad 8. Cf. Thes. 7., p. I. (dub. 2.; ad 6.).

Ad 9. „Neutra pars dilemmatis est necessaria, sed peccator confitetur sacerdoti per interpretem, sicut per vocem vel scripturam.“ Suarez, De poen. Disp. 21, s. 4, n. 2. Nec hoc est contra prohibitionem Clementis VIII., de qua in p. III.; nam in casu ab eo prohibito „confessio ex voluntate confitentis fit absenti et tamquam absenti . unde confessio illa nec re ipsa nec ex voluntate et intentione confitentis est confessio vel proxime vel radicaliter aut remote aut inchoative ordinata ad confessarium excepturum praesentis confessionem et collaturum praesenti absolutionem. E contra vero in casu nostr(ae) controversiae) sive redeat cum confessario [is] qui vocavit confessarium sive non redeat, semper dat testimonium, quod aegrotus illum voluerit habere legitime atque adeo praesentein confessarium, et illius praesentiae, qua adest confessarius, causa (saltem inchoative) aegrotus ipse fuit“ etc. Dicastillo, De sacr. poen. disp. 9, n. 807.

Ad 10. Sub ‘oratione sacerdotis’ includitur absolutio; „ita enim interdum loquuntur antiquiores patres, ut patet ex Leone papa, Ep. 91 (al. 89), ubi vocat supplicationem sacerdotis. Hanc vero fuisse mentem Eugenii patet, quia prius dicit, tunc esse concedendum illi homini omne, quod concedi solet poenitentibus.“ Suarez, De poen. disp. 21, s. 4, n. 14.

Ad 11. „Verba decretorum intelligi debent in sensu distributivo, non copulativo. Nam si intelligerentur sensu copulativo, requireretur testimonium omnium circumstantium propter verba illa universalia: ‘dent testimonium, qui eum audierunt’. Sicut ergo non requiritur omnium eorum testimonium, ita nec plurium, sed cuiuslibet ex pluribus vel ex iis, qui audierant.“ De Lugo, De poen. disp. 17, n. 82.

P. III. Requiritur praesentia eaque ad certum valorem talis, ut colloqui possit humano modo cum poenitente, ad probabilem saltem talis, ut eum videre vel audire possit sanis sensibus, nisi impedimentum mediocre adsit, idque sine instrumento extraordinario, aut de facto videat audiatur aut videatur vel audiatur quocumque adhibito instrumento.

Dub. 1. Requiritur ad certum absolutionis valorem, ut absolvens actu videatur et audiatur. Alioquin enim non esset ratio, cur sacramenta sint signa sensibilia.

2. Requiritur ad certum valorem absolutionis, ut poenitens de facto videatur vel saltem audiatur. Secus enim non potest absolvens dicere: ‘Absolvo t e’, cum haec vox nisi ad eum, qui sensibus percipitur, referri nequeat.

3. Non requiri praesentiam ad valorem absolutionis patet ex usu ecclesiae. Narrat enim Eusebius (Hist. E. l. 6, c. 44), Serapionem quendam, qui idolis sacrificaverat et rogaverat, ut absolveretur, per puerum ad se missum Eucharistiam accepisse (cum presbyter aegrotans ad eum venire non posset), ut hoc modo reconciliatus a Christo posset agnosciri.

4. Notum est in usu fuisse, ut per litteras absolutionem acciperent poenitentes. Ita Robertus Cenomanensis episcopus ab episcopis, quorum misericordiam imploraverat, „quatenus potestate caelitus collata vincula piaculorum suorum enodent“; Hildeboldus Suessionensis episcopus ab Hincmaro Remensi archiepiscopo; Lincolniensis episcopus a Gregorio VII. (l. 1, ep. 34; cf. l. 2, ep. 61; l. 6, ep. 14; l. 8, ep. 2); Thomas Cantuariensis ab Alexandro III. Cf. Morinus, De poen. l. 8, c. 25. Iam s. Paulus per litteras absolvisse videtur.

5. Praesentia requireretur aut propter condicionem ab ecclesia apposita aut ex natura sacramenti poenitentiae. Non propter illud; nam prohibita quidem est (a Clemente VIII.) absolutio per litteras vel internuntium. non autem a) ut irrita declarata, nec b) certo ideo praeceps, quod fiat ab absente, sed fortasse propter alias rationes velut ut adhibeat vox. Nec ex natura rei invalida est talis absolutio: „Non ex generali ratione sacramenti novae legis; namque matrimonium verum est novae legis sacramentum, quod tamen inter absentes valide contrahitur. Non ex speciali natura et condicione sacramenti poenitentiae. Unde enim haberet, ut inter absentem ministrum et poenitentem non posset valide perfici? An ex eo, quod sacramentum illud per modum iudicii administretur? At vero iudicium ferri potest in absentes, ut patet exemplo sententiae excommunicationis, quae in absentes valide pronuntiari potest. An quod non possit sacerdos absensis poenitentis dispositionem sat certo explorata habere atque periculum esse possit, ne cum absolvit hominem, mutatus subinde fuerit eius affectus, nec amplius idoneus percipiendo sacramento? Verum in hacca causa non maior quam moralis requiritur certitudo. Quamquam enim absolute potuerit mutari poenitentis animus, praesumi tamen debet non mutatus; et sacerdos prudenter et absolvit poenitentem et coniungit absentes [in matrimonium]. An denique istud haberet ex ratione speciali verborum, quibus constat forma sacramenti poenitentiae, v. g. quod verbum istud ‘absolvo’ exigit praesentiam illius, qui absolvitur, praesertim cum adiunctum habet pronomen ‘te’? Verum, quain ista levia sint et plane infirma, patet vel ipso sacramenti matrimonii, quod inter absentes celebratur, exemplo; verba enim ‘Ego vos coniungo’ diriguntur ad absentes“. Tournely, De sacr. poen. qu. 6, art. 5, concl. 1. Et sane cum absolutio sit actus iudicialis, in iis, in quibus non constat Christum voluisse differre iudicium sacramentale et forense, dicendum quod convenienter.

6. Christus Dominus certe potuit ita instituere sacramentum, quo peccata remittantur, ut etiam ab absentibus administrari possit; et ad finem huius sacramenti erat hoc magis consentaneum, quia saepissime accidit, ut poenitens non possit in praesentia convenire sacerdotem vel quia uterque graviter aegrotat vel quia alter eorum in carcere detinetur vel propter

magnam penuriam sacerdotum. Dicendum est igitur ita reapse sacramentum poenitentiae esse institutum.

7. Christus Dominus tradens potestatem clavium apostolis omnino aequaliter locutus est de retentione ac de remissione; sed ad retentionem patet non requiri praesentiam, cum sit mera remissionis negatio; ergo nec ad absolutionem.

8. Sola possibilitas audiendi vel videndi nisi impedimentum obstaret non potest sufficere. Alioqui re vera nulla praesentia requiri dicenda esset. Nam ratio impossibilitatis audiendi vel videndi semper est aliquod impedimentum; maius vero vel minus non mutat speciem.

9. Absentia quaecumque efficit absolutionem invalidam. Nam „si forma verbis consistit ore proferendis et ad essentiam formae spectat vocula ‘te’: patet praesentem solum absolvri posse; nam talia verba in absentem, ore veluti cum eo loquens nemo proferet nisi mente captus“. Ballerini-Palmieri, Opus theol. mor. t. 5, n. 32. „Quamvis enim scriptis absens quoque possit hoc pronomine personali appellari, at voce his verbis absens non compellatur“. Palmieri, De poen. th. 13.

10. Decreto Clementis VIII. interdicitur absolutionis homini absenti concedenda quovis modo, i. e. non ea solum, quae per litteras seu internuntium, sed etiam ea, quae verbis ore ministri pronuntiatis fiat. Nam in illo decreto cum agitur de absolutione ab absente obtinenda, quae pars certe etiam per se sumpta est damnata, nulla mentio fit litterarum vel internuntii; nec specialis ille modus damnari potuit ob se ipsum, sed ob absentiam, quoniam confessionem facere scripto vel per interpretem praesenti sacerdoti aliquando saltem licet, v. g. si poenitens sit mutus.

11. Si absolutio data per telephonium valet, valet etiam absolutio per telephonographum et telegraphum; nam ipse in se actus absolvendi in neutro casu sensibiliter percipitur. Nam etiam ab homine per telephonium audiente minime sentitur ipsa vox loquentis, sed effectus quidam solus isque valde mediatus.

12. Sicut in praesentia ministri nihil nocet non percipere verba remissionis, sive propter surditatem atque caecitatem poenitentis sive propter submissionem vocis absolventis, ita in absentia ministri perceptio sensuum quaevis nihil prodest.

13. Si ex se probabiliter valeret remissio per telephonium data, in commodis gravissimis iisque non per accidens connexis, sed ex ipsa natura rei emanantibus aditus esset apertus. Facillimum enim foret aliam personam sive ministri, sive poenitentis simulare, fluidum electricum interceptando aliter deflectere atque etiam inscia persona, quacum commercium per telephonium iniretur, homines quosvis alias ad audiendum colloquium arcessere; unde vehemens periculum sigilli violandi vel certe sacramenti ludibrio habendi oreretur. Atqui talis institutio plane a sapientia Christi abhorrire videtur. Cf. Pesch, t. 7, n. 303.

Demonstrantur quae posuimus: Principio certum est non sufficere praesentiam in mente tantum ad valorem absolutionis. Nam licet ecclesia quam sollicitissima sit de salute animarum, tamen nullo unquam medio utitur quod illam condicionem supponeret. Item ex usu ecclesiae certum est sufficere talem praesentiam, ut absolvens cum poenitente humano modo colloqui possit. Non enim in poenitente requirit auditum vel visum; sed nec sacerdotem caccum ecclesia prohibet audire contestiones nec confessarium iubet aspicere poenitentes; nec ut audiat, semper requirit, quoniam poenitens non semper loqui potest, eum absolvendus est. Verum certum non est voluisse Christum Dominum potestatem clavium tradere ita, ut etiam illa praesentia sufficiat, quae possibilitate sensibilis perceptionis vel actuali perceptione artificiosa continetur. Nam neque ex verbis Christi institutoriis nec ex usu ecclesiae id certo efficitur.

Nec tamen oppositum certum est. Nam iinprinmis non apparet, cur absolutionem fieri a sacerdote e longinquo in casu necessitatis noluerit, si e. g. videat ruentem e tecto; nec umquam ecclesia hunc usum prohibuit; sed, si ne probabile quidem hoc esset, ecclesia id permettere non posset.

Sed certe alia specifice praesentia haec non est ac si quis per telescopium aliquem videat; ergo et absolutio in tali praesentia data probabiliter valida censenda erit.

Ex altera vero parte cum actu videre vel audire poenitentem per se non sit necessarium ad sufficientem absolvientis praesentiam, etiam tune poterit ille, qui ruit e tecto absolviri, cum aliquod impedimentum sive ex parte subjecti sive, sed nolim dicere quodvis, aliunde adsit, quominus ab absolvente ipso videatur. Idem dic de perceptione auditus. Quod tamen non posse extendi etiam ad solam possibilitatem videndi vel audiendi ope instrumentorum extraordinariorum patet, quia praesentia, quae ita haberetur, non esset nisi mentalis.

Sed etiam actualem perceptionem auditus ope telephonii sufficere ad praesentiam requisitam constituendam probabilissimum fit ex eo, quod in alio non differt a praesentia, quae certo sufficit, quam quod est artificiosa (cf. Čas. kat. duch. 1908, 379); sed non est, cur censeatur Christus Dominus noluisse talem modum administrationis sacramenti poenitentiae, ad quem, ut in rebus terrenis homini proposit, inveniendum ingenium ei dedit. Et sane, si Deus per miraculum sisteret sacerdotem coram moribundo, ita ut colloqui cum eo possit, ille minime dubitaret hunc absolvere.

Superest, ut excludatur sufficientia praesentiae vicariae: hanc exclusam esse patet ex decreto Clementis VIII., qui „hanc propositiōnem, sc. licere per litteras seu per internuntium confessario absēti peccata sacramentaliter confiteri et ab eodem absente absolutionem obtinere ad minus uti falsam, temerariam et scandalosam damnavit et prohibuit; praecepitque, ne deinceps ista propositio publicis privatisque lectionibus, contionibus et congressibus doceatur, neve umquam tamquam aliquo easu probabilis defendatur, imprimatur aut ad proxim quovis modo ducatur“ (20. inn. 1602; cf. Paulus V 14. iul. 1605). Ergo invalida est absolutio per internuntium. Nam „si in aliquo easu esset validā talis confessio vel absolutio, non potuisset prohibitione pontificis reddi illicta in universum pro omni easu. Nam sicut leges ecclesiasticae non obligant cum gravissimo damno temporali aut periculo vitae corporalis, sic multo minus obligare possent cum gravissimo detimento spirituali et periculo damnationis aeternae“. De Lugo, De poen. disp. 17 n. 64. Porro haec declaratio non valet tantum pro tempore futuro ex iure ecclesiastico sed directe ac principaliter est declaratio iuris divini. Quod probatur 1º ex controversia, quae ante hoc decretum in ecclesia orta est, cuius occasione factum est hoc decretum, sc. an esset licitum neene sacramentum hoc inter absentes celebrare et poenitentem absentem absolvere propter confessionem ab eo missam per litteras vel internuntium. Haec enim quaestio versabatur ante hanc prohibitionem humanam, ergo tractabatur ex vi solius iuris divini: nam antea non

erat de hac re ecclesiasticum ius conditum [licet synodus Nemausensis a. 1284 praeceptum hac de re dederit] 2<sup>o</sup> hoc constat ex introductione ipsa ad decretum: proposita quaestione, utrum liceat per litteras seu internuntium confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri et ab eodem absente absolutionem obtinere. Ergo intelligitur quaestio per se et absolute ac independenter ab hoc decreto, atque adeo an ex vi antiqui iuris, quod perpetuo fuit in ecclesia, illa propositio ad discutiendum proposita vera semper fuerit vel falsa. 3<sup>o</sup> ad hoc expenditur verbum illud: ‘damnavit’: et declaratur in hunc modum, quia decretum pontificium doctrinale, ut sic dicam, potius quam praeceptivum, declarativum est veritatis doctrinae potius, quam introducens novam prohibitionem vel praeceptum: tale autem est hoc decretum, quatenus damnat hanc propositionem. Maior est evidens, quia quando ecclesia definit aliquid de fide, declarat potius quam iubeat. Hoc autem ipsum ob eandem rationem dicendum est de quocumque decreto doctrinali, quod dici potest quasi speculativum potius quam practicum... Tale autem esse hoc decretum, declarat evidenter verbum ‘damnavit’, quod directe cadit in propositionem ipsam, et non est verbum practice praeceptivum aut prohibitivum, sed est iudicativum de falsitate et qualitate talis propositionis. Et haec est primaria et quasi fundamentalis decisio huius decreti: principaliter ergo continet declarationem divini iuris, in quo fundatur talem usum sacramenti non esse licitum. Suarez, Comment. in decret. Clem. VIII., p. I., c. 3, n. 18 ss.

Ad 1. Ratio, cur sacramenta de facto sint signa sensibilia, est voluntas divina: rationes convenientiae quidem statui possunt, sed necessitas non potest ostendi; propterea definiuntur: signa sensibilia etc., quia hoc non est instrumentorum gratiae consecutivum metaphysicum.

Ad 2. Nec verum est requiri omnino sensibilem perceptionem, ut aliquis pronomine secundae personae appelletur, et „in praesentia poenitentis valida est illa forma ‘absolvitur vel absolvatur Petrus’ etc. sicut et in baptismo valet: ‘baptizetur servus Christi’ etc., quia tunc non variatur sensus“. De Lugo, De poen. disp. 13, n. 155.

Ad 3. Senex ille, si nondum fuerat ab ecclesia a peccatis solutus, potuit supponi iustificatus per contritionem eique mitti Eucharistia, quam ceterum per accidens gratiam primam largiri posse docent.

Ad 4. In factis allatis non agitur de absolutione sacramentali; sed vel de absolutione a censuris, qua poenitentes restituebantur communioni ecclesiae, vel de relaxatione poenarum canonistarum et concessione indulgentiarum, quas summi pontifices largiri solent infirmis in mortis periculo constitutis; vel, si neges voce ‘peccata’ posse intellegi censuras vel poenas canonicas, de absolutione caerimoniali, qualem episcopi feria V. in hebdomada maiore et parochi die paschae publice impertinent Christi auctoritate, cuius verba in huiusmodi caerimonia expresse commemorant: ‘Quaecumque solveritis etc.’, sicut episcopi illi Robertum absolventes verba illa: ‘Quorum remiseritis peccata etc.’ Explicatione a Morino postulatae obstat, quod confessiones illae, quas absolutio secuta est, fuerunt generales; quapropter Hincmarus Hildeboldum commonuit: „ut praeter istam generalem confessionem specialiter ac singillatim Deo et sacerdoti satagas confiteri“ Ceterum absolutiones id genus etiam iis dabantur, qui confessi non erant; ita Gregorius VII. „auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli“ sibi commissa Alphonsum Hispaniarum regem eiusque fideles „ab omnibus peccatis“ absolvit. — De s. Paulo cf. Thes. 8, p. I., ad 1.

Ad 5. Invaliditatem talis absolutionis repetinus ex voluntate Christi institutoris. Ratio autem movens una potest esse, quam indicat synodus

Nemensis, sc. ut erubescat confiteri, qui peccare non erubuit; alia, ne abusus oriatur vel vilescat sacramentum. Ita idem Dominus, qui benignissime voluit, ut baptismus infanti a quocumque possit valide conferri, ne pro casu quidem necessitatis extremae laico absolvendi potestatem concessit.

Ad 6. Si non aequarentur haec commoda aliis incommodis, de quibus ad 5., valeret contra nos ratio allata; sed ita probare iuvat licetatem absolutionis ope telephonii.

Ad 7. Etiamsi Christus Dominus sententiam illam ulterius non explicaverit, tamen apostoli non potuerunt praesumere, ideo quod valeat tentio in absentia, valere item absolutionem; quia merae negationi veniae repugnat, ut fiat in sola praesentia, non autem absolutioni.

Ad 8. Certe est essentiale discriminem inter impossibilitatem videndi propter defectum (privationem) sensus, qui ad integratatem naturae humanae pertinet, et propter defectum (negationem) sensus, qui naturae humanae repugnat. Et ex parte obiecti aliud sane obstaculum est tenuis murus, aliud mons vel ipsa tellus; sicut aliud est decerpere alicui unum florem ex arbore, aliud totum hortum devastare.

Ad 9. Absentia et praesentia licet concipientur ad modum notionum absolutarum, sunt tamen notiones relativae, quandiu absentia non est idem atque carentia existentiae. Praesentiam etiam mentalem sufficere ad compellandum aliquem ut secundam personam suppeditat experientia; quoties enim homines irati secum loquentes adhibent illud 'Quos ego'.

Ad 10. Cum absentiae notio sit relativa, non est supponendum aliam intelligi in altero inciso absentiam atque eam, quae in primo inciso descripta est. Rationem autem, cur ille specialis modus absolutionis damnatus sit, fuisse absentiam certum non est, cum neminem lateat, quantus abusus et quanta incommoda ex illo modo speciali oriri possint, praesertim typis in scriptorum locum succedentibus.

Ad 11. Imprimis non requiritur, ut audiatur vox sacerdotis, dummodo colloqui cum eo sine interprete poenitens possit. Deinde quaeritur, num vox sit qualitas sensibilis obiectiva, et si est, num eiusdem numero undulationibus respondeat ea, quam audio et ea, quam loquens producit.

Ad 12. Si quis est praesens alio modo, non nocet praesentem non fieri hoc modo, ut actu sensibus percipiatur; sed cum non est praesens alio modo, fit saltem hoc modo praesens.

Ad 13. Ut res nunc se habet, moralis certitudo non deest, quae illa incommoda aequa vetat timeri ac venenum in publicis hospitiis; et periculum, ne sacramentum ludibrio habeatur non minus est, cum sacerdos in dominum vocatur.

P. IV Requiritur absolutio propria voce proleta: sed voce intelligibili opus non est.

Dub. 1. Sacramentum poenitentiae institutum est per modum iudicii et ideo nihil essentialiter postulat, quod non sit de essentia iudicii; at vero de essentia iudicii non est, ut sententia eius voce proferatur, sed saepe tantum fit scripto et in rigore posset nutibus fieri.

2. Eadem est ratio accusationis atque iudicii quantum ad hoc, quod determinatis signis alligentur; atqui accusatio sacramentalis nulli determinato signo alligatur.

3. Indignum esset Deo, ut statueret tanquam condicionem valoris, ut absolutio ex ore absolvantis prodeat; quae enim ratio esse potest, cur (scandalo remoto) nolit v. g. phonographum adhiberi? Sicut enim nemo de valore actus dubitaret, ad quem requisitus esset actus visus, qui tamen poneretur ope perspicilli, ita nedum probabiliter, sed certo valida erit absolutio ope phonographi.

4. Si voce opus est, sane ratione poenitentis absolvendi voce opus est; secum enim voce adhibita loqui necesse non est. Sed poenitenti absolvendo vox inintelligibilis sane tantum prodest, quantum strepitus qui-cumque.

5. Sententia iudicialis necessario est declaratio; quae sane verbis intelligibilibus fieri debet; quodsi dicas intelligibilem fieri ratione signi crucis, hoc signum erit forma, erit absolutio, non verba.

6. Si creditor remittat debitum debitori, qui eum actu non intellegat, remissio nondum est valida, sed creditor potest exigere suum debitum. Ergo nec ius ad gratiam remissivam tradi potest nisi verbis actu intellectis.

Dicendum est tamen, sententiam iudicialem, qualem esse voluit Christus absolutionem, debere esse actionem sensibilem. Et licet „sententiae iudiciali non absolute repugnet eam scripto ferri“, tamen ritus ille adhibendus est, quem adhiberi Christus voluit. „Atqui voluntatem Christi fuisse, ut absolutio voce humana daretur, constat ex traditione“ (Chr. Pesch., Inst. theol. VII. n. 298) uti patet ex libris ritualibus et ex usu ecclesiae atque unanimi theologorum doctrina; unde ceterum etiam constat sacerdotem mutum nec baptizare posse valide nec absolvere in ullo casu. Non autem requiritur ad hoc, ut sententia iudicis sit valida, ut „quando profertur, percipiatur et intelligatur a reo; maxime, si sententia absulatoria est; sed sufficit, quod proferatur in iudicio cum debita sollemnitate, sicut revera profertur absolutio sacramentalis; unde etiamsi poenitens iam dormiat, vel non sit amplius sui compos, adhuc sententia valet, sicut etiam valeret in humano tribunali sententia absulatoria illius, qui iam tempore sententiae rationis usuni amisisset“. De Lugo, De poen. Disp. 12, n. 8.

Hinc patet simul solutio difficultatum.

P V Nec fide nec probitate nec impositione poenae opus est.

Dub. 1. A malis hominibus claves administrari non possunt, cum et ipse Christus supponat Spiritum sanctum in remissuro peccata (Io. 20, 23) et per se pateat eum qui non habet Spiritum sanctum, hunc communicare alii non posse. Non enim potest arbor mala bonos fructus producere, et ab immundo nemo potest mundari. Nam Deus peccatorem non audit. Repugnat etiam sapientiae, ut dispensatio thesauri committatur inimico.

2. Sine fide nemo potest serio intendere absolutionem. Ergo requiritur etiam fides.

3. Sacraenta soli ecclesiae data sunt; ergo haereticus (licet non sit publice excommunicatus) non potest valide absolvere. Ita Cyprianus, Ep. 73 ad Iubaian., addens Spiritum s. in sola ecclesia dari.

4. Clare docet s. Aug ministros malos non posse dare remissionem peccatorum. „Tales ipsius Cypriani temporibus baptizabant . . . remissam tamen peccatorum non dabant; quae per orationes sanctorum, i. e. per columbae gemitus datur . . . non enim raptoribus ac foeneratoribus diceret Dominus: si cui dimiseritis peccata, dimittentur illi“.

5. Absolutio instituta est ad remissionem peccatorum integrum et perfectam (Conc. Trid. Sess. 14, ep. 3. cn. 4), i. e. ad tollendum quemlibet reatum peccato introductum, non solius culpae, verum etiam poenae. Sicut ergo invalida esset absolutio, si poenitens praevalenti intentione nollet sibi remitti poenas temporales, ita erit invalida, si sacerdos imponere nolit satisfactionem. Cf. Cyprianus, Ep. 40.

Haec frustra opponi ita docemus: Valor absolutionis penderet a fide vel probitate ministri clavium aut ex natura potestatis collatae aut ex positiva Christi voluntate. Sed absolvens non operatur ex virtute propria, non infundit gratiam nisi ut minister a Christo constitutus, in nomine et auctoritate Christi; non debet igitur eminenter vel formaliter in se continere effectum gratiae. Nec illa fuit positiva Christi voluntas. Quod imprimis quoad fidem patet ex traditione omnino contraria. Ita

Stephanus damnans errorem contrarium ait: „nihil innovetur [= erga eum de novo fiat], nisi quod traditum est“ (Cyprian. Ep. ad Pompeium n. 1). Item Augustinus appellat ad „consuetudinis robur“ cui se opposuerunt „inducere volentes novitatem“. De bapt. cont. Donat. l. 2, c. 9. Cf. Vincent. Lirin. Common. 1, c. 6. Quodsi in illa controversia non de omnino infidelibus agebatur, sane etiam quoad hos dicendum est nihil obstare, quominus valide potestatem suam exerceant. Nam qui in uno articulo formalis haereticus est, ne in Deum quidem habet fidem veram, quia ad hanc requiritur, ut propter auctoritatem divinam obiectum fidei accipiatur sine restrictione. A fortiore vero constat de voluntate Christi quoad probitatem: fides enim est fundamen-tum nostrae salutis. Ceterum ut in fontibus revelationis de tali Christi mandato nihil habetur, ita scriptura saera docet gratias gratis datas, qualis utique est potestas peccata remittendi, posse seiuncetas esse a probitate (1 Cor. 13). Denique Augustinus, Cont. ep. Parmeniani l. 2, c. 10, n. 22 ait: Omnia sacramenta, cum obsint indigne tractantibus, prosunt tamen per eos digne suscipientibus“ Cf. Greg. Naz. Orat. 40. de bapt. n. 26: Io. Chrysost. Hom. 8 in Cor. n. 1.

Idem alio modo potest ostendti: „Si haereticus aut peccator privatur potestate valide conficiendi sacramenta, hoc esset vel quia ea fit indignus, vel quia non decet Deum uti homine peccatore aut haeretico ad producendam gratiam, vel quia subiecto sacramenti non expedit a tali ministro accipere sacramentum. Atqui ob nullum ex his motivis dici potest minister haereticus aut peccator privari potestate. Nam a) peccator est indignus fidei; haereticus est indigens charactere baptismali aut sacerdotali. Attamen non privantur iisdem. Ergo a fortiori ex eo, quod peccator et haereticus sunt indigni potestate administrandi sacramenta, perperam concluderetur eos hac privari. A fortiori, inquam, si quidem potestas in sacramenta est gratia gratis data ob bonum aliorum, quos decet non puniri ob indignitatem ministri. b) Saepe Deus ad peccatores convertendos utitur sermone sacerdotum letalibus gravatorum, aut aliorum hominum facinorosorum. Ergo non potest dici auferri a peccatore aut haeretico potestatem in sacramenta, quia non decet Deum tali instrumento uti. Hoc etiam commendat efficaciam virtutis Dei et sacramentorum, cum indignitas instrumenti conficientis et administrantis sacramenta non impedit corum effectum. Ex his nempe apparet non eum esse qui plantat et irrigat, sed Deum esse, qui dat incrementum. c) Constat fidelibus expedire, ut valida sint sacramenta ab haereticis aut peccatoribus collata, nedum contrarium sit tenendum“. La housse, De sacr. in gen. n. 180. (Alioquin enim saepissime dubium esset num peccata per absolutionem vere delerentur).

Denique non requiri impositionem satisfactionis patet a) ex more absolvendi (utique statim efficaciter) ante ipsam satisfactionem. Nec enim impositio eius potest esse ad valorem requisita, quod impositum omitti potest sine defectu valoris.

b) Potest contingere, ut poenitens nullam iam possit implere poenitentiam, quia v. g. rationis usum post confessionem amisit. Sed

evidens est non posse imponi poenitentiam illi, qui eam implere non potest. Cf. De Lugo, De poen. disp. 12, n. 49.

Ad 2. Cf. P. I. —; Thom. S. th. III. q. 64, a. 9, ad 1.

Ad 3. Sacra menta sunt ecclesiae, etiamsi ab haereticis ministrentur.

Cf. Aug., De bapt. l. 6, c. 24. Ad rationem additam Cypriani: Spiritus s.; quod in sola catholica ecclesia per manus impositionem dari dicitur, nimirum hoc intelligi maiores nostri voluerunt, quod apostolus ait: Quoniam caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum s., qui datus est nobis (Rom. 5, 5): ipsa est enim caritas, quam non habent, qui ab ecclesiae catholicae communione praecisi sunt.

Ad. 4. Haeretici non possunt absolvere nomine sui ideoque non eos, qui eorum haeresi formaliter adhaerent. Addit ibi s. Aug.: „Solvitur qui cum columba fecerit pacem [haeresi reicta] et ligatur, qui cum columba non habet pacem“ [etiamsi ab haereticis absolvatur]. Cf. Turrecremata, Summa de eccl. l. 1, c. 101.

Ad 5. Si forte poenitens graviter peccando invalidat absolutionem, ex eo certe non sequitur nullitas eius ob peccatum absolventis.

Schol. 1. *De forma absolutionis deprecatoria.* Duplici modo proferri potest absolutio, indicativo, seu significando directe actuale exercitium potestatis (velut verbis: Absolvo te a peccatis tuis; Habeo te absolutum [ $\varepsilon\chiω σε συγκεχωρημένον$ ]); Sis a me absolutus = volo te esse absolutum; Deus te absolvat per ministerium meum; cf. Lugo, De poen. disp. 13, n. 106) et deprecatio seu significando directe voluntatem, ut remissio a Deo concedatur (velut verbis: Domine Iesu, remitte, relaxa peccata; remissionem peccatorum tribuat tibi Deus; absolvat te Deus).

Evidens est absolutionem non posse conferri modo deprecatio nisi simul significetur sententia iudicialis ex auctoritate pronuntiata. Nam mera precatio non est actus iudicialis, nec „Christus dixit: Peccata, pro quorum dimissione oraveritis, dimittentur, sed: Peccata, quae vos remiseritis, remissa erunt; aliud autem est petere alicui veniam peccati, aliud vero remittere illi peccatum“. De Lugo. De poen. disp. 13 n. 95. Cf. Thom. Aq., Opusc. 18 (al. 22), c. 1.

At quaeritur imprimis, num considerata sola essentia rei a Domino institutae seu independenter a praecepto ab ecclesia addito, absolutio modo deprecatio prolata valeat ad effectum consequendum. Negant praesertim Alb. Magnus (Comp. th. ver. l. 6, c. 35), Thomas, Scotus, Lugo, Simmonet, Antoine, Munier, De Augustinis: dicunt Alex. Halensis(?), Hervaeus, Dominicus Soto, Vivaldus, Morinus, Duhamel, Gotti, Tournely, Habert, Drouin, Sardagna, Franzelin, Palmieri, Perrone, De San, Hurter, Schanz, Sasse, Frank (Bußdisciplin) etc.; quibus et nos assentimur.

Etenim 1<sup>o</sup> ne nunc quidem apud Orientales in usu est forma indicativa, sed exceptis Armenis absolutio fit forma deprecativa. Cf. Denzinger, Rit. or., I., de poen. § 2.; K. M. Rhalle, *Ηερι τῶν μαστηφόρων τῆς αετ. οὐαὶ τοῦ εὐζ.* 1905 p. 44—48. Armeni vero, qui formam indicativam adhibent, non antiquitus traditam sed recenter inductam habent. Cf. Mansi, Suppl. conc. III., 488. Deinde 2<sup>o</sup> ex antiquis libris ritualibus ecclesiae Graecae et aliis testimoniis constat

Graecos uti consuesse forma deprecatoria: nam licet in illis euchologiis minutissima quaeque explicentur ita ut „nulla suspicio esse possit, quod aliquam rem alicuius momenti multoque minus essentiali omittant“ (Palmieri, De poen. th. 12, parerg. III.) et licet in recentioribus euchologiis commemoretur talis modus indicativus (ut in codice Allatiano; at vix vel ne vix quidem ut forma absolutionis), desunt tamen verba indicativa, quibus absolutio conferatur. Ita in poenitentiali Ioannis Ieiunatoris nihil tale invenitur: nec in sermone eidem adscripto „Ad eos, qui peccatorum confessionem patri suo spirituali edituri sunt“ exstant, cum oratio, ad quam provocat De Augustinis (De re sacr., De poen. p. II. art. 11 p. 314), inscripta Oratio alia ad solvendum confidentem postquam poenitentiae tempus explevit, adhibetur ad poenam relaxandam. Item in euchologio Goarii antiquae formulae absolvendi sunt deprecatoriae: quae occurrit indicativa (sensu. non verbis), inscribitur ‘Alia oratio’ et dirigitur ad plures ita ut merito ad canonicam absolutionem, non sacramentalem, adhibenda fuisse videatur. Ceterum ipse Arcudius (De concordia eccl. occid. cum or. l. 4, c. 3), qui putabat solum indicativam formam validam esse, quamquam diu tali formae investigandae operam dedit, nullam in probatis euchologiis invenit: quam enim dicit se tandem invenisse  $\xi\gamma\omega\sigma\epsilon\sigma\gamma\zeta\kappa\omega\delta\eta\kappa\epsilon\tau\omega\tau$ , non ex certis documentis prompsit: nec ad sacramentalem absolutionem pertinebat: nec communis erat, sed in usu paucorum, ut ipse Arcudius fatetur. Cf. Morinus, De sacr. poen. l. 8 c. 12 n. 8 ss. Cf. etiam Schetschate, Acta Eccl. orient. 1, p. 138.

Porro haec consuetudo Graecorum Latinis sane nota fuit nec tamen unquam, cum de unione ageretur, de mutata forma absolutionis conquesti sunt, valor eius in dubium vocatus est.

Tum 3<sup>o</sup>. „Clemens VIII. in Instructione super ritibus Graecorum edita a. 1595 [ergo etiam tunc satis vigebat] ait: »In casu necessitatis presbyteri Graeci catholici possunt Latinos absolvere. Utantur forma absolutionis in generali concilio Florentino praescripta. et postea, si voluerint, dicant orationem illam deprecativam, quam pro forma huiusmodi absolutionis dicere tantum consueverunt.« Ergo cum Clemens VIII. non iniunxit Graecis sacerdotibus, ut forma indicativa utantur, quando Graecos fideles absolvunt [sicut de aliis rebus ad Graecos spectantibus eos instruxit], satis innuit se formam deprecatoriam in absolvendis Graecis pro valida habere. Reponunt aliqui, in ea instructione Clementis sacerdotibus Graccis praecipi, ut indicativa forma utatur, non tantum quando Latinos, sed etiam cum Graecos absolvunt. At [1] si hoc verum esset nulla foret verisimilis ratio dicendi, quod Latini in Oriente existentes in casu tantum necessitatis possint a presbyteris Graecis catholici absolvi.“ Sardagna, Theol. dogm.-pol. t. 8., n. 28. — 2) nostra interpretatio naturalis est et confirmatur ex contextu constitutionis Benedicti XIV d. 26 maii 1742, § 5 s.

4<sup>o</sup>. Etiam in ecclesia occidentali antiquitus adhibitam esse communiter formam deprecatoriam saltem probabilissimum est. Licet enim in quibusdam vetustis ritualibus Latinis formulae indicativae reperiantur (ut in 1. codice Turonensi, in cod. Gellonensi, in 10. cod. abbatiae

Viet., cf. Kirsch, *Zur Gesch. d. kath. Beichte* p. 144—151), quibus non conferri sed confirmari absolutio data (sive canonica seu a poenis sive sacramentalis seu a peccatis nobis quidem ex contextu videtur, at certe ratio defectus formae talis in reliquis ponit non potest in eo „quod in iis codicibus notata non fuerint nisi ea, quae ut caeremoniae accep- debant formae sacramentali, quam omnes sacerdotes nosse supponebatur“ (Palmieri, *De poen.* th. 12, parerg., IV.). Quis enim crediderit illis temporibus in libris, quibus omnes sacerdotes uti tenebantur, res maximi momenti fuisse omissas, res minimas diligentissime tractatas? Num in canone missae verbulum omissum est, quo consecrandum erat? Nec dici potest poenitentialia tantum servivisse pro poenitentia sollemni publica: hoc patet „ex testimonio scriptorum saeculi octavi, noni et decimi, v. g. Bedae. Rabani, qui ea applicarunt ad sacramentum poenitentiae administrandum a presbyteris, quibus non licet administrare poenitentiam sollemnem“ Amort, *De saer. poen. disp.* 5., qu. 2, ad ult.

Item Pseudo-Alcuinus, *De divinis officiis* c. 13. accuratissime describit ritum excipiendi confessiones; et qui in baptismo exponendo formae mentionem facere non putabat esse superfluum (c. 19), absolutionis non commemorat formam nisi deprecativam; nec huic argumento obstare potest illud: dimitte ei peccata in Appendice IV ad opera b. Alcuini p. 1406 s. (ap. Migne). Cf. etiam ep. Anonymi saec. XI. ap. Migne, *Patr.* l. t. 156, col. 693.; Radulphi Ardantis († 1100) *Hom. LXIV in Litania Maiori* (M. 155, 1900) et s. Augustini *Serm.* 99, n. 8. Denique testimonia Anonymi in opuse. 18 (al. 22), s. Thomae, collata eius refutatione. Cf. Frank, *Bußdisciplin* V 5 H. Ch. Lea, *A history of auricular Confession I*, ch. 4: Martene, *De ant. eccl. rit.* l. I, c. 6, a. 5. 7.; Morinus, *De saer. poen. Append.* et l. 8, c. 8—12. Du Hamel (l. 1. dissert. 3, c. 2). Juenin (diss. 6, q. 7, c. 2), Tournely (q. 9, a. 1), Schanz, D. Lehre v. d. h. Sacr. § 39 (p. 539 s.), A. Vacant in *Dict. de Théol. Cathol.* (1899).

Contra haec opponunt adversarii (*De Augustinis. De re saer.*, *De poen.* p. II, art. 11) a) cum sacramentum hoc institutum sit ad modum iudicii, forma a sacerdote, qui index est, ad modum sententiae [cf. Cyprian., Ep. 52, n. 18] ut patet proferri debet. At sententia non profertur nec proferri potest a iudice verbis deprecativis, sed verbis indicativis enuntiari debet.

Sed concedunt adversarii formulam „Deus te absolvat per ministerium meum“ esse validam: et recte quideni (cf. Suarez, *De poen.* disp. 19, s. 1., n. 23). Unde concludendum est posse verba deprecatoria etiam valere, licet non addatur illud ‘per meum ministerium’ nam hunc sensum verba non solum habere possunt eo, quod hoc diserte addatur, sed etiam ex circumstantiis et communi acceptione hominum. Sicut enim per verba: ‘baptizatur’ vel ‘baptizetur servus Christi’ sufficienter exprimitur potestas ministerialis, ita non appareat, cur verbis ‘absolvatur servus Christi a peccatis’ vel similibus non aequo bene exprimi possit potestas ministerialis. Supposita vero in ministro poenitentiae intentione judicialiter absolvendi et hac mente formam proferendi, sensus formae maxime ex usu pendet. Itaque si quando ecclesia

publice approbet formam grammaticaliter deprecativam, cum ex altera parte doceat absolutionem esse sententiam indicalem, omnes fideles formam deprecativam ita intelligent, ut simul credant se sententia sacerdotis absolvvi. Itaque vel per anoritatem, vel per usum vel per circumstantias fieri potest, ut formae materialiter deprecativae indatur sensus indicativus. Chr. Pesch, Prael. dogm. t. 7, n. 286.

Dices, formam talem esse debere, ut quamvis quoad efficaciam efficiax non sit nisi ab idoneo ministro prolata, tamen quoad significacionem idem significare valeat, a quo cumque proferatur; qualis est haec forma: ‘hoc est corpus meum’ pro eucharistia, et haec: ‘indulgeat tibi Deus etc. pro extrema unctione. Atqui forma deprecativa eatenus significat, quod significare debet, quatenus a sacerdote profertur: ergo.

Respondent 1. posse simpliciter negari quod assumitur: nam, cum forma sit pars sacramenti et non nisi in sacramento vim suam exercere possit, satis profecto est, quod cum cetera adsunt elementa, ipsa significet. Porro ex doctrina Eugenii IV in decreto pro Armenis »Sacramenta tribus perficiuntur videlicet rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, et persona ministri cum intentione etc.« Satis est ergo, ut, cum haec tria adsunt, verba sint significativa; praesertim cum, quamvis forma sit pars determinans prae materia parte determinabili, tamen et ipsa forma in composito determinetur. Non est autem necesse, ut omnia sacramenta in omnibus sint similia.

Respondent 2. distinguendo idem assumptum: forma debet esse talis, ut ex se, a quo cumque proferatur, valeat significare quod in sacramento significandum est, c. vel tr.; id unice significet, nego. Porro nemo negabit formam hanc: ‘Deus te absolvat’ posse significare sententiam iudicis delegati a Deo, et non tantum simplicem deprecationem, eamque proferri a quo cumque, licet inefficaciter, ea intentione, ut per ipsum ministerium proferentis ea verba quis a Deo absolvatur. Sic iuxta plurium sententiam sufficiunt haec verba: ‘Absolvo te’, omissis aliis: ‘a peccatis’, et tamen absolutio potest esse a censura quoque; est ergo locutio per se indeterminata; unde autem determinatur? Ab adiunctis sc., in actu iudicij, in quo de peccatis actum est.

Respondent 3. formam deprecativam non eatenus determinari ad significandum exercitum potestatis, quatenus tantummodo a sacerdote profertur, sed quatenus profertur a sacerdote cognitâ causâ; nam ut videbimus, confessio peccatorum necessaria est; sunt ergo verba prolata in iudicio: et tunc si verba sunt, quae possint sententiam iudicis significare eiusque potestatis exercitum, sponte et naturaliter trahuntur ad id significandum“ Palmieri, De poen. th. 12, par. VII. Cf. De San, De paenit. n. 402 ss.

b) Non dixit Christus: ‘peccata, pro quorum remissione oraveritis, remittentur’, sed ‘quae vos remiseritis peccata’, remissa erunt. Ergo. Cf. Opusc. s. Thoma saepius citatum c. 1 („non dicit: ‘Quaecumque petieris esse solvenda’ sed ‘Quaecumque solveris’“).

Sed Matth. 18, 18 simili modo significatur etiam potestas solvendi a censuris: quam solutionem fieri posse modo deprecativo adversariorum velint nolint concedunt.

c) Certe nunc valet tantum forma indicativa ut patet ex Conc. Tridentino, Sess. 14, c. 3. Atqui a) Christus Dominus omnium novae legis sacramentorum tum materiam tum formam determinavit: ergo non fuit ecclesiae arbitrio relictum, ut in sacramento aliquo unam prae alia formam eligeret, aut formam prius adhibitam mutaret in aliam, quae non solum secundum materialem sensum verborum, sed secundum sensum esset diversa. Cf. Trid., Sess. 21, c. 2. β) Concilium loco superius citato docet non pro hac recentiore aetate, non pro ecclesia Latina tantum, sed universaliter et absolute formam sacramenti poenitentiae „in illis ministri verbis positam esse: ‘Ego te abservo’ etc. — Ergo haec sola et ubique in ecclesia forma fuit, invariata quoad sensum. γ) Idem concilium Tridentinum declarat formae indicativae „de ecclesiae sanctae more preces quasdam laudabiliter adiungi: ad ipsius tamen formae essentiam nequaquam spectare“. — An declaratio haec concilii vera esset, si precatio sacerdotis, ut contendunt adversarii, aliquando pro tota ecclesia essentiali sacramenti formam constituisset, et etiam nunc apud Graecos illam constitutat? δ) Si non ex Christi determinatione, sed auctoritate a Christo concessa ecclesia ipsa determinavit recentiore aetate formam indicativam esse adhibendam, quandonam illud praescripsit? In quo concilio, quo summi pontificis decreto, qua ratione, qua occasione?

Sed ad a) dicendum: „Es muss entschieden angenommen werden, Christus hat wenigstens der Kirche die Wahl zwischen absoluter und precativer Fassung der Absolutionsformel überlassen. Nur das kann in Frage kommen, ob es sich bei kirchlicher Feststellung und Entscheidung für die eine oder andere Fassung um die Giltigkeit des Sacramentes oder nur um eine Vorschrift der Disciplin handelt“ Oswald, Die dogm. Lehre v. d. h. Sacram. V. Th., § 13.

Ad β) Tridentinum non declaravit formam indicativam prout talem esse essentiali, sed declaravit essentiali illam formam prout est expressio actus iudicialis, quem etiam deprecativa exprimere potest.

Ad γ) 1<sup>o</sup> notandum est illas preces, ubi forma remissionis adhibetur indicativa non posse intelligi (vel, si intelligentur, irritari vel saltem quominus intelligentur prohiberi) ut prolata cum intentione absolvendi sed tanquam precatio ordinata ad gratiam debite dispositionis poniendi impetrandam. Cf. Tournely, De sacr. poen. q. 9, concl. 3.

2<sup>o</sup> Mos ecclesiae in iis, quae liberae dispositioni eius relictam sunt, non est necessario antiquissimus, cum novas consuetudines possit in huiusmodi rebus ecclesia introducere; potuit ergo synodus Tridentina dicere ‘de ecclesiae more’, etiamsi a saeculo XIII. hic usus vigere coepit. Nec additum est de ‘perpetuo’ more vel sim., id quod Trid. Sess. 13, cp. 5. non omisit.

Ad δ) „Non tantum concilia aut pontificum decreta leges absolvendis peccatoribus praescribere possunt, quarum praevaricatio irritam facit absolutionem, sed etiam id posse consuetudinem pontifice non improbante secundum responsa prudentum legitime inductam“ Morinus, De poen. l. 8, c. 8, n. 2. Et reapse „A saeculo decimo ad decimum tertium, quo forma absoluta communi consensione Latinorum est usur-

pata, de hac re nullius concilii canon aut Romanorum pontificum decretum occurrit; quantum itaque indicare possumus. in scholis nata opinio et magistrorum sensu probata in ecclesiam effluxit tantamque paulatim auctoritatem obtinuit, ut absolutam formam debere retineri deinceps in concilio Florentino et Tridentino decretum sit<sup>4</sup> Drouin, De re sacr. l. 6, q. 8, c. 2.

Itaque pro duplii charactere absolutionis, hieratico et iuridico (Oswald) vel ministeriali et judiciali (Hurter) seu duplii causa remissionis ministeriali et principali duplex forma adhiberi per se potest; indicativa tamen videtur aptior esse.

Quodsi quaeritur num etiam post concilium Tridentinum in ecclesia Latina valere possit forma deprecativa. sunt qui censeant valere, velut Dom. Soto, Drouin. „Nam quae merae disciplinae res est, ad essentiam sacramenti non pertinens, si non observetur, non propterea sacramentum irritum fit Quemadmodum validum foret baptismus, quod contra Latinac ecclesiae usum hodiernum immersione daretur et valida Eucharistia, quam in pane fermentato aliquis consecraret, etc. ita nullum videtur esse dubium, quin validum foret poenitentiae sacramentum, quod forma deprecatoria administraretur“ Drouin, De re sacr. l. 6, q. 8, c. 2. Valorem formae deprecativae post ecclesiae praecceptum adhibitae negant e. g. Gotti, Tournely, Billot hanc affert rationem „quia privatus non potest facere, ut formula, quae ex sese non est nisi possibilis ad certam significationem, eam de facto consequatur“ (De eccl. sacram. l. 2, th. 3, cor. 2.) Dubitant de valore alii, velut Oswald, quia ecclesiae, cum ad eam iurisdictionis hic necessariae concessio pertineat, ius denegari non possit ponendi condicionem valoris, et magis Hurter (Comp. t. III., n. 504, 2) quia „actus iuridicus tunc tantum valeat, quando expressus est ad normam authenticam“ (quod repetit Sasse).

Schol. 2. *De absolutione condicionata.* Condicio absolutioni duplii modo apponi potest. Vel enim absolvens habet intentionem hanc, ut tunc effectus ponatur, cum condicio impleta erit (vel impleta est in praeterito), vel intentionem eam, ut nunc sequatur effectus, si postea (vel ante vel nunc) condicio implebitur (vel impleta est vel impletur), seu aliis verbis, si verum est condicionem vel impletum iri vel impletam esse vel impleri. Patet absolutionem collatam priore intentione non valere, quia effectus eius non potest suspendi vel in praeterito collocari. Tamen difficultates fieri possunt de tali condicione, si est de futuro.  
1. Sacerdos non a culpa solum absolvit, sed etiam a parte aliqua temporalis poenae, iuxta modum satisfactionis, quam imponit: atqui tamen ab hac poenae parte condicione tantum absolvit, nempe si satisfactio in futurum impleatur; ergo quoad istud punctum suspendit effectum absolutionis: ergo et hunc quoad culpae remissionem suspendere potest.  
2. Sacramentum matrimonii potest esse validum sub condicione de futuro: cur non etiam sacramentum poenitentiae?

Sed ad 1. negatur consequentia. „Etsi enim remissio poenae ad executionem usque satisfactionis suspendi potest, non tamen culpae remissio: poenae enim condonatio et secundarius est absolutionis effectus,

et ex Christi lege ipsi satisfactionis exercitio alligata est; neutrum vero de culpae remissione dici potest". Collet, -De poen. p. 2, c. 8, n. 94.

Ad 2. vero aliis responsis examinatis De Lugo (De poen. disp. 13, n. 133) ait: *"Etiam in matrimonio, quando fit sub aliqua condicione de futuro, non suspenditur effectus, sed ponitur, ubi prium ponitur matrimonium; matrimonium tamen ipsum non ponitur, donec impleatur condicio, qua impleta fit statim matrimonium per consensum et verba virtualiter et moraliter praesentia ex verbis praeteritis non revocatis"* Sed absolutionem prius praestitam sub condicione non potest dici postea adveniente condicione manere moraliter et virtualiter, sicut manent verba matrimonii sub condicione celebrati. Nam in matrimonio (n. 119)

verba non fuerunt prolati absoluta sed condicionalia, quae, licet posita condicione transeant in absoluta, hoc tamen non fit per positionem realiem verborum absolucionis, sed per positionem virtualem, quatenus priora verba non secuta revocatione et posita condicione censentur moraliter seu virtualiter manere et proferri absolute absque condicione; hoc autem totum non est aliud nisi prolatio virtualis verborum absolucionis: cum ergo in "absolutione" non sufficiant verba virtuale, sed requirantur realia [cf. huius thes. p. paenult.], sicut non sufficiunt nutus aut scriptura, consequens est, ut neque sufficiant illa verba absoluta virtuale, quae dantur impleta condicione, sed requirantur verba absoluta realia et formalia".

Quod intentionem attinet nunc absolvendi attamen dependenter ab aliqua condicione, quae condicio eo ipso non potest vere esse nisi de praesenti, sc. veritas facti vel faciendi seu cognitio Dei de praeterito vel futuro, certum est talem absolutionem validam esse si condicio existit, nisi condicio sit talis ut excludatur per eius positionem intentio faciendi id quod facit ecclesia vel saltem nisi condicio sit veritas rei futurae (velut: si Deus videt te hoc anno moritum esse). Adversarium praecepsimum hac in re habemus Esparzam, qui censuit solum tunc valere absolutionem condicionatam, si condicio sit ex natura rei (velut: si es baptizatus), non autem extranea, seu talis, ut sine ea sacramentum conferri possit (velut: si restituisti). Probatur autem sententia nostra hac ratione: Intentio absoluta sufficit ad valorem, ergo etiam condicionata dicto modo. Nam talis condicionata necessario transit in absolutam; cum profertur absolutio vel est verum factum, a quo absolutio dependens redditur vel non est; si est verum, voluntas condicionata transit in absolutam.

Oppones 1. non esse credibile, quod Christus concesserit potestatem exercendam sub condicionibus arbitrariis et tanta re indignis velut sub condicione, quod poenitens tota nocte dormierit.

2. Sententiam iudicialem non posse valide ferri in forma condicionata.

Sed ad 1. dicendum, quod „si haec intentio obstaret valori sacramenti, a fortiori deberet obstare intentio simoniaca, ut si quis baptizet ob lucrum temporale; quod tamen ex Tridentino est falsum. Sicut autem volens baptizare simoniace operatur nomine Christi, quatenus vult conferre sacramentum, non quatenus intendit pretium, ita qui apponit con-

dicionem disparatam, operatur nomine Christi, quatenus vult sacramentum confidere, non quatenus sacrilege eam condicionem apponit: non nego tamen sic baptizatum esse sub condicione rebaptizandum. quia sub opinione positum est, an hic baptismus sit validus? *Viva. Curs. theol.* p. VII., disp. 3, q. 2, a. 3.

Ad 2. „Hoc dictum sic universaliter prolatum verum non est: nam etiam in iudicio saeculari interdum similes sententiae feruntur: ‘Nisi haec feceris intra unum mensem, hanc mulierem dabis’. A quibusdam videtur confundi iudicium, ut est actus intellectus componentis vel dividentis ideas, et iudicium, ut est sententia iudicialis. Nam dicunt iudicium confessarii, num poenitens sit dispositus, esse ipsam actionem iudiciale. At hoc non est verum, cum sit merum praerequisitum: et praecise, quia sacerdos nescit, nun hoc praerequisitum sufficienter adsit, sententiam condicione fert. Quia autem est condicio de praesenti, et quia pertinet ad forum internum, in quo Deus ipse sententiam exsequitur secundum ea, quae obiective vera sunt, nihil obstat haec condicio validati sententiae. Licet igitur in iudicio forensi inepta sit haec sententia: ‘Adiudico domum Petro, si ius ad illam habet’, quia tunc nemo scit, num domus sit Petri, nequaquam idem valet de sententia: ‘Absolvo te, si dispositus es’, quia Deus, qui hanc sententiam exsequitur, scit quid obiective verum sit“. *Chr. Pesch, Prael. dogm. t. VII., n. 282.*

Condicione de veritate rei futurae apposita non irritari absolutionem censem *De Lugo, Viva, Arriaga, Herinx, La Croix, Van-Roy, Grandin*, alii. Alii negant cum *Coninck, Dicastillo*. Horum rationes saltem nihil evincunt. Dicunt 1. per talis condicioneis appositionem suspendi effectum absolutionis; semper enim manere in potestate poenitentis condicione adimplere vel non adimplere et per consequens facere quod habeat vel non habeat effectum absolutio. 2. „Cum Deus comiserit administrationem sacramentorum cognitioni et voluntati hominum, nequit apponi condicio, quae non possit cadere sub humana cognitione“ *Alphonsus Lig. l. 6, tr. 1, n. 26.*

Sed ad 1. „Aliud est, quod effectus maneat suspensus. hoc est nondum positus, aliud vero quod effectus iam sit positus, sed dependenter [v. g.] a restitutione postea ponenda et iam praevisa: et hoc non videtur absurdum. Idem enim dici debet de scientia visionis Dei et de revelatione et praedictione facta a propheta et aliis eiusmodi, quae licet pendeant ab obiecto futuro, vere tamen sunt et existunt ante ipsum obiectum... Nec video, quod maius absurdum sit in eo, quod gratia hodie ponatur dependenter a restitutione futura iam praevisa, quam quod ponatur hodie revelatio aut assensus fidei supernaturalis de obiecto libero futuro dependenter etiam a libertate hominis, qui positurus est libere tale obiectum. Imo gratia etiam posita fuit alias non ponenda in patribus antiquis dependenter a meritis Christi liberis, praevisis ut futuris; quare sicut postea erat in potestate Christi ponere vel non ponere illa merita, sic videtur, quod erat in eius potestate impeditre, ne fuisset gratia data antiquis patribus: non enim data fuisset, nisi eius merita praeviderentur“ *De Lugo, De poen. disp. 13, n. 135.*

Ad 2. Utique quod in mentem venire non potest, non influet in absolutionem concedendam. Sed collato responso ad obi. 2. contra condicionatam absolutionem in genere, deberet probari assertum, si intellegitur de vera cognitione obiecti condicionis.

Restat, ut quaeramus, num necesse sit condicionem, cum apponi debet, voce exprimi, quod statuit Car. amuel. Sed ratio, propter quam talis necessitas adesset, esset tantum quod talis condicio esset pars ipsius absolutionis, quae nisi integra proferretur, effectum sortiri nequiret. Sed „si ex sola intentione determinantur verba ad sensum sacramentalem potius quam ad historicum vel iocosum, quidni ex eadem intentione ad sensum condicionatum determinantur, praesertim cum circumstantiae sensum hunc patiuntur, aut etiam exigunt“. Collet, De poen. p. II. c. 8 n. 91. Unde Gobat censet ne id quidem opus esse, ut habeatur condicio explicite et formaliter in mente, sed sufficere, si implicite et virtualiter adsit, qualem habet, qui voluit audire confessiones secundum institutionem Christi vel intentionem ecclesiae. Sed falso putat Berlage condicionem addi esse inutile, cum semper tacite includatur. „Nam condicio, quae ex natura rei semper includitur, refertur ad effectum sacramenti: ‘Do tibi gratiam, in quantum possum ex mea parte’. Condicio, quae interdum expresse additur, refertur ad ipsum signum sacramentale: ‘Volo sacramentum confidere, si poenitens capax est recipiendi effectus’“. Pesch, Prael. dogm. t. VII., n. 281.

Schol. 3. *De simultanea complurium absolutione*. Quaeri potest 1<sup>o</sup> num absolutio conferri possit uni a pluribus et 2<sup>o</sup> num plures ab uno absolvique queant.

„Imprimis non videtur dubium, quod absolutio utriusque [sacerdotis] esset valida, si uterque simul perficeret prolationem formae et poenitens esset dispositus, quia utraque esset forma prolata a legitimo ministro super materiam debitam, et non esset maior ratio, cur una absolutio haberet effectum, quam altera. Quod autem aliqui opponunt repugnare duplarem causam adaequatam, qualis esset illa duplex absolutio, facile solvitur, tum quia hae non sunt causae physicae, sed morales, tum quia licet singulae causae in actu primo essent sufficientes, de facto in actu secundo attemperaretur concursus unius propter presentiam alterius, et causalitas seu productio gratiae non esset duplex, sed unica adaequata, procedens ab utraque causa, sicut quando de facto plures sacerdotes consecrant eandem hostiam“. De Lugo, De poen. Disp. 13, n. 160.

Dices, saltem si poenitens v. g. moribundus non petitiit duas absolutiones, sed unicam, non potest utraque valide conferri.

„Respondetur utrumque valide absolvere, quia poenitens, licet non petierit pluries absolvique, sed semel, voluit tamen absolvique semel sive ab uno, sive a pluribus semel absolvientibus; ipse enim solum proposuit causam et instituit iudicium eo modo, quo potuit; per illam autem petitionem absolutionis singuli sacerdotes aequisierunt ius, ut iudicarent et proferrent sententiam, dummodo non essent ab alio praeventi“ n. 175.

Porro num per multiplicationem (simultaneam) absolutionis augementatur gratia in poenitente dependet ab eo, num iudicium sit multiplex.

Cum enim hoc sacramentum sit iudicium quoddam, constans ex suis partibus et sit ex sua institutione multiplicabile super eisdem peccatis, non apparet, cur non possit multiplicari in nostro casu, in quo iudex est diversus et sententia diversa. Quod enim posset opponi de unitate confessionis et doloris, quae est materia proxima, non obstat, quia [constat] eundem numero dolorem non retractatum et moraliter perseverantem posse deservire ad plures absolutiones. Confessio autem in nostro casu, licet physice et materialiter videatur esse una, moraliter tamen et virtualiter potest esse duplex; suppono enim poenitentem voluisse confiteri utriusque sacerdoti [Confiteor vobis = tibi et etiam tibi] et subici utriusque in hoc foro“ n. 164. „Quare sicut absolutiones illae, si non simul, sed successive praestarentur, singulae darent effectum suum, et utraque conferret plus gratiae, quam una sola, sic simul exhibitae dabunt eundem effectum, quem darent successive, quia vere exerceantur duo iudicia et proferuntur duae sententiae, quarum quaelibet debet habere effectum diversum“ n. 166 (contra Suarez).

Quando vero poenitens ita confiteatur multis, ut non intendat inchoare plura iudicia, sed unum, terminandum a quolibet illorum iudicium (velut non censemur intendere moribundus petens absolutionem ante adventum sacerdotis vel qui in incendio vel naufragio publice confitetur coram pluribus sacerdotibus volens absolutionem sacramentalem), non maior gratia conferetur, quam si unus solus absolvisset. Cf. n. 173.

Quodsi sacerdos diceret: ‘Ego te abservo’ cum animo non absolvendi nisi partialiter, hoc est, simul cum alio, qui eodem modo absolvit, absolutio invalida esset, quia credibile non est Christum concessisse etiam ad hoc potestatem, utpote inutilem et noxiā. Non posset enim unquam absolutio esse valida, nisi quando uterque simul proferret ultimam syllabam. „Quod certius adhuc periculum esset, et necessitas omnino, si tres, quattuor vel plures simul proferrent illa verba... Esset potestas ad actum omnino impossibilem, quod sc. centum homines simultate mathematica proferrent ultimam syllabam. Hoc autem totum fieret absque ulla necessitate aut causa“ n. 178. Arriaga tamen (d. 50 s. 5) probabiliter putat utramque absolutionem fore validam, si ita sequantur, ut adhuc censeantur moraliter coëxsistere.

Denique quaerendum est, num valide absolvant duo Petrus et Paulus, qui simul absolvunt cum intentione absolvendi, si alter non absolvit. Et quidem, si sensus esset, si alter prius non absolvit, uterque valide absolveret, quia neuter prius absolvit. Si autem sensus sit: si alter tunc non absolvit, neuter valide absolvit. Vel enim deberet uterque vel neuter absolvere, cum non sit maior ratio de uno quam de altero. Uterque autem non potest, quia tunc condicio non poneretur: neuter enim vult absolvere nisi altero non absolvente. Si ergo alter absolvit, alter non vult absolvere. Neuter ergo habet intentionem absolvendi; quia voluntas illa non potest transire in absolutam, nisi destruat se ipsam. Non potest enim transire in absolutam, nisi alter non absolvat. Si autem Petrus non absolvit ob imperfectam illam voluntatem, quam habet, eo ipso Paulus non absolvet, cum habeat aequa imperfecta voluntatem, atque adeo Petrus absolvet, qui supponebatur non

absolvere. Neuter itaque absolvet, quia voluntas illa intelligi debet absolvendi modo possibili, si alter non absolvat; ille autem modus esset impossibilis, cum afferret duo contradictoria“ n. 190.

2º Absolutio plurium ab uno sacerdote est non quidem formaliter, attamen virtualiter et aequivalenter multiplex. Eam validam esse omnes concedunt. Cf. K. M. Rhalle, *Ηερὶ τῶν μυστηρίων τῆς μεταρ. καὶ τοῦ εὐχ.* 1905, p. 46.

## EXTERNA AD NOS PERTINENTIA.

*M. Jugie, Histoire du Canon de l'Ancien Testament dans l'Eglise Grecque et l'Eglise Russe.* Paris. Gabr. Beauchesne. 1909. P. 140. Pr. 1·5 Fr.

Hucusque aut parum aut nihil in Occidente considerata est doctrina ecclesiae orientalis de canone S. Scripturarum, quamquam theologi orientales novissimo tempore eam in discrepantiis dogmaticis utriusque ecclesiae adnumerant. Ut incuriam vel ignorantiam hanc auferret, J. historiam canonis V. T. in ecclesia Graeca et Russica concinnavit. Quod ultimam attinet, nonnullis additamentis praecipue historicis supplevit commentationes ab A. Dombrovski in Revue biblique t. X. et a nobis in Slav. litt. theol. a. II. et III. publicatas.

In prima parte conformitatem doctrinae de canone V. T. ostendit ex conciliis et scriptis canonistarum utriusque ecclesiae inde a conc. Trullano usque ad dimidium saec. XI. Nemo fuit usque ad saec. XVI., qui hac in re alteram utram ecclesiam de violatione fidei in conciliis et decretis Romanorum Pontificum sanctitae accusaret. „Et qu'on ne dise pas que ce silence doit être attribué à une entente tacite entre les deux partis. Rien n'est plus faux. Pendant tout le XVI<sup>e</sup>. siècle l'Eglise grécoslave garda fidèlement la foi des siècles précédents. Si elle s'insurgea contre certaines décisions du concile de Trente, ce ne fut jamais contre le décret relativ aux livres canoniques“ (p. 35). Demum nonnulli theologi protestantismum sapientes novam doctrinam de auctoritate librorum deuterocanonicorum V. T. ex scholis et scriptis lutheranis in Orientali ecclesia propagaverunt. Sed novae ideae e doctrina pseudoreformatorum sumptae et praecipue a Metrophane Critopulo et Cyrillo Lucari in Oriente divulgatae acerrimos sibi hostes fidelissimosque universalis fidei defensores inter Orientales ipsos excitabant.

Caput tertium dicatum est theologis Russicis saec. XVIII., nominatim ferventissimo propagatori ac tutori idearum protestanticarum in Russia, professori Theophani Prokopovič. J. cognovit eius labores ex opere Philareti „Histoire de l'Eglise russe“, sed praecipuum fontem ad cognoscendum istum „protestanticum inter orthodoxos virum“ nec non eius adversarium „catholicum“ Steph. Javorski religiosamque motionem ea aetate exortam continet V. pars operum I. Samarin „Stefan Javorskij i Theofan Prokopovič“, qui affirmat „ecclesiam Russicam indulsisse, sed non approbasse alienas orthodoxae fidei doctrinas Prokopovič.

Theologi Russici nullum omnino ex antiquitate ecclesiae Russicae possident testimonium ad confirmandam suam doctrinam de auctoritate librorum „non canonicorum“ multaque monumenta litteraria nec non fides nonnullarum sectarum in sinn ecclesiae schismaticaem iam prius exortarum testantur antiquam ecclesiam Russicam eandem atque catholicam de canone V T fidem tenuisse. Dolendum est, quod ad cognoscendam internam vitam ecclesiae Russicae omnia fere antiquiora (et nova) opera Russica non parvi momenti theologis Occidentalibus ignota sunt: qua de causa non satis acriter et efficaciter aliquas novationes scriptorum orientalium impugnare possunt.

In ecclesia Graeca, apud quam novissimo tempore multum auctoritas Russorum theologorum valet, huensque doctrina de canone V T non est stabilita: sunt, qui negent, sunt, qui affirment ac defendant inspirationem librorum deutero-canonicorum V. T

J copiosa materia congesta in nova luce ostendit praecipue praesentem discrepanciam Graecorum theologorum. Desiderandum est, ut non solum Gallica versio, sed etiam propria scriptorum verba (sub linea) citentur utque propria nomina (legendum est p. 80. et 81. Voroncov loco Voronkov) non solum secundum pronuntiationem Gallicam, sed etiam in lingua originali transcribantur.

Utinam omnes, ad quos pertinet, hoc libello utantur atque nova materia novum errorem devincant, antiquam et universalem fidem in omnibus ecclesiis defendant.

*Ad. Jašek.*

*Adrian Fortescue Ph. D., D. D., The orthodox eastern Church, with illustrations by the author.* London and Edinburgh, 1907, pp. XXVII+451 in 8.

Apud Anglos haud desunt perdocta volumina, quae sive vitam enarrant, sive instituta describunt, sive conditiones hodiernas aperiunt, sive doctrinas enucleant Ecclesiarum orientalium. Quae inter volumina, laude praesertim extollenda Nealy, Stanley, Hore scripta. Haec tamen ab anglicanis exarata sunt, qui omnem movent lapidem ut scriptorum orthodoxorum benevolentiam sibi concilient, quapropter partium studio persaepe praepediti, vel dictieris catholicam obruunt Ecclesiam, vel haud raro historiam genuinasque Ecclesiarum orthodoxarum doctrinas absonos in sensus detorquent. Laetitia igitur maxima afficimur, laboriosum volumen perlegentes scriptoris catholicci optimae notae, qui anglice suum librum exaravit ut concives suos vitam hodiernam Orientis orthodoxi ad lumen principiorum catholicorum edoceret.

Ne cui mirus videatur titulus huiusce libri, paucis explicat auctor. Epitheton orientalis magnam exhibit latitudinem, haereticos comprehendit simul et catholicos: epitheton schismatici gravem praefert iniuriam, quo fit ut in operibus, quae irenica sibi proponunt molimina, nequeat adhiberi. Scriptor anglus, canonicus non est eraciensis, ut bonus ille Sacrami qui saeculo XVI opellam typis mandavit De quadraginta atrocibus erroribus atrocissimorum schismaticorum Ruthenorum. Hisce igitur epithetis praefert auctor noster communem appellationem orthodoxi, licet et hoc, si etymon spectetur, veritati rei non semper respondeat.

Praecedit volumen elenches librorum, (pp. XV—XXII) qui prae manibus habendi sunt in pervestiganda historia doctrinaque Ecclesiarum Orientalium. Dolemus, quod russica vel graeca litteratura per pauca tantum hocce in elenco exhibent volumina. Ut iam demonstra-

vimus in opere *La Chiesa russa, russica praesertim litteratura ditissima est operibus, quae maxime conducunt ad pleniorum cognitionem Ecclesiarum orientalium comparandam, eisque prae-*serit utendum, ut facies genuina τῆς ὁρθοδοξίας nobis pandatur.

Opus absolvitur 14 capitulis. In primo agit auctor concinna brevitate de quinque maximis in Ecclesia christiana patriarchis eorumque iurisdictione, ac de Ecclesia autonoma insulae Cypri, p. 5—50. Ut praecevantur obiectiones quae fieri possunt ad romanum patriarchatum quod spectat, optima enucleatur distinctio inter iura quae Romano Pontifici competunt, prout consideratur tanquam Episcopus urbis Romae; Metropolita romanae provinciae; Primas Italiae; Patriarcha Occidentis; Pontifex supremus totius Ecclesiae universalis. Hocce caput brevis est atque accurata delineatio historica mutationum quas Ecclesia christiana in suo regimine iurisdictionali, in sua forma administrativa quinque saeculorum decursu passa est. Uberrimam materiarum segetem colligere potuisset auctor, accuratiusque suo munere defungi, si speciunina historica Ecclesiarum alexandrinae atque antiochenae, quam cl. scriptores Pargoire et Simeon Vailhé in *Dictionnaire de théologie catholique* inseruerunt, t. I, 786—801; 1399—1433, quodque ego ipse de Ecclesia cypriaca in eodem opere edidi, t. II, col. 2424—2472, nec non absolutissimum opus τῷ Hackett, *A history of the orthodox Church of Cyprus*, Londini, 1901, adhibuisset.

In capitulo II instituitur sermo de romanis Pontificibus suis in relationibus ad Ecclesias orientales (p. 51—97). Meminit praeceps auctor haud raro per celebres Orientis antistites, ne patriarchis constantinopolitanis quidem exceptis, Romanum Pontificem tanquam supremum iudicem controversiarum, vel defensorem in rebus adversis sibi delegisse, aut invocasse, eique primum locum in conciliis oecumenicis obtulisse. Ex documentis historicis, quorum testimonia congerit auctor, luculenter eruitur in controversiis fidei Romam supremum tribunal gessisse: Rome was the last Court of appeal in questions of faith, p. 57. Octo prioribus a Christo nato saeculis Patres Ecclesiae graecae romanorum Pontificum primatum agnoscunt et venerantur: primatus hic in conciliis oecumenicis aperte proditur. Ambitioni byzantinorum antistitum tribuitur causa lugendi schismatis, quod sub Photio tot mala orbi christiano coepit inferre.

Tertium capitulum, p. 98—134 de fide ritibus Ecclesiae byzantinae antequam exoriretur schisma pertractat. Ea aetate identitatem fidei Orientem inter atque Occidentem primum est colligere. Ecclesiae vinculo unitatis devinciebantur. Quaedam procul dubio differentiae deprehenduntur in liturgia praeceps apud varios populos, sed ex eis non tollitur, non periclitatur unitas orbis christiani. Omnes liturgiae quae in Oriente atque in Occidente usu venerunt, si primo intuitu extrinsecam diversitatem exhibent, eadem tamen continent elementa essentialia, praecipue in sacrificio eucharistico. De variis orientalibus liturgiis disserit fuse auctor, ac de artis byzantinae ortu et progressu, quae postquam tot praeclara monumenta in Oriente condidit, Europam permeavit, atque in Italia supremum perfectionis attigit fastigium.

Capitula IV et V (p. 135—171; 172—200) historiam peracti schismatis sub Photio et Cerulario perstringunt. Auctor tenet iure meritoque schisma epitheton Photiani mereri. Id ipsum enim praecipue criminis vertitur Photio, non secus ac pseudo-reformatio suum nomen a Lutherio mutuatur. Photius enim maximus fuit osor privilegiorum sedis romanae. Accusationes, quas ipse in romanam iacit Ecclesiam, dijudicat auctor, imprimis τῷ Filioque, ostenditque, post mortem Photii, renovatum fuisse foedus pacemque inter Ecclesias orientalem atque occidentalem, donec Cerularius, vestigiis Photii insistens, lugendam scissionem absolvit. Quae in hisce capitibus de concertationibus polemicis Graecos inter ac Latinos traduntur, perbellè atque accurate

concinnata sunt. Auctorem latuerunt studio et consideratione digna, quae Ivaneov-Platonov et Lebedev, circa Photium ediderunt volumina. Lebedev praecipue, cum sine partium studio conatus sit eventus enarrare, qui sub Photio schisma provocarunt, ad finem auctoris nostri plurimum conferre potuisse. Idem dicendum de scriptis Skabalanovič et Suvorov, in quibus res a Cerulario gestae exponuntur, eiusque character moralis adumbratur.

In capitulis VI et VII exhibetur historia tentaminum restituentiae unitatis Ecclesiae praesertim in conciliis barensi, lugdunensi et florentino, p. 201—220; 221—228. Prius capitulum fusiore tractatione mea quidem sententia indiguisset. Haud parum adiumenti auctori nostro attulisset opus Alexandri Katanskij, *История попытокъ къ соединенію церквей греко-восточной и римско-католической за первые 4 вѣка* (*Historia tentaminum iterum stabiendi coniunctionis Ecclesiarum graecae orientalis et romano-catholicae 4 prioribus saeculis*), Petropoli, 1868. Ad concilium florentinum quod attinet, examini subiectae erant accusations, quibus latinos insectantur scriptores graeci Raniere et Demetracopulos. Generatim enim scriptores orthodoxi hocce concilium invalidum declarant, quia violentia moralis in Graecos adhibita est. Maxima etiam brevitate expeditiones crucesignatorum refert auctor. Neminem latet ex eis vehementiore adhuc in Latinos odio Graecos exarsisse, ac religiosis simultatibus vel politicam adiectam fuisse.

In capitibus VIII. et IX. breviter enucleatur historia Ecclesiae graecae sub tyrannide Turcarum, p. 229—244; 245—272. Prius describitur methodus, quam secuti sunt Turcarum reges ut christianos disiecti imperii byzantini sub suo dominatu tenerent. In altero de theologis graecis pertractatur, qui saeculis XVI—XVIII floruerent. Hocce maiore accurate indiguisset, sive in delectu theologorum (citantur verbi gratia Alexander Helladius, et Athanasios Comnenos Hypsilantis, qui nullius auctoritatis sunt in provincia theologica, quamvis in rebus historicis famam sibi comparaverint), sive in notitiarum praecisione, ut in eis quae tradit de Petro Mogila atque Eugenio Bulgari Maioris momenti sunt quae in eodem capite de relationibus orthodoxarum Ecclesiarum cum lutheranis atque anglicanis enarrantur, praesertim de postremis. Rite censem auctor confessionem fidei Cyrilli Lucareos potius calvinianam dicendam quam orthodoxam. Cum tamen tot habitae sint concertationes quoad huiusc confessionis authenticitatem, eaeque ad nostram usque producantur aetatem, fusiore calamo de hac authenticitate disserendum fuisse. Quaedam minus accurata tradit auctor de confessione Dosithei, praesertim quod maxima potiatur auctoritate in Ecclesia orthodoxa, cum notum sit eam russicam Ecclesiam, nonnisi latinis erroribus purgatam accepisse. Cf opellam nostram: *Dositeo, Patriarca greco di Gerusalemme*, Florentiae, 1909, pp. 22—24.

In capitulis X. et XI. exponitur regimen hodiernum Ecclesiae orthodoxae in quattuor patriarchatibus Orientis, in insula Cypri, in Russia, in Georgia, in Karlovei, in regno Graeco, in monte Sinai, apud Serbos, Bulgaros et Rumenos, nec non organizatio patriarchatus constantinopolitani, hierarchiae et monachismi. p. 273—337; 338—360. Ex miserrimis conditionibus, quibus premitur const. Patriarcha, praesertim in certamine cum Bulgaris, optime demonstrat auctor quomodo principia byzantinorum theologorum ad romanum primatum evertendum maximam perniciem byzantinae Ecclesiae attulerint. In historia georgiana et slavicarum ecclesiarum enucleanda ex optimis fontibus scriptor noster non hausit, praecipue in statisticis concinnandis. In eis quae minus accurate dicta sunt detegendis non immoramus. Opus enim numeris omnibus absolutum conscribere noluit auctor, sed catholicis anglis librum parare, qui vitam Ecclesiarum orientalium exprimeret.

Caput XII. exponit fidem orthodoxam, discrepantias nempe dogmatis quae Orientem ab Occidente seiungunt, p. 361—395. Loquitur primum auctor de libris symbolicis Ecclesiarum orientalium, asseritque fidem orthodoxam praesertim contineri in symbolis apostolico et nicaeno, p. 362. Hac in re adnotamus symbolum apostolicum, prout habetur in Romana Ecclesia, the ologos orthodoxos non agnoscere. Inter libros symbolicos fortasse inserendae erant responsiones ad Protestantes Hieremiae II., ut Mesoloras facit. Haud satis etiam constat Petrum Mogilam auctorem fuisse Confessionis Orthodoxae, quae eius nomine venit, eamque latino idiomate conscripsisse. Perspicue argumenta catholica expromit auctor, quibus romanus primatus, τὸ Filioque, transsubstantiatio, epiclesis, purgatorium, immaculata Conceptio Beatae Mariae Virginis in theologia catholica probantur. Quae-dam desiderantur in historia controversiae τοῦ Filioque: ex theologis enim russis, qui cum vetero-catholicis commercium habent, varia rationes quasdam colligere potuisset auctor noster in sensu determinando τοῦ Filioque, ex quibus veritas dogmatis latini fulcitur. Cf. Livanskij, Прот. Янышевъ и новый доктринальный кризисъ въ русской церкви (Archipr. Janyšev, et nova κρίσις doctrinalis in Ecclesia russica), Friburgi, 1888. Pulcherrimis verbis characterem theologiae graecae prodit pp. 392—393, ac morbum innuit quo laborat graeca Ecclesia: The radical affliction from which the orthodox Church suffers is arrested development.

In XIII. capite, p. 395—428 instituitur sermo de calendario, quo utuntur orthodoxi, de festis graecorum, de liturgia, de sacramentis quoad caerimonias liturgicas, de vestibus sacris, de musica sacra. In controversia de calendario saltem mentio inicienda fuissest cl. P. Tondini, qui tot vires mentis et cordis profudit in calendarii gregoriani adoptione orthodoxis praedicanda.

Capitulum XIV. considerationes auctoris exhibet circa unionem Ecclesiarum. Ostenditur principium dissolutionis invectum esse in Ecclesias orthodoxas, quae magis magisque disrumpuntur, suo capite viduatae. Ubinam fas est reperire centrum Ecclesiarum orthodoxarum? Si testimonium audiatur historiae nemini est dubium romanam sedem hoc centrum fuisse: Romanos Pontifices sententias, in controversiis fidei, quae omnem dubitationem excluderent, dedisse. Ad eos igitur redeundum. Praeindicatis valedicendum opinionibus ut ramus trunco viridi coniungatur. Perdifficilis quidem est unio, sed ea absolute est necessaria pro conservatione Ecclesiarum orthodoxarum. Breviter enucleatis litteris Leonis XIII et Anthimi VII., auctor vehementer expromit desiderium restitutae Ecclesiarum unitatis, p. 429—439.

Ex hucusque delibatis momentum utilitasque huiusc operis satis clarent. Finem, quem sibi proposuit, cl. auctor plane assequutus est. In volumine, quod gaudio affecti per volutavimus, ea omnia invenimus elementa, quibus accuratam notitiam vitae religiosae, litterariae, ecclesiasticae, administrativa Ecclesiarum orthodoxarum comparare nobis possumus. Laudandus praecipue auctor quod, a rabida, ut ita dicam, polemica, sese abstinet, quod christianos orthodoxos ut fratres considerat, ac praedulcem hancce vocem cum nebulonibus quibusdam, ut portentum haereticum, obliterandam non autumat. Si corde sincero adlaborare velimus ad parandam animorum concordiam, ad omnes unitatis vinculo devincendas separatas Ecclesias ab unitatis centro, necesse est ut 1 clare exponamus conditiones et vitam Ecclesiarum orthodoxarum: 2 ut legibus caritatis nostris in disceptationibus semper obtemperemus. Dupli hoc munere cl. Fortescue apprime defunctus est suo in opere, quod nostris lectoribus vehementer commendamus, eique nova citius adiectum iri pro felici exitu causae, quam tuemur, speramus.

A. Palmieri

*Virg. Pop, Chestia unirii bisericilor.* (»Quaestio unionis ecclesiarum«). Timisoara. 1908.

P. verbis allocutionis Suae Sanctitatis Papae Pii X., die 12. februarii 1908 habitae ad orientales, impulsus vocat dissidentes (praesertim Rumenos) ad efficiendam unionem ecclesiarum, quam non tantum catholici sed etiam scriptores eximii ecclesiae dissidentis, praesertim Russi, ferventissime optant; argumenta deinde profert, quibus probare conatur, nullum impedimentum dogmaticum iacere in via ad unionem ecclesiarum. Primum et purgatorium autem leviter tantum tangit probans ex ipsis quoque scriptoribus ecclesiae separatae, primum papae et purgatorium non esse differentiam inter ecclesiam occidentalem et orientalem. Fusius autem inquirit de Filioque et ostendit neque hunc locum posse existimari impedimentum unionis. Tandem postquam probavit nullum momentum dogmaticum posse afferri ut causam ortus schismatis, sed pravitatem tantum humanam, ostendit breviter utilitates varias, quae ex unione cum Roma manare possunt. Libellus finitur novem interrogationibus, quas Solov'ev proposuit archipresbytero Platonov, de »Filioque« et de quaestione unionis.

**Academia ortodoxa** (1884—1909). (Almanach Iubilar) Cernauti 1909.

Ex occasione 25. anniversarii societatis Academicæ in theologia facultate Universitatis Černovicensis editus est hic liber. —

In praefatione describuntur varia conamina ad fundationem huiusmodi sodalitatis directa, finis et administratio interna eius. — Prius fundata est societas: »Arboreasa« (Arbor). Posterius orta est: »Speranta« (Spes), sed statuta eius non erant approbata. Sub metropolita Silvestru Moraviu 18. Nov. 1883 exiit decretum ad componenda statuta nova. Quibus a potestate civili 20. Nov. 1884 approbatis constituta est: »Academia Ortodoxa« societas iuventutis in facultate theologica. — Finis societatis est promovere studia litteraria, rhetorica et musicam ecclesiasticam, seu ut in libro legimus: »Perfectionarea reciprocă a membrilor ei pe terenul literar, retoric si musical bisericesc« (Perfectio membrorum reciproca in genere litterario, rhetorico et musico-ecclesiastico). Societas varia publicavit. Ita ex. gr. de anno in annum: »Calendarul român pentru arhidieceza Bucovinei«. Inter socios huius publicationis nomina legimus ut: M. Eminescu, G. Coșbuc, Păcătianu, C. Moraviu etc. 1893 editum est opus: »Istoricul bisericii ort. diu Bucovina 1775—1893«.

Inter sua membra numerat iuvenes non solum e Bucovina, sed etiam ex Hungaria, Romania. —

Quod attinet contentum libri: exhibet praeter partes belletristicas (narrationes, poëmata, litteratura Rumenica praesentis temporis etc.) aliqua studia theologica. Quod ad nos pertinet, est:

Dr. Orest de Tarangul, Doctrina s. Ireneu despre biserica, continuta in scrierea sa »Adversus haereses« (Doctrina s. Irenaei de ecclesia secundum scriptum eius: Adv. h.).

Non potest omitti una observatio sc. non esse hominis litterati, iurisdictionem Romanae Ecclesiae, quam illi s. I. attribuit solum politicae urbis Romae gravitati adscribere. —

Ungvár.

Dr. Julius Hadzsega.  
profess. theologiae.

*Ludovicus Wouters. C. SS. R., De minusprobabilismo.* Editio altera, Amsterdam, apud C. L. Van Langenhuyzen. 1908. Pretium 2·40 cor.

Disputationes de systemate morali saeculo XVII. tam aeri calamo institutas victoria tandem probabilismi sedavit, atque adeo, ut diu iam maxima pars theologorum se probabilismi fautores profiterentur. Nec mirum; probabilismus enim unicum systema est, quod ex omnibus, quorum electio ab ecclesia permittitur, logice sibi constat. Hoc sistema solidum ac certum novo exacuato calamo aggreditur Wouters,

idque vel nomine ipso recepto exscoliare intendit. Quae nominis inutatio — ab aliis iam inchoata — imprimis infelix, ne dicam iniuriosa, merito reprehenditur, cum ea probabilismi sistema non solum laxismi nota odibile reddat, sed etiam principium fundamentale systematis detorqueat. Sane cum errore notat auctor in praefatione libri, denominationem „minusprobabilismi“ praeferendam esse, »quippe quae accurate exprimat tessera m systematis adversariorum eiusque signum characteristicum, quo ab aliis systematibus distinguitur«. Attamen tessera probabilismi nequaquam est, ut minus probabilem sententiam quasi ex consulto eligat atque captet, vel hanc prae ceteris commendet, — quod nomen minusprobabilismi primo menti ingerit, — sed principium fundamentale statuit: quamlibet vere et certo probabilem sententiam licite sequi posse. Quamlibet, inquam, unde corollarii instar fluit, etiam eam, quae minore probabilitate gaudet, modo vere et certo probabilis sit. Recte igitur denominatur nomine probabilismi, quod et genuinum principium huius systematis ingerit, et sistema ipsum ab aliis, quae aut solam probabiliorem sententiam, aut nonnisi in casu aequalis probabilitatis liberam sententiarum electionem permittunt, primo intuitu discernit. Si quando auctores licetatem sententiae minus probabilis agitant, id nounisi contra adversarios inculcant.

Quod ipsa argumenta attinet, operaे pretium non est, ut in eis fuse refellendis immoremur, cum Lehmkuhl aliquie iam in primæ editionis examine directe, in variis solidis operibus, exponendo defendendoque principia probabilismi, indirecte refutaverint. Id unum notare iuvabit, auctorem praeprimis eo laborare, quod legem nondum cognitam iam obligationem inducere posse putet. Lex quidem obiectiva obligat in actu primo (ad obligandum aptitudo), lex, cuius existentia in suspicionem venit, obligat ad sui notitiam quaerendam, quae tamen si obtineri nequit, obligatio propria in actu secundo non oritur. Hoc axioma ex philosophia morali desumptum evertit omne argumentum auctoris ex ratione petitum. Quidnam rationes auctoritatis ex definitionibus aut decretis ecclesiae allatae valeant, cuique patebit, qui libelum egregium P. Lehmkuhl: »Probabilismus vindicatus« revolverit.

Quae dixisse sufficiat.

Sigismundus Bernhard.

Dr. Vasile Suciu, **Teologia dogmatică specială** vol. I. II. Blaj 1908  
pretul 7 cor. 30 h.

Sub hoc titulo opus ad studia nostra magnopere pertinens editum est a professore th. dogmaticae in Seminario graeco-catholico rumenico Balázsfalvensi (Blaj hungarice Balázsfalva).

S. valde habili modo tractat controversias inter catholicos et Graeco-orientales. Dogma »Filioque« primo in sua evolutione historica evolvit. — E scriptis patrum ecclesiae Graecæ profert argumenta. Nec omittit obiecções. — Sic comprobat s. Ioanne in Damascenum non negasse processionem etiam a Filio sed solum hoc: Filiū esse προναταρχικήν αἰτίαν Spiritus Sancti.

Maxime notanda est paragraphus de forma S. Eucharistiae in qua S. fuse tractat epiclesim. — Ostendit primum Nicolaum Cabasilam archiepiscopum Thessalonicensem saeculo III. negasse formam Sacramenti Eucharistiae verba Domini esse. — Sed etiam ille necessaria esse putavit verba Domini ad consecrationem, nec asseruit nisi consecrationem de facto verba ea non subsequi. — Habili modo S. respondet ad diversas obiecções. Inter alia docet post epiclesim in missa Orientalium »panem sanctum« commemorari. Ex hoc igitur, si vera esset opinio Orientalium, necessario sequeretur nec post epiclesim peractam esse consecrationem. Cum dogma Immaculatae Conceptionis B. V. tractat, Mariae theologorum académiae Kiovensis consensum ostendit. Dogma Purgatorii tractans negat Graeco-Orientales

logice procedere, cum et negent purgatorium, et doceant peccata levia etiam post mortem posse remitti.

Sententiae professoris Nicolai Glubokovskij (Strannik nr. 1. 1904) schisma ex humana discordia ortum esse et ex humano praecognitum sustineri subscrabit. Opus non solum ad usu nō scholarem sed et ad privatum revera magni momenti est. —

Ungvár.

Dr. Julius Hadzsegia,  
profess. theologiae.

*Cyrille Charon* (C. P. Karalevsky), **Le quinzième centenaire de Saint Jean Chrysostome et ses conséquences pour l'action catholique dans l'Orient gréco-slave.** XVI + 413, 5 fres.

Agitur de ritibus Romano et Byzantino, de sollemnitate Romana in honorem s. Ioannis Chrysostomi a. 1908 celebrata, de mutata doctrina in ecclesia orientali, de missionibus orthodoxis, de commercio inter orthodoxos et anglicanos, de catholico labore in Oriente.

*L. K. Goetz, Staat und Kirche in Altrussland.* Kiewer Periode 988—1240. Berlin 1908. VIII + 214.

**Revue Internationale de Théologie.** 1908. No. 59.

Pr. Dr. Michaud, *La Succession apostolique.* P. 421—444.

M. demonstrare nititur, potestatem ordinis non esse causam ministerialem, non vere potestatem, sed tantum condicione quendam ad legalitatem actus, quam ecclesia orans exercet. Quae condicio licet sit indispensabilis, non est influxus in gratiam conferendam. Sic fuisse ab initio et hierarchiam solum ex negligentia fidelium super ecclesiam elevatam esse. Quo factum est, ut apostolicitas ecclesiae evanesceret, apostolicitas ordinis dominaretur. Condiciones, quibus successio apostolica constat, enumerantur: 1. Ut candidatus regulariter electus sit, de ecclesia regulariter instituta. 2. Ut consecratus sit in ecclesia, quae ipsum elegit, vel in ecclesia episcopi consecrantis, sed in hoc casu cum consensu ecclesiae eligentis. 3. Ut consecratio per impositionem manuum episcopi et preces fidelium fiat. Hinc praeter alia convicia, quae in Rom. Pontif. coniciuntur, ipsum non esse legitime successorem Apostolorum deducitur. Pauca auctor ad probandas hypotheses suas adfert. Quae ex Act. Apost. afferuntur, non probant quidquam. Nam in Act. Apost. inter electionem praeviā eiusque necessitatē vel valorem et inter missionem, impositionem manuum, collationem potestatis et plura alia insuper distinguas oportet. Solus textus ad minimum saltem dubius est, si sensum auctoris supponis, vel potius contra ipsum auctorem sonat (Cf. Bruders, *Verfassung der Kirche*, e. g. III. Absch. 2. Kap. p. 116—119).

Pfarrer Schirmer, *Io. Hus. Ein Gedenkblatt.* S. 481—493.

Explicatur compendiose 1. Was lehrte Joh. Hus? (Iuxta cathechismum Pragensis bibliothecae a. 1469). Certo falsae sunt definitiones ecclesiae, quam solos electos continere asseritur. Valde suspecta est doctrina de praedestinatione (absoluta?), de efficacia s. poenitentiae scil. absolutionem divinam praecedere et humanam (sacerdotalem) sequi. Papam habuit et vocavit magnum antichristum (2 sermones 1413 vel 1414 habiti, Magdeburgi 1554 editi), mendacem, qui semper veritati resistit . . . 2. »Wie lebte Joh. Hus?« 3. »Wie dachte Mit- und Nachwelt über Joh. Hus? — Ipse auctor tandem utique laudando propterea Hus, assentitur iudicio, quod Hefele enuntiavit: »(daß Joh. Hus) in einer Reihe von dogmatischen und kirchlichen Punkten den Altgläubigsten beigezählt werden kann (Konziliengesch. VII, 1. p. 217).

*S. Boulgakoff. L' Eglise et la culture.* P. 494—498. (Summa artium, a N. E. Djačenko translati).

Simile est genus humanum iuveni prodigo, qui reverti ad domum paternam cogitat. Sed quomodo? Quid sit moderno homini, quid ecclesiae agendum, ut inter se conveniant, quod summopere exoptandum est, auctor inquirit et proponit. Duplex nempe elementum alterum divinum, humanum alterum, in propagando et augendo regno caelesti attendendum est. A tempore humanismi praesertim homines neglecto elemento divino, alterum solum elementum excolebant. Interea ecclesia filio maiori similis, nonnihil animi superbi ac malevoli prae se ferebat. Modo ecclesia, neglecta libera evolutione, et carens cultura quam vocant, homines quos in gremium suum suscipere ipsi incumbit, a se repellit. Sicut medio aevo conservativa, imo retrogressiva et culturae inimica est. Hinc iniuriae et querelae ultraque ex parte cessare debent. Quamdiu magna pars culturae »laicae« extra ecclesiam versatur, ultima spirituum lucta nondum advenit. Utinam se humanum genus ad ultimum gradum conscientiae historicae et religiosae elevet! — Quae auctor doctus de ecclesia sua reprehendit, licet forte vera sint de oriente, in ecclesiam vero Romanam non cadunt. Nonne eccl. Rom. doctissimos in omni scientia profana et sacra viros summa ingenia omnis artis, musices, sculpturae, picturae etc. suos vocat filios? Nonne eccl. Rom. inde a Russica eccl. vituperari solet, quod nimis novitates foveat, nimis liberum progressum promoveat?

Casus communicationis in sacris Romam inter et orientales separatos proponitur (p. 521—523).

»Decretum s. Officii de 20. Iulii 1898 hominem orthodoxum absolvere permittit,« ita Lesêtre in folio dicto »Revue du clergé français« die 15. April. 1907 scribit, »qui schisma solum materialiter profitetur, estque in bona fide, sub condicione, quod absolutio sine scandallo dari possit. Scandalum vero esset, si testes male informati sine ulla formalitate hominem ut acatholicum notum a sacerdote catholico absolvi viderent... In omni casu, ubi scandalum timendum esset, sacerdos facile illud removere potest, infirmo tribuendo absolutionem sine ullo signo exteriore.« Lesêtre insuper concedit, absolutionem quidem concedi posse sed non extremam unctionem, quia prior necessaria est ad salutem, posterior vero est favor spiritualis, quem ecclesia liberis suis reservat, qui sunt cum capite uniti. Referentem (E. M.) in his ultimis verbis solutionem difficultatis suaे, quam (p. 523 in fine) movet, non vidisse, sane miramur. Neque immediate antecedens difficultas subsistit. Nam minister orthodoxus catholicum in extrema necessitate legitime absolvit, quia sacramentum ordinis validum est apud ihsos et iurisdictionem, quae deesset, ecclesia eo ipso supplet, quod absolutionem admittit. Quae auctor non videns, theologos Romanos gratis irridet.

Aus der Literatur der orthodoxen serbischen Nationalkirche (N. V.) p. 524—526.

Complura opera Nicanori Ružići, episcopi Nišensis adumbrantur:  
 1. Ecclesiastica historia Serbica (2 vol.): a) Quomodo eccl. Serb. fundata et explicata sit usque ad XIII. scil. b) de ulteriore progressu usque ad erectionem archiepiscopatus (1219—1346). c) de patriarchis Serbicis (1346—1766), d) quomodo patriarcha proprio sublato eccl. Serb. Constantinop. patriarchatui adiecta, dein partim restituta sit. — 2. Quomodo eccl. Serb. ad Const. patriarchatum se habeat. — 3. De Stephano Nemanja — duce. — 4. De s. aedibus eccl. Russicae orthodoxae, quae Weimari et Wiesbaden exstant. — 5. Manuscriptum monasterii Lepavicensis, documentum medii aevi, ab auctore editur et cum aliis monumentis comparatur. — 6. Epistulae pastorales, 2 vol. — 7. Theoria iuris eccl. orientalis. — 8. De impedimentis consanguinitatis et affinitatis in matrimonii incundis. 2 opuscula alia de eadem re ab episcopo prius iam edita sunt.

## MISCELLANEA.

### **Relatio de conventu Zagrabiensi.** (Absolvitur).

V. *Dissertationes die 31. Aug. post meridiem.*

Post meridiem tres referentes sermonem habuerunt.

P. Hieronymus Jarakoff, Bulgarus ex ordine Cap., professor in Seminario Plovdivensi, de actione missionum catholicearum in Bulgaria referebat. Populus Bulgariae Slavicus est, licet ab aliis Slavis parum cognitus. Populus hic christianus est, talisque saeculorum cursu mansit non obstante duro patriarcharum Constantinopolitanorum iugo, ast — quod maxime dolendum — dira calamitate ab unitate ecclesiastica sciunetus est. Etsi separati, tamen non sunt Bulgari dura cervice, veritatem agnitam libenter apprehendunt maiorique auctoritati libenter se subdunt. Hinc ab ecclesia catholica non abhorrent. Per quattuor iam saecula missionarii catholici in Bulgaria versantur unionemque propagant, non absque effectu. Primus in Bulgaria missus venit episcopus Petrus Solinensis ex Bosnia a Clemente VIII. a. 1610 illuc missus. Missionarii nunc adiumentis materialibus ad opera sua exercenda indigent; nec ephemeridem catholicam habent. Referens in fine exoptat maius reliquorum Slavorum cum Bulgaris commercium. »Viribus unitis« magnae res efficiuntur.

Postea Dr. Dionysius Njaradi, rector Seminarii Graeco-catholici Zagrabiae, referebat »De idea unionis in vulgus propaganda«. Historia tentaminum unionis restituendae, prouti Constantinopoli, Lugduni, Florentiae facta sunt, nobis monstrat unionis restitutio- nem minime esse opus paucorum annorum, sed necessariam esse actionem permanentem. Agere debent catholici utriusque ritus, praenuntibus theologiis. Professores theologiae in tradendis disciplinis suis schisma et unionem semper pree oculis habeant Animarum vero pastores e scholis egressi ideam unionis in vulgus propagent. In specie unionis curam apud nos habeat dioecesis Crisiensis, quae in medio catholicorum et schismaticorum posita a Providentia divina quasi destinata ad fratres aberrantes reconciliandos videtur. In modo autem agendi probitas magnaqua caritas christiana non satis commendari potest.

In fine ferventis huius sermonis Dr. Njaradi res quasdam sed non in forma resolutionis proposuit, prouti sequuntur:

1. Conventus curam habeat, ut in Seminariis et scholis Slovenicis et Croaticis specialis ad quaestionem orientalem et litteraturam orientalem respectus habeatur.

2. Ad promovendum studium quaestionis orientalis quidam mediis pecuniariis adiuventur.

3. Progressum huiuscemodi actionis folia et ephemerides notum faciant.

4. Ordinariatus inspiciant, ne ritus orientalis violetur; eurent, ut clerus utriusque ritus in concordia et caritate vivat et quaestione factorum in hoc statu manente, invicem se respiciat.

5. S. Sedes certior reddatur, ut, quo unio propagetur, totum orbem catholicum ad condendam basilicam Romae sub protectoratu s. Sedis et sub cura PP. ordinis s. Basilii stantem invocet.

6. Agatur, ut in scholis nostris theologicis cathedra pro ritu orientali fundetur.

7. Conventus noster submisso petat patres »perpetuae adorationis, ut orationes adorationesque suas ad hanc quoque intentionem offerant.

8. Similiter sorores misericordiae pro eadem re rogandae sunt.

Ultimo loco referebat Dr. I. Pazman »De Apostolatu s. Cy- rilli et Methodii«, qua de re sequentes »resolutiones« factae sunt:

1. Agendum est, ut in omnibus dioecesibus Croaticis cum permissione Ordinariatum Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii introducatur, sic tamen, ut cum Apostolatu Velehradensi unitus remaneat.

2. Numerus sodalium, ratio pecuniae acceptae et datae quovis anno sive in peculiari libello sive in aliquo folio notificetur.

3. Statuta Apostolatus pro Croatis adaptentur, similiter libelli pro accipiendo membris novis in lingua Croatica praeparentur.

In disceptatione exorta utilia quaedam protulit Dr. Kovačić. In dioecesin Lavantinam Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii iam ab episcopo Slomšek introductus est, nunc tantummodo renovandus manet. Apostolatus apud omnes Slavos introducendus est, ast sic, ut sit quasi quaedam confraternitas ecclesiastica ab omni influxu potestatis civilis libera. Membra confraternitatis quotidie unum Pater et Ave cum additamento in honorem ss. Cyrilli et Methodii orent, quotannis vero solvant 24 h. Confraternitati adnexae sint indulgentiae. Pecunia colligi poterit dominica post festum ss. Cyrilli et Methodii. Hoc modo agendum est et quidem cum perseverantia agendum; tunc Deus benedictionem suam non denegabit. Labor noster fructus bonos habebit.

Sessionem finivit Dr. Kovačić optando, ut dissertationes et propositiones in conventu factae ad instar seminis sint in terram Dominicam sparsi, ex quo fructus centuplus prodeat.

In fine conventū electum est collegium ad exsequenda decreta, in quo hi RR. DD. inveniuntur: Ferdinandus Brixi S. I., Dr. Camillus Dočkal, Dr. Franciscus Grivec, Dr. Iosephus Gruden, Dr. Lucas Jelić, Aemilianus Kocakov, Dr. Franciscus Kovačić, Dr. Emericus Marchetti, Vicko Medini, Dr. Dionysius Njaradi, Dr. Iosephus Pazman, Dr. Quido Rant, Dr. Svetozar Rittig, Dr. Daniel Šajatović, Dr. Iosephus Ujčić, Dr. Aleš Ušeničnik, Dr. A. Vincetić.

Ne relatio de conventu manca sit, hoc adhuc addendum, tempore conventus sat amplam collectionem librorum et foliorum, quibus quaestio orientalis attingitur, omnium oculis expositam esse.

Dr. K. Dočkal.

### Libellus

## II. Conventus Velehradensis

a 31. Iul. — 3. Aug. h. a. habendi.

31./VII. vesp. h. 4: Salutatio. Brevis memoria sacrae vetustatis Velehradii (exponet Dr. Neveřil).

1./VIII. ante merid. h. 7<sup>30</sup>: Sacrum sollemne; h. 9: Creatio Praesidis. Creati alloquium; h. 9<sup>30</sup>: Lectio protoier. p. Alexii Mał'cev (Мальцевъ), Berlin: *De vestigiis epicleseos, quae existant in oratione Missae Romanae >Iube haec perferriri.* h. 10: Proposita ante ad deliberandum leguntur. Partes conventus deliberaturi constituuntur; h. 10<sup>30</sup>: Pars Orientalis et pars Occidentalis quaestiones proponunt et tractant.

post merid. h. 3: Lectio P. Aurelii Palmieri O. S. A., Kraków: *De pristinae academie ecclesiasticae Kiovensis doctrina, B. Mariam V. praemunitam fuisse a peccato originali;* h. 3<sup>30</sup>: Lectio P. Mart. Jugie O. S. A. ab Assumpt., Constantinople: *De Immaculata Deiparae conceptione apud Byzantinos scriptores post schisma consummatum defensa;* h. 4: Pars rerum cognoscendarum studiosa quaestiones proponit et tractat.

2. VIII. ante merid. h. 9: Lectio Dris Antonii Straub, theol. prof. emer., Kalksburg: *Quaedam de principio essentiali unitatis ecclesiae Christi* h. 9<sup>30</sup>: Lectio prof. abbé A. Gratiex, Châlons sur Marne: *De elemento morali in theologia A. S. Ilomjakov*; h. 10: Lectio Jos. Bocian, sacerdotis Rutheni, Lvov: *Quomodo liturgica studia ad ecclesiaram discidium tollendum pertineant* h. 10<sup>30</sup>: Lectio Fr. Snopk, archivarii aëp., Kroměříž: *De discipulorum s. Methodii ad Romam relatione*; h. 11: Lectio Al. Bukowski, prof. theol., Weidenau: *De epilimiis*:

post merid. h. 2<sup>30</sup>: Pars rerum agendarum studiosa quaestiones proponit et tractat; h. 4<sup>30</sup>: Lectio Dris. Svetozar Ritig, prof. theol., Djakovo: *De Vlad. Soloev relationibus ad Croatas*; h. 5: Lectio Dris M. Zdziechowski, prof. univ. Jag., Kraków: *Litterata Russia quid Occidentis gentibus in rebus fidei exhibere possit*; h. 5<sup>30</sup>: Lectio Dris Al. Jacimirskij, prof. univ. Petropolitanae, S. Peterburg; h. 6: Quibus de rebus a singulis partibus deliberatum sit, refertur et de propositis deliberatio habetur.

3. VIII. ante merid. h. 10: Lectio Dris Mat. Končar, prof. theol., Sarajevo: *De impedimentis unionis ecclesiarum Orientalis et Occidentalis deque modis eam naturandi* h. 10<sup>30</sup>: Pars Orientalis et Occidentalis proposita sua in formam redigunt et eos, qui proposita exsequantur, comindant; h. 11<sup>30</sup>: Reliquae duae partes idem perficiunt;

post merid. h. 3: Lectio P Sévérian Salaville, Aug. ab Assumpt., Constantinople: *De s. Theodori Studitae doctrina de B. Petri Romanique Pontificis primatu* h. 3<sup>30</sup>: Proposita et delecti approbantur et actio conventus finitur.

Eodem tempore Velehradii habetur brevis institutionis cursus præparans ad studia hic pertinentia. Exponent P. T. DD.: A. Palmieri, quaestiones dogmaticas, prof. Dr. F. X. Grivec historicas, Ios. Bocian liturgicas, Ad. Jašek biblicas; dubia solventur et ad interrogata respondebitur. Instituetur 2/VIII. a 2<sup>30</sup>—4; 3/VIII. a 11 12; 2<sup>30</sup>—3<sup>30</sup>.

Ut quam plurimi convenient qui lectionibus et deliberationibus intersint, desideratur.

#### Conventum præparantes:

A. Palmieri O. S. A. Dr. A. C. Stojan. Andreas, metropolitanus Galiciae.

### Второй богословской съездъ въ Велеградѣ для изысканія средствъ къ обнаженію Восточной церкви съ Западной.

Засѣданія конгресса будуть проиходить въ слѣдующемъ  
порядкѣ:

31. Іюля: 4 часа попол. Открытие засѣданій конгресса.  
Ветушительная речь посвященная памяти велеградскихъ  
святыхъ (Докт. Невѣрилъ).

1. Августа: 7 ч. 30 м.: утр.: Торжественное богослужение: 9 г.: Выборъ президента. Лекція о. протоіерея Алексія Мальцева (Берлінъ) „О слѣдахъ призываанія св. Духа (*επίχλησις*) въ молитвѣ римской літургіи: „Iube haes reg ferri“; 10 ч.: чтеніе вопросовъ предложеній на разрешеніе конгресса. Выборъ членовъ комиссіи для постановленія решений конгресса. 10 г. 30 м.: Отдѣленія Восточное и Западное предлагаютъ вопросы и обсуждаютъ ихъ.
- 3 ч. попол. Лекція о. Аверелія Пальмери О. С. А. (Краковъ): „Первоначальное учение Киевской духовной академіи о непричастности первородному грѣху пресвятой дѣви Марії“; 3 г. 30 м.: Лекція о. Март. Жужи О. С. А. Успенія Пресв. Бог. (Константинополь) „О непорочномъ зачатіи пресв. Богородицы по твореніямъ византійскихъ писателей въ періодъ времени послѣ церковнаго раскола.“ 4 ч.: Теоретическое отдѣленіе предлагаетъ и обсуждаетъ вопросы.
2. Августа: 9 ч. утр.: Лекція проф. богосл. Докт. Антонія Штрауба (Калкебургъ) „О существенномъ принципѣ единства церкви Христовой“; 9. ч. 30 м. Лекція проф. о. А. Гратѣё (Шалонъ на Марнѣ): »О правственномъ элементѣ въ богословіи А. С. Хомякова“; 10 ч.: Лекція русинскаго свящ. о. Іосифа Боячина (Вѣна): „Какимъ образомъ изученіе літургики можетъ содѣйствовать устраниеню препятствій къ сближенію церквей.“ 10 ч. 30 м. Лекція Пр. Синопекъ архивиста ольмюцкой архіепископіи „Объ отношеніи къ Риму учениковъ св. Меѳодія.“ 11. г.: Лекція Ал. Буковскаго, проф. бог. (Вейденau): „Объ епітиміяхъ.“
- 2 ч. 30 м. попол.: Практическое отдѣленіе предлагаетъ и обсуждаетъ вопросы. 4 ч. 30 м.: Лекція проф. богосл. Дкт. Свѣтозара Ритига (Дьяково): „Объ отношеніяхъ Владимира Соловьевса къ Кроатамъ.“ 5 ч.: Лекція проф. ягеллонскаго университета Дкт. М. Здзѣховскаго (Краковъ): „Что можетъ дать Западу русская литература въ области вопросовъ вѣры.“ 5 ч. 30 м.: Лекція проф. Петербургскаго универс. Дкт. Ал. Яцимирскаго (С. Петербургъ). 6 ч.: Обсужденіе решений постановленій отдѣленіями.
3. Августа. 10 ч. утр.: Лекція проф. бог. Дкт. Кончара: „О препятствіяхъ къ соединенію Церквей Востока и Запада и о средствахъ къ ея ускоренію.“ 10 ч. 30 м.: Отдѣленія Восточное и Западное точно опредѣляютъ рѣшенія и назначаютъ членовъ исполнительной комиссіи. 10 ч. 30 м.: Остальные отдѣленія дѣлають тоже самое.
- 3 ч. попол.: Лекція Северина Салавиль О. С. А. Успенія Пресв. Бог. (Константинополь) „Ученіе св. Феодора

Студита о главенствѣ св. ап. Петра и Римскаго Первосвященника.<sup>4</sup> З ч. 30 м.: Утверждение принятыхъ рѣшеній и конецъ съѣзда.

Одновременно съ конгрессомъ въ Велеградѣ будеть имѣть мѣсто краткій курсъ чтений по вопросамъ вѣроисповѣднаго характера. О. Нальмьери — богословіе; Ікт. Ф. Кс. Гривенцъ — исторія; Іос. Бочинъ — літургика; Ад. Янекъ — свящ. Испаніе: разрѣшеніе спорныхъ положеній и отвѣты на недоразумѣнія. 2 июля отъ 2 ч. 30 м. попол. до 4 ч. 3 июля отъ 11 ч. утр. до 12 ч. и отъ 2 ч. 30 м. попол. до 3 ч. 30 м.

Устроители конгресса выражаютъ свое желаніе видѣть на немъ какъ можно большее число лицъ, интересующихся вопросомъ о соединеніи церквей.

### **Proposita hucusque Conventui Velehradensi II.:**

1. ut ea, quae ante duos annos decreta sunt (Acta p. 10—11), denuo deliberentur, et quid ab eis, quibus res commissa erat, effectum sit, exponatur.

2. ut conventus *a)* agnoscat utilitatem et desiderium exprimat, ut orientales Slavicae orthodoxae ecclesiae Kalendarium Gregorianum recipient, sed sine ulla vi et omnino libere;

*b)* improbet consilium introducendi idem Kalendarium in ecclesiis Orientalium unitorum priusquam ab ecclesiis orthodoxis receptum sit;

*c)* adeat Sede Apostolicam, cui exponat sibi ad unionem ecclesiarum aliquando restituendam non videri opportunum, ut Kalendarium a particularibus ecclesiis unitis recipiatur, et petat, ut eiusmodi conatus a s. Sede prohibeantur.

3. ut conventus *a)* desiderium exprimat, ne doctrina de Assumptione B. M. V. definiatur ut revelata (aliud esset ut conclusio theologica), quia novum impedimentum foret unionis restituendae, idque difficilius remotu, quam alia, cum argumenta, unde colligatur illam doctrinam revelatam esse, firmissima non videantur;

*b)* agnoscat respectum ad ecclesiam orientalem non impedire, quominus aliae praerogativaе B. M. V. pro debita erga eam pietate definiantur, ut eam ita fuisse a peccato personali alienam, ut non circumstantiarum electione divinitus ab eo praeservari deberet, sed in nullis circumstantiis poni posset, in quibus libere peccaret, vel mortem B. M. V. fuisse super debitum.

4. Fundanda est societas (academia) latino-slavica ad promovenda studia theologica, maxime ea, quae ad ecclesiam orientalem pertinent.



# Slavorum litterae theologicae.

## Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach. Dr. Ant. Podlaha. Ad. Špaldák. Pragae  
E. Matzel, Chyroviae. Dr. F. Grivec, Labaci. Dr. Kam. Dočkal,  
Zagrabiae.

---

Annus V. (1909)

Pragae Bohemorum.

Nr. III.

---

### BOHEMICA.

Th. Dr. Fr. Reyl, **Úkoly sociální politiky.** V Hradci Králové 1909. Nákladem politického družstva tiskového, str. 320, cena 3 K. (Th. Dr. Fr. Reyl, **Problemata politicae socialis.** Reginæ-Hradecii 1909. Sumtibus societatis typographicæ-politicæ, pag. 320, pret. Cor.)

Auctor, qui editione scriptorum popularium in collectione „Časové úvahy“ cuius inde ab anno 1897 moderator existit, inclaruit, in opere hocce summam quaestionis socialis exhibet, quam tum oeconomicam, cum iuridicam, politicam, ethicam et religiosam esse dicit (pag. 5—31), cuiusque causas et radices proœmii instar primum exponit (pag. 31—41), deinde duobus capitibus: de iis, qui ad politicam socialem conferre debeant et de obiecto politicæ socialis (pag. 42—305), materiam absolvit: denique programma politicæ socialis christianaæ proponit (pag. 305—320). Officium cooperationis ad conditionem societatis meliorem efficiendam incumbit reipublicæ (pag. 44—48), communitati (pag. 48—52), negotiorum dominis (pag. 52—55), ecclesiae (pag. 55—70), classi intellegentium (pag. 70—75), familiae (pag. 75—81), scholæ (pag. 81—91), prelo (pag. 91—100), organisationibus (pag. 101—136), sacerdotibus (pag. 136—145). Allegando probatos auctores aphoristice clare et disserte ostenditur, quomodo quaevis harum institutionum sua ope ad instaurationem socialem conferre beat vel possit. Attentione digna sunt, quae de necessitate et momento foliorum catholicorum dicuntur, quae de sociali efficacitate educationis catholicae ex operibus eximiorum paedagogorum citantur, quaeve de instructione cleri in scientia sociali afferuntur. Punctum saliens instauracionis socialis ponit auctor in eo, ut oppositiones singularum societatis classium dispareant et condicio oeconomica pacifice evolvatur et progrediatur (pag. 145—151). Esto! at radix harum oppositionum sunt falsa principia ethica et religiosa, hinc episcopatus dictionis austriacæ (Litt. past. festo s. Lucae 1906) „quaestionem socialem ipsa Ecclesia teste principaliter religiosam et moralem“ esse dicit, quare sine disquisitione et critica principiorum liberalismi et

socialismi quaestionem socialem nec sat intellegi nec politicam socialem recte concipi posse pro mea parte puto. — Prosequendo rationem, sub qua auctor de restauratione sociali agit, speciale obiectum politicae socialis ponit curam pauperum (pag. 151—164), hygienam publicam et pugnam contra alcoholismum (pag. 164—185), protectionem classis laborantium (pag. 185—203), per legislationem civilem (pag. 203—213), per merecēdem congruam (pag. 213—228), per promotionem condicionis operariorum in genere (pag. 228—231), per tutelam feminarum (pag. 232—273) et impuberum (pag. 274—305), industrialiter laborantium. Copiosa data statistica explicaciones mire illustrant. Ea quae de alcoholismo, de tristi condicione operariorum, de mala sorte impuberum classis miserorum exponuntur, ab amicis socialis restaurationis christiana cum speciali utilitate legi possunt. — Totum opus per se consideratum compactum et integrum sistema scientiae socialis christiana quidem non exhibet, attamen materiae socialis tantum copiam continet tamque suavi styli forma eminet, quod certe novos sectatores actioni sociali conciliaturum sit.

Dr. Jos. Kachník.

*Dr. Jan Lad. Sýkora, Nový zákon Pána našeho Ježíše Krista.  
(Novum Testamentum D. N. Iesu Christi.)* Podle vulgaty se stálým ohledem na text původní (řecký) přeložil a úvody i výklady opatřil. Č. I.: Evangelia. Praha 1909. (p. V + 420). Pr. 1 Cor.

Post amplum commentarium in S. Ser. N. T a Fr. Sušil editum primus hic scriptor doctissimus novam interpretationem aggressus est. Prior pars operis eius iam edita est. Libro destinato ad usum popularem aptissima forma data est. Inter similes editiones haec magnopere eminet. Diligenter et studiose res explicantur; quae explicatio litteratae ampla cognitione et sano iudicio nititur et a modernismo abhorret. Non possumus omnia, quae attentione digna sunt, singillatim tangere; tamen saltem aliqua, quae librum percurrenti occurrerunt, adnotare liceat;

P. 16. ad explicandam vocem „primogenitum“ Mt 1, 25 non omnino apte allegatur Hebr. 1, 6, eum ibi Christus vocetur primogenitus Filius Patris respectu nostri, qui ipsi quoque filii Dei Patris sunus, non ut homines, sed ut divinae naturae consortes. — P. 22 quomodo infantes occisi „testimonium“ reddiderint Christo Domino non intellegitur. Non quod testimonium reddiderint, sed quod propter Christum occisi sunt, pro martyribus coluntur. cum certe non possimus suspicari Deum eos, qui propter eum patiuntur, non remunerari. — P. 65 locus Mt 12, 32 de peccatis, quae remittuntur in futuro, explicatur de peccatis venialibus „seu potius de poenis pro eis“ Sed illud remittere in hoc saeculo vel in futuro non ita significat sententiam absolutionis a culpa ferre nunc vel postea, sed potius misericordiae effectum (condonationi similem) producere pro nunc vel pro futuro: sc. qui blasphemat, et in hac vita obdurate a Deo (i. e. recipit gratias congruas) et in futuro a fortiori. Cf. Suarez, De purgat. disp. 45, s. 1, n. 12.) — P. 71 in versione Mt 13, 26 retinetur (sine explicatione) vox „koukol“ quae quidem apta est, ubi significat Lolium, sed saepius

significat Agrostemma, quod sensui non convenit in v. 29. — P. 89 ad Mt 17, 26 notari potnit honor dignitatis s. Petro exhibitus, cum pro eo eodem modo ac pro se ipso Christus solverit, miraculo dico, qua re manifesto indicatur Petri primatus in ecclesia. — P. 94 ad Mt 19, 9. locum in Sl. l. th. saepius explicatum (cf. I, 101—104 [Č. k. d. 1905, 413—416]: III, 17—18) notatur tantum verba „excepta causa fornicationis“ in aliquibus mss. deesse: non explicantur, licet ad Mt 5, 31—32 dicatur Christum permettere tantum separationem a mensa et toro — certe non in hoc solo casu casu. — P. 97 in explicando antiquorum nummorum valore communis indiligentia committitur non distineto pretio quod nunc habet argentum nummorum illorum a valore in rebus emendis omnino ab eo diverso. — P. 98 dicitur praemium aeternum imprimis e gratia divina pendere, qua actiones liberae pretium supernaturale acquirant, maius vel minus pro maiore vel minore mensura gratiae donatae. Permisceri apparet gratiam, quae necessaria sit, ut opera nostra supernaturalia sint ac meritoria cum auxilio necessario, ut bona opera fiant. — P. 238 verba Lc 2, 49 explicantur aesi Christus respondisset: cur me quaerebatis? Quaerendum non erat. Sciebatis enim, si abessem, abesse me ex voluntate Patris mei. Nonne verisimilius est Christum miranti matri, quod praeter consuetudinem aliud egisset atque ipsi voluissent, respondisse, mirari eam non oportere, cum sciret Patrem sibi esse caelestem, nec quaerendum se fuisse apud cognatos, cum nullo alio loco potuisset esse nisi ubi munus Messiae id postulasset? — P. 302 ad Lc 19, 11—27 notatur Christum hac similitudine ostendisse, gratiam sanctificantem operibus bonis augeri: id quod inde demonstrari posse non crediderim. — P. 341 verba Io 2, 4 explicantur aesi Christus solam rem ipsam significaverit: matrem suam urgere se (činí naň nátlak), quod sibi placere; hunc sensum S. dicit habere verba ea in lingua Aramaica. Veri similior videtur esse explicatio Christum matri exspectanti, Filium desiderium significatum pro pietate ipsius erga parentem hucusque semper exhibita, impleturum, respondisse, ne exspectaret a se id statim impletum iri, aut eo, quo ipsa putaret, modo — quippe cum nexus ille familiaris desiisset munere Messiae inchoato.

Utinam quanto amore ac diligentia S. libro huic operam dedit tanti fructus in omnibus, qui eo utentur, oriantur. *Fr. Bilek.*

Dr. Antonín Vřeštál, **Katolická mravouka**. Díl I. povšechný. Cena 6 K 50 h. Nákladem sv. Prokopského Dědictví v Praze. (**Theologia moralis catholica**. Exaravit Dr. Ant. Vřeštál, professor theolog. moralis in universitate bohem. Pragensi. Pars I. generalis: pretium Cor. 6:50. Sumptibus Hereditatis Si Procopii Pragae).

Si recentiorem litteraturam bohemicam theologiam moralem spectantem, quam auctor nominati libri pag. 38, 39 refert perspicimus, facile nobis cognitum erit, omnes fere publicationes istas aut ad usum scholarum pertinere, aut speciales tractatus morales spectare. Unus liber Dr. Stárek ante triginta fere annos per eandem Hereditatem

Sti Procopii editus haud sufficere potest nostris temporibus ad studium disciplinae tam excellentis et ad practicam vitam christianam tam necessariae.

Etiam liber Dr. Vřešťál non excedit limite compendii practici, studiose servat brevitatem compendio necessariam et omnes quidem quaestiones morales attingit, sed eas non per longum et latum pertractat, at succincte, breviter claro modo de iis loquitur et lectorem hoc modo facile de praecipuis quaestionibus informat. Auctor ipse designat nobis in prooemio finem sui libri hisce verbis: Volui scribere brevem theologiam moralem. Volui sacerdotibus iunioribus facile reddere studium theologiae moralis, et mihi videntur duo esse momenta, quibus studium hoc difficile evenit: libri tractantes theologiam moralem sunt scripti idiomate latino et sunt nimis voluminosi. Verba haec vera sunt et revera annuimus auctori dicenti, sacerdotem in cura animarum, in schola uti lingua vernacula et proinde ei opus esse terminologia in lingua vernacula, qua concionatur, catechizat etc.

Ad informationem dein de aliqua quaestione sufficit brevis conspectus, qui ditucidat essentiam quaestions: voluminosa pertractatio quaestions saepe rem ipsam reddit difficiliorem, obscuram.

Finis ergo operis huius est praxis: liber continet omnia, quibus indiget sacerdos in peragendo sacro suo munere in ecclesia et in schola.

Si librum ipsum percurrimus videmus auctorem in prooemio agere de denominatione theologiae moralis, de eius obiecto et fontibus, de relatione theologiae moralis ad alias disciplinas theologicas, de relatione inter theol. moralem catholicam et acatholicam. Dein tractat auctor dignitatem et profectum theologiae moralis. Etiam de easuistica, de mystica et ascetica, quae cum theol. morali coniunctae sunt breviter nos informat. Brevis conspectus historiae theologiae moralis, conspectus litteraturae moralis, praesertim conspectus litteraturae moralis bohemicae antiquis temporibus exaratae et usque ad recentiora tempora perductae prooemium libri absolvunt.

Materia ipsa (pars generalis) dividitur in quinque libros, quorum primus de moralitate actuum, secundus de lege, tertius de conscientia, quartus de peccato, quintus de virtute et vito agit.

Liber primus continet fundamentalem quaestionem moralitatis. Tractat enim divisionem actuum humanorum secundum eorum moralitatem, explicat finem hominis, ordinem moralem, bonum et malum et exinde orientem moralitatem. Dein agitur in hoc libro de imputatione actuum, de libero arbitrio, de intentione, de impedimentis imputationis, de ignorantia, de passione, concupiscentia, consuetudine, de metu, violentia. In tertia parte explicantur elementa moralitatis nempe obiectum, circumstantiae, finis, dein motiva moralitatis, actus indifferentes, meritum et intentio.

Liber secundus inscribitur mandatum et tractat de regulis morum et quidem in parte prima de legibus, ubi breviter explicat legem naturalem et eius obligationem, dein legem positivam divinam in utroque eius genere, lege Vetere et Nova, consilia evangelica, quae Dominus mandatis adiunxit. Pars secunda agit de legibus humanis, eorum di-

visione, obiecto, obligatione. Etiam de subditis legis humanae, de eius promulgatione, interpretatione, epikia, de legis cessatione auctor breviter et lucide loquitur.

Liber tertius spectat obiectum formale moralitatis et inscribitur „Conscientia“. Postquam explicata est definitio conscientiae, tamquam indicii de moralitate actuum nostrorum, tractatur de eius qualitatibus, veritate, certitudine. Hoe loco loquitur auctor de probabilitate, addit historicum conspectum huius quaestione sed neque aequiprobabilismum neque probabilismum quasi unicun systema verum et acceptabile statuit, sed, quod est memoratu dignum, conatur demonstrare dissensionem inter utramque opinionem non esse tam insignem, ut bona voluntas spatium inter utraque castra hostilia facile non possit amovere. Hac in re annuimus auctori ex intimo corde.

Liber quartus de peccato agit. De eius definitione et divisione, de peccato gravi et levi, de speciebus peccati, de eius numero, de peccato interno et quidem de desiderio pravo, de gaudio peccaminoso, de delectatione morosa. Pars posterior explicat periculum peccati, tentationem et occasionem in omnibus generibus suis.

Liber quintus et ultimus tractat de habitibus animae, et inde explicat virtutem eiusque dispositionem quasi habitum bonum et dein vitium quasi habitum malum.

Si dein singulas paragraphos perspicimus, facile cognoscimus quam tam euram auctor libri clarae dispositioni adhibuerit.

Hac in re praestat liber Dr. Vřeštál omnibus publicationibus ceteris apud nos editis.

Clara dispositio terminologia in quantum fieri potest fini compendii accommodatissima, expositio brevis et lucida, iudicium sapiens, nunquam praecipitatum, hae sunt qualitates, quae lectoris favorem acquirunt, nam persaudetur facile, librum hunc praebere non quidem multa sed multum.

Typographice liber splendide est exstructus et etiam haec in re dignus est laude nostra.

Prof. *V. Müller.*

**Dr. Antonín Podlaha, Politický okres vinohradský.** Soupis památek historických a uměleckých v království českém od pravěku do počátku XIX. století. Vydává archeologická kommisie při české akademii císaře Františka Josefa pro vědy, slovesnost a umění řízením svého předsedy Josefa Illávky. XXVIII. V Praze 1908. Nákladem archeologické kommisie při české akademii císaře Františka Josefa pro vědy, slovesnost a umění. Monumenta circuli politici Vinohradské. Gr. 8<sup>o</sup>. Pagg. 776, imagines in textu 218.

Consueto modo deseribit clarissimus auctor, qui, iam in undecimo volumine huius publicationis maximo cum successu laborat, omnia monumenta districtus Vinohradensis explicatque textui insertas ichnographias et photographica arte depictos adspectus. Speciale mentionem merentur altare goticum (p. 37—13) et fontes baptismales ex plumbō

fusi (p. 46, 61, 132 et 173). Insignibus monumentis districtus caret, quanquam multas et dignas ecclesias et maiores arces in suo ambitu includit.

Stegenšek

*Ferdinand Menčík*, c. a k. vládní rada. Prof. Dr. Musil. **O jeho cestách, spisech a jich významu.** V Olomouci 1908. Se 16 obrázky a mapkou. Cena 2 K. (Prof. Dr. Alois Musil. De eius itineribus et scriptis eorumque momento. Olomucii 1908. Cum 16 imaginibus et tabella geographicā. Preūm 2 Cor.)

Auctor libello praesenti forma populari itinera periculosissima depingit, quae vir audacissimus, modo professor universitatis Vindobonensis Dr. Musil per Arabiam Petraeam diversis vicibus animo fortissimo suscepit. Enumeratis studiis litterariis exploratoris per mundum universum spectatissimi (praesertim: „Kusejr 'Amra“ Vindobonae 1907: Arabia Petraea [I Moab, II, 1 et II, 2 Edom, III Pars ethnologica] Vindobonae 1908) argumentum operum laudatorum lectoribus breviter proponit excerpens diligenter omnia et singula. quae emolumenntum speciale praesertim pro re biblica habent, ut omnibus pateat, re vera verificari verba cardinalis Merry del Val, opus Dris Musil „mire prodesse Sanctarum Scripturarum studiis eruditique in defendenda earum auctoritate incumbere“ (Litterae card. secretarii status d. d. 17 Maii 1907). Quibus omnibus succincta orientalistae clarissimi biographia nec non celeberrimae eius in cathedra professoris biblici V. T. studii in c. r. theologica facultate Olomucensi industriae descriptio adiecta est. In magna lande consiliarii Menčík ponendum est, cum aperuisse thesauros scientiae in operibus professoris Musil absconditos iis quoque, quibus accessus ad eosdem difficilis est.

Dr. Hejčl.

## POLONICA.

**Świat Słowiański.** Nr. 56—57. 1909.

Edward Moroniecki. O cerkwi wschodniej i ruchu katolickim na Rusi. (De ecclesia orthodoxa et actione catholica in Russia), pag. 93—107.

Auctor, innixus praesertim documentis orthodoxis, delineat tristem imaginem ecclesiae orthodoxae in Wolhynia, respiciendo imprimis eius influxum in res politicas, sociales, psychologicas, prouti nostra aetate se produnt. Ecclesiam Christi ait — debere esse societatem fidelium, cum Christo spiritualiter coniunctam et charitate veniāque nixam; ecclesiam vero orthodoxam in Russia reapse esse filiam „Associationis nationis russicae“ i. e. maxime reagentis et saevientis factionis, quae dicitur „czarnoscięcy“. Probat deinde suum assertum ex authenticis verbis publicationis „Poczajewskija Izwestija“, quae in politicis autocratiam praedicans res politicas et ecclesiasticas penitus confundit, in oeconomieis extremo nationalismo et antisemitismo indulget, in polemico-religiosis calumniis in Ecclesiam latinam et obiurgationibus innititur.

Interest cognoscere positivum illorum schema actionis ad debellan-dam Ecclesiam catholicam, prouti in congressu missionariorum elaboratum et a synodo approbatum est. Sedecim puncta illius schematis in quattuor classes redigi possunt

1. Rerum spiritualium cognitio inter clerum et laicos orthodoxos excolatur ope catecheseos parvolorum et instructionis aetate iam provectorum;

2. Orthodoxi iungantur in religioso-oeconomicas fraternitates ad instar coetuui, qui saec. XVI. exstabant;

3. Introducantur devotiones, cantus populi, processiones et his similes praxes iuxta exemplum Ecclesiae catholicae;

4. Fundentur scholae missionariorum, edantur libri et publicationes, in quibus res religiosae contra catholicam Ecclesiam polemice discutiantur.

Ipsi tamen orthodoxi non multum confidunt in his conatibus, nisi eis, ut ipsi profitentur, protectio magistratum politicorum accedat: hinc ab imperatore expetunt, ut ecclesiae orthodoxae tanquam fideli autocratiae ancillae pristinam et exclusivam auctoritatem restituat; immo in petitione sua, qua ecclesiam omnino monarchiae potestati civili tradunt, postulant, ut concilium cleri et laicorum ad res ecclesiasticas ordinandas congregetur.

Incredibilia fere sunt, quae Woroniecki e documentis authenticis de doctrina morali cleri orthodoxi in Wolhynia refert, in quantum de apotheosi autocratiae agitur.

Duas causas tam tristis status assignat auctor articuli: byzantinismum et despoticum iugum imperii rossiaci.

Occasione huius articuli W. carpit ideam Cyrillo-Methodicam et impugnat conventus Velehradenses. Theologi Velehradenses, ait, ad unionem ecclesiarum in unam Ecclesiam Christi tendunt, eamque ita intelligunt, ut utriusque Ecclesiae ritus et mores intacti maneant, dummodo primatum iurisdictionis Romani Pontificis agnoscant; polemicam vero aggressionem tum quoad doctrinam cum quoad vitam moralem cleri excludunt, immo humanitatem et benevolentiam erga clerum et magistratus imperii rossiaci commendant. Hanc quoque fuisse methodum, qua lesuitae etiam „liberale“ Catharinam II. sibi conciliarent, tamvero spectatâ Ecclesiâ orthodoxâ, qualis nunc est et diu adhuc erit, i. e. essentialiter reagens et morum culturae adversa, coniunctio illius cum Ecclesia Romana appareat omnino infausta et Ecclesiae occidentali maxime noxia.

Insuper unio Ecclesiarum utopia dicenda est, quae nunquam verificari poterit. Nam licet semibarbarus et reagens cleris orthodoxus unioni acquiesceret, multitudo tamen rudium fidelium, relictis sacerdotibus, in varias sectas dispesceretur. Attamen utopiam hac nixi, Velehradenses theologi paratos se ostendunt ad seriem valde realium concessionum; resignant propagandae Ecclesiae Romano-catholicae ritus latini et conversioni singulorum orthodoxorum, quamvis, ut videtur, ob defectum consequentiae, aduersentur matrimonii mixtis. Mira cum indifferentia adnotant apostasiam millenorum Bohemorum in Wolhynia ad ecclesiam orthodoxam, et utopiae suae intenti ignorant hoc factum, acsi exigui sit momenti.

In fine articuli improbat W. redactioni „Velegradskij Věstnik“ tendentiam ad russificandos Slavos, eique adscribit ideas obsoleto panslavismo laventes. Ansam eiusmodi objectionis praebuerunt ipsi verba, quibus in fasciculo primo causae editionis declarabantur: hoc modo simul acquiremus notitiam linguae, quae sola probabiliter auctoritatem apud omnes Slavos sibi conciliare potest, et occidentalibus Slavis facilius reddet cum magno imperio, omne genus commercii quod nunc cum damno nostro ad imperium germanicum se vertit.

Iam tempus est, concludit auctor, ut intellegamus, quaestionem scissionis ecclesiarum non esse tantum quaestionem religiosorum rituum, sed quaestionem essentialis differentiae inter duas diversas culturas.

Pauca solum apponere placet huic relationi, cum in primo fasciculo currentis anni „Slavorum litterarum theologicarum“ fuse finis conventuum Velehradensium a P. Aur. Palmieri et a redactione „Litterarum“ sit expositus.

Non obstante charactere reagente et culturae morum adverso, qualis appareret apud clerum russicum, Ecclesiae Christi unitatem omnibus conatibus promovere debemus. Non potest respici tantum emolummentum temporale, quod forte unio habere possit, sed unice adlaborandum est, ut fiat

quam citissime id, quod apprecatus est Salvator noster in ultima cena, scil. „ut omnes unum sit.“ Detrimentum respectu occidentalis culturae timendum non est, cum clarum esse videatur culturam maiorem subiecturam sibi esse minorem, et divinam Ecclesiae Christi vim non privatum iri sua toties comprobata efficiaciā ad populorum et cleri mores reformatos. Primum assertum in primo conventu Velehradensi anni 1907 diserte exposuit id, quod W a theologis Velehradensibus ignorari putat: scil. voraginem inter utramque Ecclesiam per integra saecula esse effossam, ita ut hodie duae diversae culturae sibi opponantur. Labores et studia Velehradensium theologorum id unice spectant, ut scientifico studio et christiana mutua charitate utraque pars paulatim conferat aliquid ad efficiendam aliquando harmoniam inter utramque Ecclesiae Christi partem, cultura diversam.

Non utopia nituntur Velehradenses, sed apostolico officio erga fratres separatos fungi desiderant, firmiter confidentes in eo, qui humanos et debiles conatus coronabit certissimo, licet non tam cito triumpho secundum illud: Confidite, ego vici mundum.

Quod vero attinet reales concessiones, factas in proprium dianum, notandum est, conventum Velehradensem solum edidisse prospectum propriae actionis apostolicae, quin monopolium aliquod statueret.

Explicationem verborum, quae supra e Velegradskij Věstnik idque non e programmate redactionis sed e commendatione editoris citata sunt, eius redactioni relinqu.

P. Ernestus Matzel S. I.

### „Przegląd Powszechny“ Kraków 1909.

W sprawie św. Stanisława dyskusja zainicjowana przez redakcję „Przeglądu Powszechnego“ (De Sto Stanislao episcopo discussio inauguratora per red.) t. CI., p. 7—25: 196—202; 370—383: CH, 37—48: 415—449: CIII, 1—21 210—236. Seorsum expressum p. 126.

In chronico Galli anonymi — qui tamquam fons ad sti Stanislai, episcopi Cracoviensis, res gestas explorandas unicus est praesto — sanctus ille nomine „traditor“ appellatur. („Neque enim episcopum traditorem excusamus, neque regem vindicantem sic se turpiter commendamus“ Gall. Chron. I. 28. ed. Finkel-Kętrzyński). Nomen illud „traditoris“ occasionem dedit intricatae quaestioni, quae a centum annis inter Poloniae historiarum scriptores agitatur, nimirum: cur Stanislao, quem Ecclesia martyrem, a rege Boleslao in odium fidei a. 1079 occisum colit ab aevi sui scriptore, vix 50 annis post mortem elapsis, „traditoris“ nomen impressum sit? Et licet omnes discursus atque historicae inquisitiones nullum aliud documentum, quod contra sanctitatem Stanislai testaretur, invenerint, nonnulli tamen in phrasī a Gallo unico adhibita, innixi, de Stanislai sanctitate dubia movere coeperunt. Quos inter novissime dr. T. Wojciechowski, in universitate Leopoliensi professor et inter nostrates historicos senior, librum, qui inscribitur „Szkice historyczne XI. wieku“, edidit, in quibus maxima cum eruditione inquisitionem in illa verba Galli instituit, atque conclusit Stanislaum peccaminosae cuiusdam traditionis reum esse, famam de eius sanctitate atque vero martyrio denum 200 annis post eius mortem, ratione translationis eius corporis exortam esse, et id quidem contra opinionem omnium eorum temporum Poloniae episcoporum, adeoque cultum eiusdem sancti omnino ab Ecclesia esse anovendum. Prof. Wojciechowski

summa auctoritas effecit, ut eius iudicium de sancto Stanislao tantopere sinistrum, plurimi rerum gestarum investigatores suum facerent. Quare a catholicis merito expectabatur quidnam orthodoxi historici responderent, atque quomodo sancti Stanislai cultum ab objectionibus supra effatis defendenter.

Redactio ephemeridis „Przegląd Powszechny“ illico hac de re cum nostris historiae peritissimis viris agere coepit. Et dr. Potkański quidem universitatis Cracoviensis professor, atque in historia saec. XI. et XII. optime versatus studium peculiare hac de re edere parabat, quo asserta Prof. Wojciechowski refutaret. Mors tamen inopinata negotium impedivit, ita ut nunc demum temporis discussio suscipi posset a dr. Krotoski (qui iam aliquot libros de eadem re scripsit), dr. W. Kętrzyński directore instituti Ossolinei (qui ultimam criticam editionem Chronici Galli paravit) a, dr. A. Prochaska (directore archivi s. d. Bernardyńskie Leopoli), dr. Miodoński (prof. philologiae classicae in univ. Cracoviensi), atque a dr. Smolka, professore emerito in Crac. universitate maxima auctoritatis in medii aevi rebus gestis, auctore multorum de his temporibus librorum, cuius discipuli nunc in utraque nostra universitate cathedras historiae maxima cum laude occupant.

Eece totius quaestione schema.

Imprimis notandum est bene, deficere genuinum Galli textum. Quem habemus, extat (in bibl. Zamojski) ex. XIV. saeculo, et valde est iam corruptus. Fieri igitur potuit ut textus ille quemadmodum in multis aliis locis, ita et in hoc, in quo vox „traditoris“ occurrit, mutillaretur, ita ut loco vocis traditoris vox potius „contradictoris“ esset ponenda. Etenim paleographice res possibilis appareat, cum littera „c“ cum signo contractionis desuper posito, facillime a saeculi XIV copista tamquam „t“ cum signo contractionis legi potuerit adeoque „tre“ vel „tra“, ex quo errore originem suam vox „traditoris“ duxisse videtur. Attamen licet genuinus etiam textus admittatur, vocem „traditionis“ exhibens, nihilominus traditio ipsa aliam a nostra diversam significationem id temporis habuit. Non enim peccatum morale necessario significabat, sed praeterea illud solum, quod nunc „laesae maiestatis“ dicitur: versabatur itaque in rebus politicis, non vero moralibus offensa, quae traditionis voce fuit insignita.

Haec sunt quae contra professorem Wojciechowski, viri docti observarunt.

Praeter indirecta argumenta ipsam auctoris methodum sunt aggressi.

Prof. Wojciechowski, ut plura ex eodem Gallo testimonia ad suum assertum confirmandum erueret, textu ipso non genuino, sed corrupto uti ausus est. Sic loco „non debuit christianus (rex) in christianos (populum sibi subditum, sed infidelem tempore bellicae excursionis) peccatum quodlibet turpiter vindicare“ (Gallus I. 27) legit Wojciechowski „non debuit christianus (rex) in christianum“ (episcopum Stanislaum) peccatum „Utramque vero vocem christiani“ significare idem atque uncti“, declarat. Unctus rex, unctus quoque pontifex Stanislaus, ergo christianus. Quae quantopere sint contorta, nemo non videt. Ex verbis „pro traditione pontificem

truncationi membrorum adhibuit<sup>a</sup> collegit prof. Wojciechowski coniurationis initia in anno 1078 esse collocanda: coniurationem vero ipsam initio a. 1079 demum detectam, mense vero martio causam in iudicio actam, mense aprilii Stanislau in arce Wawel, prope hodiernam ecclesiam cathedralem membrorum mutilatione punitum esse. Quae cl. doctor a magistro Cadlubone — cuius nihilominus auctoritatem parvipedendam esse putat — mutuatus est, qui de morte viri sancti referens, eum „inter infulas“ occisum esse ait. Sed immerito. Cadlubonis enim relatio iuxta genus dicendi scriptorum medii aevi proprium, est aestimanda, qui eo dictionis modo nil aliud significare voluerunt, quam antistitem ecclesiasticum, vestimentis sacerdotalibus indutum, fuisse occisum. Insuper ecclesia cathedralis non in monte Wawel, sed in Rupella, quae dicitur (Skałka) eo tempore fuit extracta.

Simili ratione quod de coniuratione Episcopi cum Bohemis scripsit Wojciechowski, in nullo fundamento innititur, nullumque rei argumentum reapse attulit. E contra, studia, nostris temporibus valde agitata, „de regno Poloniae“ manifeste declarant, illis annis nec regnasse Cracoviae, nec regnare potuisse Bohemos. Quae autem ulterius prof. Wojciechowski affert, quibus suam de Stanislao sententiam corroboret, in nullo critico fundamento innituntur, sed mere eius hypotheses sunt; ut de coniuratione Stanislai cum rege Bohemorum Wratislao et Henrico IV. imperatore, de invidia, quam Ladislaus, Hungariae rex, qui profugum Boleslaum hospitio recepit, erga eum aluit.

En prof. Wojciechowski de sto Stanislao opinio, quae auctoritate viri longe lateque spargi iunioresque etiam rerum gestarum investigatores falli incepit. Nec mirum. Primo enim momento ait dr. Smolka — doctrinae professoris Wojciechowski fama vel maximos in eius argumentatione texit errores. Et licet iam a centum annis disputationes de

Stanislao in Polonia peragantur, tamen cum fontes deficiant, nec nos novam lucem rei afferre valemus.

Ex his, qui habentur, fontibus, ea tantum patent

1. Certum esse Boleslaum cognomine Audacis, de throno deiectum, et e regno pulsum in Hungariam fugisse.

Incertum esse num ad regem expellendum occisio cum tanta ferocitate peracta quidquam conduxerit, licet certum sit ex posteriore traditione episcopum — Stanislau fuisse.

Regem vindictam de episcopo pro facto quodam sumpsisse, cuius Gallus claram mentionem facere non vult voeque „traditionis“ illud significans, quae vox pro temporum usu violationem officii feudalis dicit, adeoque fere idem ac nunc crimen „laesae maiestatis“ designat.

4. Regis cum episcopo controversiam verisimile est motus quosdam in regno praecessisse, quorum naturam et evolutionem penitus ignoramus. Gallus enim obscure tantum rem exprimit, regem peccasse, quia nimis severe puniebat subditorum suorum peccata.

Ex dictis colligitur, virum doctum, qui posteriorem traditionem, quae partes sti. Stanislai tuetur, respuit, ea, quae diximus, non vero plura ex Gallo ut certa assumere posse, nisi forte nova documenta inventiantur.

C. Konopka S. I.

### Recentiores libri Polonici:

*Abraham W.* Forma zawaarcia zaręczyn i małżeństwa w najnowszem ustawodawstwie kościelnem. — Forma celebrationis sponsalium et matrimonii iuxta novissimum ius ecclesiasticum.

*Abraham W., Jakób Stropa, arcybiskup halicki,* Craecoviae 1908.

Monographia Beati Jakób Stropa, archiepiscopi Galiciae in fine saec. XIV., diligenter composita et documentis historicis innixa, multum confert ad dilucidandam genesin et evolutionem catholicesimi in d. Rubra Russia,

*Bilczewski Józef, Arcybiskup.* Listy pasterskie i mowy okolicznościowe. — Litterae pastorales et sermones 8°. 601. Nicolai-Varsoviae 1908. Miarka.

*Bogdalski Cz., O. Fr. M.* Wspomnienie z misyi, odprawianych od 1906—1908 r. w królestwie Polskiem, zabranych prowincjach i cesarstwie Rosyjskim przez zakon Braci Mniejszych św. Franciszka prowincji galicyjskiej. 8°. str. 388. Kraków 1908. (Memorale Missionum quae ab anno 1906 ad 1908 in regno Poloniae et imperio Russiaco a Patribus provinciae Galicianae Ord. Fratrum Minorum Sti Francisci tradebantur).

*Chłędowski, Dwór w Ferrarze,* Vita aulica Ferrarensis. Leopoli 1909. Editio II.

*Chotkowski W.* Historia polityczna kościoła w Galicji i zarządów Maryi Teresy. Historia politica Ecclesiae in Galicia imperatrice Maria Theresia. 8°. t. I. XXIII. & 444, t. II. XI. & 532, Cracoviae 1909.

*Kolankowski, Kościół a Cerkiew w Galicji w schodniiej (z mapą).* Ecclesia Romana et Ecclesia orientalis in Galicia. Cracoviae 1909.

*Korzonkiewicz Jan Ks. Dr., Jehušua:* Studyum biblijne o początkach narodu izraelskiego i zdobyciu Palestyny pod Jozuem. — (Studium bibliicum de primordiis Israelitarum et expugnatione Palaestinae sub Josua.) Cracoviae 1909. pag. IV. & 219.

*Kurczewski, Kościół zamkowy czyl i katedra wileńska.* Ecclesia arcis regiae sive cathedrala Vilnensis. Wilno, Zawadzki 1908.

*Kryński Adam & Miroslaw,* Zabytki języka staropolackiego. I. Warszawa 1909. Aret. Monumenta linguae palaeo-polonicae.

*Kwoczyński, Psalterz Karpiańskiego jego stosunek do psalterza Kochanowskiego Lublin 1908.* De psalterio a Karpinski poeta translato eiusque relatione ad psalterium a Kochanowski polonice redditum.

*Jaskulski Aug., Materiały do odczytów w Towarzystwach robotników.* Poznań 1908. Materiae collectae spectantes ad praelectiones in associationibus opificum.

*Jeske-Choiński*, Pozwtywizm w nauce i literaturze.

Warszawa, Gebethner (De positivismo in philosophia et litteratura).

*Ottónorna*, Podlaskie Hsopod y Pomysłuj. (1872—1905). 8<sup>o</sup> pag. 164 Cracoviae 1908.

Liber hic chronologice ordinatam narrationem martyrii unitorum cum Ecclesia Romana Ruthenorum in Podlachia exhibet. In fine adduntur cantilenae melancholicae unitorum.

*Paciorkiewicz M.*, Bossuet i Fénelon. Studium Varsoviae 1908. str. 179.

*Pulaski*, Katechizm Brzeski 1553—1554. Warszawa, (Catechismus Bresecensis) Wilder 1908.

*Surzyński Stefan*: Katechizm pierwszych zasad muzycznych kościoła Tarnów 1909. (Catechismus primorum principiorum musices ecclesiasticae)

*Warmiński*, Kilka nowych kart z życia Andrzeja Frycza, zwane go Modrzewskim (Quaedam cartulæ e vita Andreæ Modrzewskiego). Posnaniae. Cracoviae 1908.

*Taczak*, Hypnotyzm i spirytyzm, Posnaniae. Typogr. St. Adalberti 1909. (De hypnotismo et Spiritismo)

*Witkiewicz*, Matejko. Lwów Altenberg 1908. 19 Kr.

*Wołyniak*, Wspomnienia o trynitarzach na Wołyniu Podolu i Ukrainie. Cracoviae 1909. (De Trinitariis in Wolhynia, Podolia et Ucraina.) M.

## RUSSICA.

Prof. Th. Titov: Русская православная церковь въ полско-литовскомъ государствѣ въ XVII.—XVIII. вв. (Russkaja pravoslavnaja cerkov' v pol'sko-litovskom gosudarstvě v XVII.—XVIII. vv.) Том. I. Западная Русь въ борьбѣ за вѣру і народность въ XVII.—XVIII. вв. (**De Russiae occidentalis certamine de fide et moribus domesticis.**) Pars altera. Kiev 1907 2 rub.

Ecclesiae orthodoxae, quae in Polonici regni dicione sita erat, historiam describens, praeprimis, quomodo ipsa persecutionem pertulerit, enarrat idque nigris coloribus depingit. Prae manibus t. I. alteram partem habemus, in qua *T* varias ecclesiae orthodoxae in regno Poloniae vicissitudines, quibus ipsa ab a. 1725—1761 subiecta erat, describit (cf. Sl. L. Th. 1907. p. 42 sqq.).

Causas, cur orthodoxi variis modis pressi sint, has recenset:

- a)* anarchiam, quae apud Polonus grassabatur;
- b)* regem, qui in Poloniâ dignitate imperatoria ornatus erat, non magna fuisse auctoritate;
- c)* potentium atque procerum Polonorum crescentem in diez auctoritatem atque tumultum;
- d)* catholicorum animum tolerantiae expertem (cf. p. 2 sqq.);
- e)* delegatorum Russorum incuriam (p. 148 sqq.);
- f)* imperatorum Russorum, qui post Petri M. mortem regnaverunt, non magnam de rebus fidei diligentiam. Russorum imperatores per contractus a. 1680, 1686, 1740 cum Poloniae regibus initos non solum novas acquisi-

verunt possessiones, verum etiam ins protegendi orthodoxos in Polonia ipsis concessum est. Quod ius Russiae imperatores exercentes suos in Poloniam mittebant, qui orthodoxorum iura atque privilegia defenderent atque episcopos orthodoxos, qui Mohileviae cathedram suam fixerant, omnibus viribus protegebant. Tempore, de quo agitur, in Polonia Augustus II. et post eius mortem Augustus III. regni gubernacula tenebant. Mohileviae vero episcopi residebant hi: Silvester Ćertvertinskij ab a. 1720—1728; Josephus Volčanskij ab a. 1735—42; Hieronymus Vołjanskij ab a. 1742—54; Georgius Konisskij ab an. 1755.

Orthodoxorum vexationem quam fuisse non negamus, *T.* non-nihil exasperat atque Russos omni culpae reatu omnino liberat. Episcoporum Mohilevensium vero atque legatorum Russicorum querelas ad Russiae imperatores delatas nullo adhibito modo comprobat nominatorumque episcoporum atque legatorum personas atque res gestas summis laudibus extollit nullamque de eorum minus recto agendi modo mentionem facit (cf. p. 14 sqq., 21 sqq., 94 sqq. et passim).

Ut autem a vexationibus incipiam, imprimis animadvertisendum est: quae catholici utriusque ritus commisisse dicantur, ea non tam crebra fuisse: id ex legatorum Russorum relationibus atque ex imperatorum scriptis concludi potest. Dein quos supra dixi legati atque imperatores quotienscumque aliquis ad catholicos transierat id pro vexatione atque religioni orthodoxae illata iniuria habebant (cf. legatorum relationes apud Kamienski-Bantysz. Istoryczekoje izwiestie o woznikszej u Polszie Unii. Moscoviae 1805. late descriptas) Eiusmodi vero res sine vexatione evenire posse, cuivis liberam hominis voluntatem atque missionis naturam atque indolem consideranti manifestum est. At imperatores Russorum, qui a Petro M. orthodoxorum, qui in Polonia erant, ex rationibus politicis protectores fuerunt, id pro pactorum cum regibus Polonicis initiorum violatione habebant. (cf. Kamienski-Bautysz opus cit.: Kojałowicz M. Litowskaja cerkownaja Unija. Petropoli l. t. 1859—1861; Kojałowicz M. Istoryczekoje izsledowanie o zapadnoj Rossiji. Petropoli 1865; „Aber schon ein solcher Einfluß fand vor Russland keine Gnade, wurde für eine Gewalttat und einen unerträglichen Druck angesehen, weil es dem Czaren in dem politischen Interesse seines Reiches sehr daran gelegen war, daß die Zahl der Schismatiker in Polen sich nicht nur nicht verringere, sondern von Tag zu Tag größer werde und auf diese Weise die Anhänger und Freunde des Czarenreiches sich mehrten. Dieses war der leitende Gedanke des Czaren, als er sich zum Schirmherrn und Protector des Schisma in Polen aufwarf, und diese Idee leitete auch alle seine Nachfolger, welche sich dieses von Peter geerbte Protectorat der polnischen Schismatiker nicht nehmen liessen, bis zum Ende des XVIII. Jahrhunderts“ Geschichte des allmähligen Verfalls der Unirten Ruthenischen Kirche im XVIII. und XIX. J. unter polnischem und russischem Scepter, von E. Likowski. übertragen von Apollinaris Hłoczyński, I. B. Posen, 1885, p. 40. cf. etiam Geschichte der Union der ruthenischen Kirche mit Rom von Dr. Jul. Pelesz, II. B. Wien. 1880, p. 491 sqq.).

Quod vero episcoporum nominationem spectat, „alle diese Leute (epp. Czettwertynskij, Berło et sequentes) wurden von Petersburg aus direct bestellt, und der polnische König, über dessen Unterthanen sie das bischöfliche Amt auszuüben hatten, wurde um seine Einwilligung wenig gefragt (Pełesz, o. c. p. 492). De eorumdem vero episcoporum indeole ac rebus per ipsos gestis item de Russorum in Polonia protegendi suos causa degentium agendi modo loquens, T' omnia, quae nominati episcopi ac residentes (curatores) minus recte egerant, silentio summo premit, quin etiam eos summis laudibus extollit (cf. Titov o. c. p. 21 sqq., 49 sqq., 105 sqq., 206 sqq., 218 sqq.). Atque ut a Russiae imperatoribus exordiar, imperatores, quomodo orthodoxi in Polonia degentes tractentur, suos curatores constanter interrogant: delata autem ad ipsos eniuscumque momenti querimonia Poloniae regibus animadversiones faciebant, immo etiam bellum minabantur, quem agendi modum Titov negare non audet, etsi eis qui Petro M. successerunt ignaviam in orthodoxis protegendis obiciat. Cuius autem indolis et ingenii episcopi ac residentes fuerint, authentica documenta testantur. Czettwertyński „ein überaus leidenschaftlicher, herrschiichtiger und ehrgeiziger Charakter“ (Likowski o. c. 35) in suis ad Russiae imperium relationibus eventus in maius auget idque quam maxime („entweder übertreibt, oder geradezu die Unwahrheit spricht“,

„hat sich nicht einmal Mühe genommen, für irgend eine Gewalttat Beweise anzuführen“ Likowski p. 36). Eius vestigia ii, qui successerunt, sequebantur (cf. Pełesz o. c. p. 492 sqq. et Likowski p. 79 sqq.), querelasque suas non ad regimen Polonicum, sed ad Russiae imperatores deferebant ac fidem veritatis minime servantes continuo a Russico gubernio auxilium expetabant. Summum vero gradum assecuta est audacia, postquam Koniskij episcopus Mohilivensis factus est (a. 1755).

Koniskij, summo odio in catholicismum et Polonos flagrans se suosque dioecesanos pro Russiae subditis habebat, atque in suis actionibus semper Russiae bonum spectabat („Er wirkte offen kundig für die Sache Russlands, indem er sich und seine Diözesanen vielmehr als Unterthanen Russlands anstatt Polens ansah“ Likowski p. 93). Quanto autem odio adversus catholicos atque Polonię flagraverit, quam manifestissime opus ab ipso conscriptum, *Historya Russow*“ (primum Moscoviae 1846 impressum) ostendit: quo in opere etiam mentiri, dummodo id quod conabatur assequatur, minime veretur (cf. opus ipsum et Likowski p. 92 sq.). Etiam Titov licet imperatores Russicos ignaviae et incuriae erga orthodoxos, qui in Polonia degebant, accuset, veritatem fateri cogitur: Russicos imperatores protectionem studiose exercuisse (cf. p. 92 sq.: „Императрица Елизавета Петровна съ необыкновеннымъ вниманиемъ и сочувствиемъ относилась ко всѣмъ такимъ просыбамъ гонимыхъ западно-руссовъ“ p. 163 et passim.

Verbo Titov non sine ira et studio neque eo consilio, ut rem undique examinaret ad historiam ecclesiae orthodoxae in Polonia scribendam aggressus est: auctoribus Russicis tantum confidit, immo et ex Russicorum auctorum operibus, ea tantum quae orthodoxis faveant, deponspsit.

Quae tamen minime obstant, quominus opus a Titov conscriptum historico res ecclesiae orthodoxae in Polonia quae saec. XVII. et XVIII. evenerunt cognoscere volenti, summopere commendetur.

*M. Haluščynskyj OSBM.*

**Труды Кіевской Духовной Академії. 1907. (quod restat).**

*M. F. Jastrebov, O tainstvah (De sacramentis) II. 481—504. III. 26—31.*

Jastrebov primo agit de varia vocis sacramenti (*μυστήριον*) apud Christum D. et apostolos significatione; dein conceptum sacramenti in utraque ecclesia, Romanocatholica et Orthodoxa eundem esse ostendit. Maxime vero tertio loco de efficientia sacramentorum disseritur. *Ja.* ait: »Eo minus haec quaestio omittenda est, cum apud nos (Russos) systemata dogmatica sint, quae hanc quaestionem sive omnino non tangant, sicut dogmatica Filareti, aut non solvant cum claritate debita sicut libri ill. Antonii et Macarii (p. 493).« — Atque Antonius in sua dogmatica de condicionibus causalitatis sacramentorum ita loquitur, ut ex una parte efficientiam eorum extra omnes condiciones cum ministrorum tum suscipientium ponat; ex altera autem parte in ministris fidem, probitatem, reverentiam, in suscipientibus fidem et debitam dispositionem postulet. Illud primum »soveršenie«, alterum hoc »spasitelnoe dejstvie« vocat. Neque Macarius clare loquitur. Nam prius nullas condiciones ex parte suscipientium ad id, ut sacramenta operentur, requirit. Statim vero pergit: »Ab accedentibus ad sumenda sacramenta absque dubio fides et debita institutio iuxta institutionem ecclesiae requiritur, sed non ad id, ut sacramenta conficiantur gratiamque conferant (no ne dlja togo, čtoby tainstva sdělal' tainstvami (? i mogli dejstvovat' blagodatiju), sed ut digne suscipiantur, neve indigne sumentibus in iudicium et condemnationem cedant, ut etiam effectus doni suscepti in omnibus fidelibus plene salutiferi et fructuosi sint (ib. p. 495, 496)«. Itaque, *Ja.* recte arbitratur, uterque theologus hic condiciones ad causalitatem sacramentorum necessarias et non necessarias adstruit. *Ja.* difficultatem dirimere conatur. Quare in duobus principiis demonstrandis innititur: Ipsam obscuritatem inde ortum sumpsisse putat, quod uterque solum momentum antecedens sumptionem sacramenti considerarit; sed attendendum erat momentum sequens, cum sacramento principium aliquod vitae conferatur, quod dein in anima sumentis operari incipiat. Alterum principium hoc est: Inmediata conexio inter signum visibile et gratiam sacramento collatam, et testimoniis s. scripturae et doctrina ss. PP. comprobatur. Hinc *Ja.* concludit: »Ita, sicut in sacramento gratia arte coniuncta est cum elemento visibili, manifesta est res, illam simul cum hoc sumentibus sacramentum certo etiam communicari. Ecce sensus, quem catholica theoria »ex opere operato« affirmat, theoria, quae omnino cum mente antiquae ecclesiae concordat, et quae in epistula patriarcharum orientalium solum aliis verbis expressa est: »Sacramenta in homine gratiam necessario operantur».

Sed neque *Ja.* in ulteriore explicatione satis clarus videtur esse.

Quaestio tantum in hoc est, ait »quomodo in homine haec Sacramento accepta gratia operetur (p. 503 sq.)«? Distinguit inter »acceptam gratiam« et »operationem« eiusdem acceptae iam gratiae. Sicut gratia universim, sic et gratia particularis, scil. sacramento collata, pergit, in homine non cogendo operatur; neque s. scriptura neque ecclesia gratiam irresistibilem agnoscunt. Superius sermo erat de momento subsequenti susceptionem sacramenti, quod attendendum est et de principio quodam vitae, quod communicatur. Hoc theoriae de reviviscentia Sacramentorum obice posito appropinquare videtur. *Ja.* igitur hic quaestionem illam speculativam de causalitate sacramentorum non

satis ab illa alia quaestione distinguit, quandonam sacramentum conficiatur (valide), quandonam liceat conferatur, quandonam reviviseat.

Septem numerantur sacramenta, ex quibus Silvester primo loco sacramentum ordinis ponit, quia per hoc ordo in ecclesia servatur. Sed quo ordine ponantur, dogmatici non multum interest.

De baptismō. Quae fuit relatio baptismi illius a Ioanne B. collati ad baptismum a Christo D. institutum? Marc. I, 4 dicit, ipsum »in remissionem peccatorum« fuisse. εἰς ἡχεῖν ἀμαρτημάτων et non ἀφέσεως ἀμαρτημάτων s. Ioannes Chrysostomus loquitur, quasi desiderium remissionis communicans, ac praeparans ad accipiendam remissionem. Similiter ss. PP. Basiliūs M., Gregorius Mac., Damascenus baptismum Ioannis »εἰς αὐτούς τοὺς Χριστούς« Christi D. vero τελειωτάτους vocabant (ib. p. 28. Jastrebov in hoc labore locos scriptorum et autorum a se allatos, generatim non assignatis operibus et paginis affert). Dein de forma baptismi quaedam investigantur. »Tolle aquam, non est baptismus, tolle verbum, non est baptismus« est notum illud s. Augustini. Quodsi concilium Carthaginense, aquam non causare, nisi consecrata et signo crucis signata, affirmat, id de ipsa forma baptismi intelligitur. Ab initio baptismus immersione conferebatur.

Sed mox etiam ablutione baptizabatur et hoc modo praesertim aegrotis sacramentum impertiebatur. De cuius valore cum dubitationes excitarentur, s. Cyprianus Charthaginiensis ad eum defendendum opusculum composuit. A saeculo IX. ablutio in multis occidentis ecclesiis introducta ac magis magisque diffusa est. Trina vero immersio propter distinctionem trium personarum praesertim contra Eunomianos postulabatur (ita Theodoretus). Clementis Rom., Hermae, Iustini, Irenaei, Origenis loci verbis claris testantur, baptismum etiam infantibus necessarium esse. Ultimus s. Augustinus affertur, qui baptismum parvolorum traditionem esse Apostolicam docet (De Genesi ad litteram l. X. ep. XXIII. n. 39). Explicata testimonia baptismi infantium in scriptura non sunt. In hunc sensum explicari potest s. Pauli I. Cor. VIII, 14. — Qui sit effectus baptismi, in s. litteris nova generationē (γεννηθῆναι ἀγνῶτεν Ioann. III, 7; λοῦτρον παλιγγενησίας) vocatur. In peccato originali duplex elementum occurrit, primum, iuste hominem irae Dei subiectum esse (Eph. II, 3). De quo fusius dein disseritur.

D. Bogdaševskij, Ekzegezičeskija zamětki (Analecta exegética) II. 196—217:

I. Matth. 4, 1-11: »Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo.« (Cf. Marc. 1, 12-13; Luc. 4, 1-14.) B. oppugnat Th. Zahn, (Kommentar zum neuen Testament. Bd. I.: Das Evangelium des Matth., Leipzig, 1903. S. 155, 156.) qui temptationem per solum influxum diaboli in sensitivam vitam (imaginationem) explicare vult. — II. Matth. 5, 33-37: »Iterum audistis, quia dictum est antiquis: »Non periurabis etc.« B. scribit — hic contra E. Rietschel, Das Verbot des Eides in der Bergpredigt (Studien und Krit. 1906, H. 3. S. 393—418), qui Christum D. hic non contra iuramentum generatim sed contra promissiones iuramento firmatas loqui affirmat. B. ait Christum sermonem facere de eo, ad quod enitendum sit, ut simplex affirmatio sufficiat. — III. Gal. II, 5: »Quibus neque ad horam cessimus subiectio, ut veritas evangelii permaneat apud vos (οἵς οὐδέ πρός ὥραν εἴξαμεν τὴν ὑποταγὴν).« Prof. Th. Zahn in commentario suo ad ep. ad Galatas (Der Brief des Paulus an die Galater, Leipzig, 1905, Kommentar z. N. T., Bd. IX.) loco »οἵς οὐδέ« legit »οὐδέ« tantum. B. hanc lectionem refellit; negari enim non potest, in omnibus codicibus, excepto D, in qua verba illa posteriore manu inserta sunt, οἵς οὐδέ legi; etiam in omnibus fere minusculis, item in melioribus translationibus ut apud s. Afrem Syr., s. Io. Chrysostomum, b. Theodoreum. Hinc non restat, nisi ut Gal. II, 4 δέ non opponendo sed declarando reddatur. — IV. Gal. IV, 25; τὸ γὰρ Ἀγαρ Σινᾶ ἔρος ἐστίν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ. »Sina enim mons

est in Arabia. Zahn (ib. S. 222) Ἀγαρ ab alexandr. vel Syr. quodam magistro interpositum esse putat. *B.* non plane consentit.

*D. Bogdaševskij*, Poslanie sv. Apostola Iakova (Epistola s. Iacobi apostoli explicatur) III. 439—463.

S. Iacobus apostolus, quomodo et quae principia theologiam spectantia hac in epistola docuerit, fusius enucleatur. In primis ab apostolo sententia propugnatur: ὁ γάρ θεός ἀπειραστός ἐστιν κακῶν (1, 13).

Quod vulgata quidem transfert: »Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat«; sed *B.* voci ἀπειραστός hunc sensum subicit: Deum ad malum nullo modo inclinari, ipsum a malo omnino alienum esse, non ab ipso tangi. Deus purissimum »esse« est; ὁ πατήρ τῶν φύτων (2, 17), luminarium caelestium, in quibus nubes non sunt; et quamvis hae sint mutabiles tamen in Deo ipso non esse transmutationem neque umbram vicissitudinis. Ut esse purissimum Deus dat ἀπλῶς (vulg. ἀπλῶς) scil. simpliciter et sine acceptione personarum. Cp. IV., 5, 6 legitur: πρὸς φθέγγον ἐπιποθεῖ i. e. ad aemultationem cupid, amat spiritus — spiritus Dei an noster? Melius sumitur lectio κατοικεῖν pro κατοικεῖν, non qui habitat, sed quam habitare facit (seminavit); porro πνεῦμα non ut subiectum sed ut obiectum accipiendo est, ex contextu vero Deus ut subiectum assumitur; hic sensus hinc eruitur: Deus ad aemultationem spiritum amat, quem in nos seminavit». — De Christologia pauca admodum in epistola continentur. Directe enim duo tantum loci (I, 1. II, 1) de ipso Domino agunt. In quibusdam locis sub voce »κύριος« non Deus sed Christus intelligitur (1, 7; 4, 15; 5, 10. 11). Reliqua quidem etiam ad Christum feruntur ipsoque ut fundatore novae fidei et domino gloriae (τῆς δόξης) continentur. Ita de Christo indirecte intellegitur I. v. 18 Βουληθεὶς ἀπεκάγοεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείᾳς. λόγος intellegitur ἔμφυτος (ἀπαξ λέγη) non innatum verbum. Hoc sensu verbum veritatis est »perfecta lex libertatis (1, 25)«, pout a lege V. T. differt, lex interna, non externa, quae est lex amoris, regni (2, 8). Lex prout est expressio voluntatis unius legislatoris organicam habet unitatem; quare laesio unius praecepti laesio est totius legis (II, 10. 11); hac lege omnes se in actibus dirigere debent (2, 12). Hanc doctrinam de lege a s. Iacobo traditam ex libris rabbinorum doctrinalibus haustam esse volunt, non videntes iam a Christo ipso dictam esse qui dixit: »qui solverit unum de mandatis istis minimis (5, 19).« — Vita christiana legi adaequata esse non potest. Quare christiana misericordia in iudicio opus est, ipsaque ab apostolo extollitur (2, 13). — Verbum veritatis, lex perfecta libertatis ex parte nostra ad effectum perduci debet. Quapropter frigidus quidam intellectualismus reicitur (»Estote factores verbi 1, 22). Etiam s. Paulus opera fidei postulat, sed Iudeis, ad quos scribebat, magis fides in Christum Deum inculcanda erat. Nonnunquam a quibusdam inter »iustificationem iusti« et »iustificationem iusti« distinguitur. *B.* sententiam tenet, gratiam sanctificantem interne ad statum iusti requiri, qui non solum iudicio externo Divino iustificetur. — Lex perfectae caritatis in viva fide praesertim per opera misericordiae operatur. In capite horum operum apostolus sapientiam (1, 5) ponit, non theoreticam sed practicam, eamque veram sapientiam, non humanam terrenam. Dein apostolus de mansuetudine sapientiae (ἐν πραστησι σοφίας) verba facit, de mansuetudine quae sapientiae innitatur (cf. I, 21). Sapientia dein patientiam (ὑπομένην) gignit, quae opus perfectum habet (1, 4). Christina doctrina sapientia munita acceptiōē personarum ignorat (2, 2). — Etsi epistola s. Iacobi quaestiones sociales non directe respiciat et pro consilio suo solvat, tamen plura in hunc finem praeclera docet. Eiusmodi sunt paritas servorum et dominorum, puam per se de regno Dei habent, lex perfecta libertatis et amoris, quae in N. T. valet, quod apud Deum acceptio personarum non est aliaque similia. Huc spectant quae apostolus de religione ut radice moralitatis et de fructibus fidei docet.

1. Ja. Roždestvenskij, *Analís XXXIX členov věry anglickanskoj církvi* (Analysis XXXIX. articulorum fidei ecclesiae Anglicanae instituitur) I. 469—490; II. 1—45; 165—196; 505—552.

De Ecclesiae auctoritate.

Habet Ecclesia ritus statuendi ius et in fidei controversiis auctoritatem, quamvis ecclesiae non licet quicquam instituere, quod verbo Dei scripto aduersetur, nec unum scripturae locum sic exponere potest, ut alteri contradicat. Quare licet Ecclesia sit divinorum librorum testis et conservatrix, attamen ut adversus eos nihil decernere, ita praeter illos nihil credendum de necessitate salutis debet obtrudere.«

In editionibus primis a. 1552—3 art. a verbis coepit: »Ecclesiae non licet quicquam.« Praecedens vero pars demum sub Elisabetha a. 1563 addita est, ut individualismus protestantissimi in rebus fidei mitigetur. Desumpta est haec pars, quae est prima articuli, ex Conf. Wirtemb., De ecclesia, VI., VII.: »Credimus quod haec Ecclesia habeat ius iudicandi de omnibus doctrinis . . . quod haec Ecclesia habeat ius interpretandae Scripturae.« Corp. et Synt. Confess., p. 133. Hardwick; p. 141, n. 4—144; Browne, p. 469, 470 Altera art. pars (»quamvis ecclesiae non licet . . .) de limitibus huius auctoritatis in explicandis scripturis agit et sicut generatim omnes articuli de Conf. Aug. (P. II. Art. 30, 34, 43) petita est. Tertia demum pars (»Quare licet eccl.) mutuam relationem ecclesiam inter et scripturam statuit.

Bene R. internam pugnam et falsitatem huius art. declarat. Conceditur plane hoc articulo, ecclesiam esse in veritate asserenda fallibilem. In 2. parte legitur: »ecclesiae non licet quicquam instituere, quod verbo Dei scripto aduersetur«, ergo potest hoc fieri, i. e. ecclesia defectibilis est. Iterum in 3. parte habetur: »praeter illos nihil credendum de necessitate salutis debet obtrudere«; cur non debet? Plane ipsam posse in veritate proponenda errare affirmatur.

Quem porro sensum illa verba de 2. parte: »nec unum scripturae locum sic exponere potest, ut alteri contradicat«, relinquunt, nisi eam etiam in hac re deviare posse? Hinc non de physica impossibilitate vel de essentiali nota indefectibilitatis ecclesiae intelleguntur, quin superioribus assertis contradicant. Porro nec logice uniri possunt: ecclesiae non licet quidquam instituere, quod verbo Dei scripto aduersetur, nec unum scripturae locum sic exponere potest, ut alteri contradicat. Cum ergo in 2. et 3. parte defectibilitas ecclesiae concedatur, quale est illud ius et auctoritas in fidei controversiis, quod prima pars ei attribuit? quam efficax in mentes subditorum? quis erit iudex de ipsa ecclesia, si errat?—

»Art. XXII. De purgatorio. — »Doctrina Romanensium de purgatorio, de indulgentiis, de veneratione et adoratione tum imaginum tum reliquiarum; nec non de invocatione sanctorum, res est futile, inaniter conficta, et nullis scripturarum testimonii innititur, imo verbo Dei contradicit.«

Articulus est negativus, polemicus et damnat praecipuos iuxta mentem reformatorum errores ecclesiae Romanae, quae causae separationis exstiterint. Quam futile sit, quam obiter contextus, per se patet v. g. cum de »adoratione« imaginum loquitur.

»Art. XXIII. Nemo in ecclesia ministret nisi vocatus. — Non licet cuiquam sumere sibi munus publice praedicandi aut administrandi sacramenta in Ecclesia, nisi prius fuerit ad haec obeunda legitimate vocatus et missus. Atque illos legitimate vocatos et missos existimare debemus, qui per homines, quibus potestas vocandi ministros atque mittendi in vineam Domini publice concessa est in ecclesia, cooptati fuerint et asciti in hoc opus.« —

Argumentam huius articuli ex confessione August. desumptum, primo inter XIII. art. a. 1538 cooptatum, indeque huc translatum est. Hardwick, p. 270. —

Art. XXIV. Agendum est in ecclesia lingua, quae sit populo nota. — »Lingua populo non intellecta publicas in ecclesia preces peragere, aut sacramenta administrare, verbo Dei et primitivae ecclesiae consuetudini plane repugnat.«

Idem articulus anno 1552—53 ita habuit: »Decentissimum est et verbo Dei maxime congruit, ut nihil in ecclesia publice legatur aut recitetur lingua populo ignota, idque Paulus fieri vetuit, nisi adesset qui interpretaretur.« Anno vero 1571 inscriptus est: »De precibus publicis dicendis in lingua vulgari.« Titulum in forma imperativi expressam esse, ut conclusionem demum de ipso articulo deducendam, quaeque directe in eo non contineatur, facile advertes. Prior illa redactio a. 1552—53 apologetica, altera Elisabethi a. 1563—71 polemica est. Prior non tam aliam praxim excludit, quam suam defendit ut decentissimam et maxime cum s. scripture convenientem; posterior praxim diversam, praesertim eccl. Rom. damnat.

Utraque unice in s. Pauli I. Cor. XIV. innititur. Prior theoretice quaestionem considerat et condicioneate, permittendo implicite interpretationem, solvit; posterior rem practice considerat, solummodo de lingua precum, non s. scripture vel symboli etc. neque de lingua liturgica extra ecclesiam verba facit, rem ergo plane et absolute non definit. —

Art. XXV »De Sacramentis.« — »Sacraenta a Christo instituta non tantum sunt notae professionis christianorum, sed certa quaedam potius testimonia et efficacia signi gratiae atque bonae in nos voluntatis Dei, per quae invisibiliter ipse in nobis operatur, nostramque fidem in se non solum excitat verum etiam confirmat.«

Duo a Christo Domino nostro in Evangelio instituta sunt sacramenta, scilicet Baptismum et Coena Domini.

Quinque illa vulgo nominata sacramenta, scilicet, Confirmatio, Poenitentia, Ordo, Matrimonium et Extrema unctione, pro sacramentis evangelicis habenda non sunt, ut quae partim a prava apostolorum imitatione profluxerunt, partim vitae status sunt, in scripturis quidem probati, sed sacramentorum eandem cum baptismo et coena Domini rationem non habentes: Quomodo nec Poenitentia ut quae signum aliquod visibile seu caeremoniam a Deo institutam non babeat.

»Sacraenta non in hoc instituta sunt a Christo, ut spectarentur aut circumferrentur, sed ut rite illis uteremur: et in his dumtaxat qui digne percipiunt, salutarem habent effectum: qui vero indigne percipiunt, damnationem (ut inquit Paulus) sibi ipsis acquirunt.«

Hic articulus tria complectitur: 1. Essentiam Sacramentorum, 2. numerum, 3. significationem, efficientiam, usum ipsorum. Prima pars (Sacraenta — confirmat) ex Conf. August., art. XIII. desumpta est: »De usu Sacramentorum docent, . . .« — Secundae parti locus mutilatus s. Augustini subest: »Sacramentis numero paucissimis, observatione facillimis, significatione praestantissimis, societatem novi populi colligavit, sicuti est Baptismus Trinitatis nomine consecratus, communicatio Corporis et Sanguinis Ipsi; et si quid aliud in scripturis canonice commendatur (Epist. 54, Op. T. II.)«. Similiter habet apologia Conf. August. (Conf. et Expos. fid. chr. cap. XIX.), sed Calv. Inst. l. IV. c. 19 in usum 5 reliquorum Sacramentorum multo vehementius invehitur »quinque false nominata sacramenta«. S. Augustinus immerito invocatur. Eius enim verba: »et si quid aliud in scripturis canonice commendatur« a reformatribus omissa, clare demonstrant, s. doctorem hoc loco numerum sacramentorum definire non intendisse (prout auctor bene notat p. 33). Articulus a. 1552—53 habebat: »duo SS., a Christo Dom. instituta, quibus natura SS. inest«, a. 1563—71 vero: »duo SS. evangelica« i. e. de quibus solis s. scripture narrat. Ista pars multum a symbolis continentis differt, magisque ad doctrinam Rom. eccl. appropinquat. —

Art. XXVI. »Ministrorum malitia non tollit efficaciam institutio- num divinarum. — Quamvis in Ecclesia visibili bonis mali semper

sint admixti, atque interdum ministerio verbi et sacramentorum administrationi praesint, tamen cum non suo sed Christi nomine agant, eiusque mandato et auctoritate ministrent, illorum ministerio ut licet, cum in verbo Dei audiendo, tum in sacramentis percipiendis. Neque per illorum malitiam effectus institutorum Christi tollitur, aut gratia donorum Dei minuitur, quoad eos qui fide et rite sibi oblata percipiunt, quae propter institutionem Christi et promissionem efficacia sunt, licet per malos ministrentur. — Ad ecclesiae tamen disciplinam pertinet, ut in malos ministros inquiratur, accusenturque ab his, qui eorum flagitia noevrint, atque tandem iusto convicti iudicio, deponantur. — Articulus duplaci complectitur partem, dogmaticam alteram, alteram canonicam. In priore de valore Sacramenti, independenti a dignitate ministri sacramenti agitur. Illa quaestio de intentione ministri catholicis absolute necessaria ad valorem sacramenti potius silendo quam negando solvitur. — Art. XXVII. De Baptismo. — »Baptismus non est tantum professionis signum ac diseriminis nota, qua christiani a non christianis discernantur, sed etiam est signum regenerationis, per quod tanquam per instrumentum recte baptismum suscipientes ecclesiae inseruntur, promissiones de remissione peccatorum atque adoptione nostra in filios Dei per Spiritum sanctum visibiliter obsignantur, fides confirmatur et vi invocationis gratia augetur. — Baptismus parvolorum omnino retinendus est, ut qui cum Christi institutione optime congruat.« Articulus uas habet partes: de notione baptismi pars una, de baptizandis parvulis altera agit. Prima pars in articulis a. 1552 iam contenta, iterum in symbolum a. 1553 assumpta est, indeque in hanc formulam fidei transiit. Est vero haec pars nil aliud nisi copia Iae partis art. XXV., iuxta illud Augustini: sacramentum est visibile signum invisibilis gratiae, formata. Hinc eodem quo art. XXV laborat defectu, scil. essentia illius connexionis internae gratiae cum externo signo non declaratur, immo si paulo ulterius mentem verborum inspexeris, habitualem gratiam negari invenies. Effectus vero hi 4 enumerantur: 1. Unio baptizati cum ecclesia quae secundum protestantes in invisibilem et visibilem dividitur, quae divisio tacite etiam ab Anglie, eccl. admittitur (cf anal. art XIX. et XXIV), effectus ille primus baptismi seu unio duplice intellegi potest: a) ut sit susceptio in communitatem nomen Christi profitentium seu christianorum, b) ut sit adunatio ad invisibile et mysticum corpus ecclesiae seu ad communionem sanctorum. Anno 1552 legebatur: visibiliter inseruntur, a. 1553 »inferuntur« quod utrumque facile sensu externo sumi patet (inferre i. e. in numerum seu adnumerare). Hinc illae duae formulae priorem sensum ex supra positis exhibent. Quod a. 1563 loco »inferuntur« »inseruntur« (vel ab inserere inseminare vel ab inserere adnumerare) sumpserunt, ambiguitate de industria usi sunt. Similiter condicio huius unionis ambigua releta est (»recte« quod vel pro rite« vel pro »rite et digne« sumes), 2. Effectus alter baptismi verbis »promissiones — obsignantur« exprimitur. Quibus elementum negativum (remissio peccatorum) et positivum (adoptio, filiatio) ita exhibetur, ut ipsa unio eorum in gratia infusa omittatur. Immo cum vox »obsignantur« per »visibiliter« determinetur, iustificationem solum externe sumi sequitur. Hinc gratia habitualis (obiectiva) negatur, quod cum doctrina de: »causa obsignatoria institutionis sacramentorum« ut primario fine intento cohaeret. 3. »Fides (in baptizato) confirmatur.« Etiam hoc extrinsecus (subjective) tantum intelligitur, seu baptismus accipitur sub hae ratione causae testimonialis, seu potius causae representativa et declarativa. 4. »Gratia — augetur.« Hoc augmentum de gratia interna habituali non intellegitur iam ex ea ratione, quod »vi divinae invocationis« praemittatur, quae verba non tam formam sacramenti quam generatim orationem, ritum sacramentalem comitantem, designant (ita V. G. Browne, p. 667). — »Art. XXVIII. De coena Domini.« »Coena Domini non est tantum signum

mutuae benevolentiae christianorum inter se, verum potius est sacramentum nostrae per mortem Christi redemptionis. Atque adeo rite, digne et cum fide sumentibus, panis quem frangimus, est communicatio corporis Christi: similiter poculum benedictionis est communicatio sanguinis Christi. — Panis et vini transsubstantiatio in Eucharistia, ex sacris litteris probari non potest, sed apertis scripturae verbis adversatur, sacramenti naturam evertit et multarum superstitionum dedit occasionem. — Corpus Christi datur, accipitur et manducatur in coena tantum coelesti et spirituali ratione. Medium autem, quo corpus Christi accipitur et manducatur in coena, fides est. — Sacramentum Eucharistiae ex institutione Christi non servabatur, elevabatur, nec adorabatur.» Art. quattuor partes continet: 1. De essentia Eucharistiae eiusque effectibus agitur. 2. Transsubstantiatio negatur. 3. Christus Dominus non nisi spiritualiter datur et manducatur. 4. Usus sacramenti (catholicus) negatur — Quattuor articulos, qui sequuntur, summam referemus. Art. XXIX. De mandatione corporis Christi et impiorum illud non manducare. Sensus ex praecedenti art. patet. — Art. XXX. De utraque specie. Calix Domini (ex institutione et praecepto Christi) laicis non est negandus. — Art. XXXI. De unica Christi oblatione in Cruce perfecta. »Missarum sacrificia« dicuntur »blasphema figura et perniciosae imposturae.» Art. XXXII. De coniugio sacerdotum. Quod etiam episcopis permittitur, »ubi hoc ad pietatem magis facere (quam caelibatum) iudicaverint.« —

Art. XXXIII. Agit de excommunicatis vitandis »arbitrio iudicis competentis«. Cum persona iudicis competentis plane indeterminata sit, factum est, ut omnis iurisdictio ecclesiae Anglicanae ad saecularem potestatem abierit.

Art. XXXIV. »Traditiones Ecclesiasticae«. »Traditiones atque caeremonias easdem non omnino necessarium est esse ubique aut prorsus consimiles etc.« Art. tres habet partes: 1. Traditiones et caeremonias eccl. esse mutabiles. 2. Arguendus est, qui traditiones et caeremonias violaverit. 3. De iure, quod cuiilibet ecclesiae particulari competit, caeremonias aut ritus ecclesiasticos instituendi, mutandi aut abrogandi atque de limitibus huius iuris. Hic articulus omnino tacet de traditionibus apostolicis; neque traditiones particulares et locales a caeremoniis institutionis apostolicis vel conciliis oecumenicis sanctis ulla modo distinguit.

Art. XXXV. »De Homiliis. Catalogus Homiliarum« inscriptus est. Argumento huius 2. tomus Homil., — prior enim tomus tempore Edwardi VI. iam editus erat, — praesertim quaestiones controversae »pia et salutaris doctrina et his temporibus necessaria« inserviunt.

Art. XXXVI. »De episcoporum et ministrorum consecratione«. Libellus de consecratione archiepiscoporum et episcoporum et de ordinatione presbyterorum et diaconorum editus nuper temporibus Edwardi sexti, et auctoritate parlamenti illis ipsis temporibus confirmatus... Itaque quicumque iuxta ritus illius libri consecrati... statuimus esse et fore consecratos et ordinatos. Libellus hic ab Eduardo VI. editus, Maria succedente simul cum liturgia tota reformatus est. Sed cum Elisabetha regnum occupasset, auctoritate parlamenti rituale denovo mutatum est, qua occasione ritus consecrationis ordinum omnino omissus est. Nunc Bonner, episcopus Londinensis aliquie catholici, omnes ordines ab a. 1559 Eduardi regis collatos invalidos esse declaraverunt. Contra quos hic articulus ritus ab Eduardo VI. statutos defendit, emendationesque postea sub Elisabetha factas, solum minoris momenti esse affirmat (Hardwick, p. 128, n. 4.).

Art. XXXVII. de potestate agit, quam civiles potestates, praesertim »Regia Maiestas« in ecclesiam exercere possit. Quibus nimium conceditur, ut de ministris ecclesiae invigilare, disponere, iudicare possint, quod etiam orientalis ecclesia hac amplitudine exercendum negat.

Art. XXXVIII. »Christianorum bona non sunt communia«. Art. XXXIX. (ultimo). »Lieet christianis iurare«. Ratificatio horum articulorum subditur, quae ipsis in prima (a. 1563) et secunda (1571) editione regnante Elisabetha addita erat.

R. dein differentias undecim graves enumerat, quae inter fidem orthodoxam et hos articulos reperiuntur, quae tamen in ipsis non ita clare et determinate expressae sunt, ut mitigari non possint aut necessario unionem faciendam impediant. Sed semper aliqua difficultas gravissima restat, quae est in doctrina, qua s. scriptura statuitur unus fons salutis, cui ecclesia subicitur; quod etiam apud orientales ecclesias haeresis est. — Hi articuli longo tempore »articuli fidei« erant, et hucusque ab auctoritate legitima revocati non sunt, quamvis nostro tempore non ubique agnoscantur. Cum historia autem non concordat, si quis dicat »Anglicani hos articulos nunquam articulos fidei haberunt« vel hos articulos non explanare nisi »doctrinam in catechismo pro omnibus obligante contentam« (epistula ep. Graftonii, ib. p. 551). Sensus sane is tantum est, his articulis doctrinam anglicanae ecclesiae non absolvit, sed insuper liber inscriptus: expositio doctrinalis et liturgica requiritur, sicut in concilio 145. a. 1888 Lambetii habito 36 canone promulgatum est (Janyšev »Verene confessio eccl. Anglo-americanae sit catholica, orthodoxa confessio?« 1891, p. 12).

A. Ja. Roždestvenskij, *Analisis bogoslužebnoj knigi anglikanskoj cerkvi* (Analysis libri liturgici ecclesiae Anglicanae instituitur) III., 1—26.

Librum liturgicum ecclesiae Anglicanae consideraturi, non omnes 5 editiones, sed solum ultimam ex a. 1662 accuratius inspiciemus. Ad eam explicandam etiam primam Eduardi VI. aliquatenus ex his rationibus pertractare conferet. Nam 1. utpote prima editio a contagione protestantismi nati in »continenti« liberior erat; 2. eadem basis posteriorum editionum erat, verum auctoritas mutationes factas fidelibus semper minores exhibere studebat; 3. eadem Romanae ecclesiae maxime ex omnibus similis, idealis norma erat, quam ad usum deducendam, ecclesia episcopalis Anglicana intendebat, sicut Calvinae confessioni puritani appropinquare conabantur. Verum quidem est, a tempore quo Maria denuo res mutare coepit, usque ad hanc aetatem liber ille primus Eduardi VI nunquam si substantiae ratio habeatur ad usum plene deductus est; nihilominus etiam subsequentes novae editiones ex illa prima quaedam denuo assumpserant, et praecipue usus ille antiquus primus quibusdam locis adhuc viget. Quare in coetu a. 1882 Derbyi habito, postulatum est, ut illa editio Eduardi prima pro iis locis, ubi magis in usu esset, simul cum modo qui tunc obtinuissest approbaretur; quod licet ad tempus reiectum sit aliquando fortasse eveniet. — Liber liturgicus considerari potest: 1. dogmatice, prout veritates fidei exprimit, vel secundum veritatem eius, quod fidei est; 2. prout ritibus et caeremoniis constat, iuxta externam formam, qua fides vestitur. Cum interna pars prae externa excellat, haec ab illa despendeat variaque sit pro condicione locorum et temporum, et ad unionem restituendam sola pertineat, dogmaticam partem tantum tractabimus. Eduardi VI. editio liturgica fere est liturgia Romana contracta. Plura ex tribus partibus, breviario, missali, rituali omissa sunt. Ex breviario v. g. Tertia, Sexta, Nona deletae sunt; ex missa ipsa substantia abiecta est cum non sit sacrificium sed mere ritus communionis evaserit. Sola prima editio Eduardi VI. retinendo psalmos introitus, collectam (sed non de proprio sanctorum), epistolae et evangelii lectionem, ritum Romanum imitata est. Ex rituali denique sacramentalia, invocationes, deprecations pro variis necessitatibus, fere omnia omissa sunt. Hinc apparet, quae dispositio argumenti libri liturgici sit: matutinum, laudes, prima — vesperae, completorium — ritus communionis cum introitu, collecta, lectione epist. et evang. diebus dominicis et festis — sacramenta publici et privati baptismi infantium (adulto-

rum a. 1662 denum additus), confirmationis; visitationis et communionis infirmorum — ritus introducendi feminam; — sacramentum ordinis in 2. editione Eduardi VI. adiectum; a. 1550 separatim editum erat. — Catechismus appositus est, qui explicationem symboli fidei, Pater Noster, decalogi continebat; insuper ritum funebralem et »comminationis« (praedictionis irae Dei in non poenitentes); postea a. 1604 doctrinam de sacramentis addiderunt. Postea saepius supplementa minoris momenti facta sunt, quaedam mutata; denum editio a. 1662 in gravioribus etiam rebus discrepans evasit. Liber liturgicus 15 partes continet, quae ex supra dictis iam notae sunt; mirum est, librum a. 10—14 incl. simplices ritus v. g. funebralem, comminationis etc continere; denum loco 15. consecrationem episcoporum, sacramentum ordinis poni. Ex his satis constat, praesertim si articulos 39 fidei supra expositos, etiam libro liturgico ad finem appositos, confers, quae interna dogmatica vis singulis ex 15 partibus insit. Quare in sequentibus articulis, assignatis partibus ibi tractatis ad supra relata delegabimus. — Hoe loco sermo est de introductione quadam libri liturgici, de matutino et vesperis, pars liturgiae mutabilis (scil. introitus, collecta, epist. et evangelii lectio) exponitur.

*M. Posnov*, O sud'ba h biblejskago Izraila (De sorte Israelis biblici). I. 490—513. Pars. III. (ad Rom. XI., 1—32).

Apostolus in II. parte (Rom. IX., 30, X., 21) internam rectitudinem absolutae voluntatis liberae Dei, qua omnes homines salvare, non vero indurare vult (Tim. II., 3—4; Rom. I., 16), demonstravit. In I. v. ep. XI. Deum noluisse populum suum abicere, prosequitur, quod toto hoc capite probat. Auctor singulos versus uberioris explicat ope praesertim interpretum Germ. ut sunt: Dalmer, Die Erwählung Israels; Hofmann, Die hl. Schrift; Weiss, Der Brief an die Römer; Cremer, Bibl. theol. Wörterbuch; Meyer, Kommentar etc.

Cum his auctoribus *P* non sine iudicio sano, quod paucis ostendimus, tenet — XI., 1 λέγω οὖν, non ἀλλά λ. Nam Israelem a Deo non esse reiectum apostolus iam superius, de fidelitate Dei eiusque missionibus sermonem instituens, implicite saltem ostendit. Idem nunc aperte exemplo ex Eiiae temporibus sumpto, quo Deus sibi 7000 tantum reliquerat nec tamen propterea populum abicerat, demonstrat. Sicut eo tempore, sic nunc reliqua pars Israelis in ecclesiam Christi intrat. Simul principium, quod Deus in salvando Israele observat, ab apostolo exponitur: Κατ' ἐκλογὴν χάριτος. Reliquias ergo salvari, non solum non reprobationem gentis adstruit sed e contra conversionem potius et salutem totius populi testatur; v. 7: Ὁ ἐπιζητεῖ Ἰσραὴλ aut τὴν ζῶντας δικαιοσύνην aut τὸν νόμον δικαιοσύνης; alterum *P*. propter contextum (v. 6) praefert. — v. 11: πταίσιν sensu peccati, offensionis in lapidem fidei sumitur (cf. Rom IX., 33), πιπτεῖ sensu iudicii, quod in populum propter hoc malum prolatum est. Eritne hoc iudicium aeternum, incommutabile? Simpliciter negative ab apostolo respondetur et v. 11, 12 demonstratur; v. 12 ἡττημα et πλήρωμα a *P*. non sumitur sensu numerico propter ἀδεῶν (v. 11), quod solum ad delinquentes ex Iudeis refertur; ἡτ. est damnum, quod Iudei ex salute excidentes passi sunt; πλ. impletio gratiae est etiam in iis, qui nunc excaecati sunt. Secundum Hofmann (Die hl. Schrift, S. 476) est diminutio Iudeorum, quatenus electioni suaे ut populi Dei non respondet; πλ. vero ille status, in quo denuo cum idea sua concordat. Praedicatio evangelii inter gentes apostolo non est solum medium ad finem, qui est conversio Iudeorum, sed praedicatio ut talis (ἐφ' ζῶν) Iudeos ad aemulandas gentes excitat; — v. 15 versui 12 respondet. Quantum emolumentum Iudeorum conversio sit gentibus allatura praedicatur: ἀποβολή et πρέσβηψις se habent sicut supra ἡτ. et πλ. — ζωὴ ἐκ νεκρῶν vel de resurrectione corporum vel sensu translato de augmento vitae christiana intellegitur. Contra primum est, quod non bene ζωή sed ἀνάστασις dicitur, dein exceptioni non bene respondet, cum illa post

resurrectionem Christi Domini iam sit debita. Contra alteram vero explicationem est, quod in fine saeculorum non augmentum sed potius defectio a fide erit. *P.* alterum sensum approbat, augmentumque praesertim quoad intensionem gratiae admittit; illam deflectionem a fide divisionem potius plenam inter bonos et malos existimat. Magnam illam Iudaeorum conversionem fieri posse, v. 16—24 ab apostolo exponitur: ἀπαρχῇ initium et totum — radix et rami internum nexum inter magnos patriarchas et populum totum ostendunt. Quomodo Iudei incredulitate de oliva exciderint, quaeritur. Ut quis de oliva sit, tanquam condicio fides postulatur. Populus Israel et communio salutis non sunt idem; v. 20: »Noli altum sapere, sed time dicit apostolus, ne gentes pro Iudeis electae in superbiam incidunt; v. 25: ἀπὸ μέρους *P.* non numerice sumit, quia sensu numero μέρει τοῦ Ἰσραὴλ dici oporteret. Sensus est quoad tempus, proverbaliter: antea usque huc — opponitur posteriori, sequenti. V. 26: Καὶ οὕτω sicut κάτε tunc: etiam aliter. — Ηλέτιον Ἰσραὴλ sensu proprio sumitur propter contextum, in quo de hoc populo est sermo et propter finem, quem apostolus intendit, ne christiani ex gentibus superbiant. — V. 26: Ἡλέτιον εἰς Σώμα ὁ βαύμανος, apostolus magis translationem LXX quam originalem textum sequitur, licet etiam LXX. legat: Καὶ γέγονεν ἐνεκεν Σώμα; alii primum Christi adventum alii melius secundum intelligunt (Hofmann, Die hl. Schrift, S. 500). — V. 28: Κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον ἔχθροι διὰ ὑμᾶς supplendum θεῷ; Iudei secundum evangelium inimici sunt Deo propter gentes scil. Deus infidelitatem Iudeorum punivit, conferendo evangelium gentibus, Κατὰ δὲ τὴν ἐκλογὴν ἀπαγγεῖλοι διὰ τοὺς πατέρας: Iudei propter electos amici sunt Deo. — V. 30, 31 futuram condicionem Israelis quoad gentes aliqua ex parte explicant: gentiles ab initio inereduli, dein misericordiam consecuti propter incredulitatem Iudeorum; Iudei nunc increduli postea propter gentes misericordiam consecuturi. V. 32: Συνέκλεισεν γάρ ὁ θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπειθεῖν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεῖσθαι: »τοὺς πάντας« Hofmann ad Iudeos tantum refert (l. c. S. 507); et ratio eius quia apostolus in superioribus versibus principaliter sortem Iudeorum dilucidat, sane probabilis est. Sed ad omnes, tum Iudeos tum gentes, pertinere, facile concedes, si memineris, apostolum loqui de conversione plenitudinis gentium (v. 25), parallelismum Iudeos inter gentes instituere (v. 30, 31), denique si eius consuetudinem generalizandi respexeris (IX., 16, 18).

In v. 1, ep. XI. apostolus probandum assumpsit, populum Israel a Deo non esse abiectum. Ipsum enim Deum sicut nunc, sic prius iam egisse. Maiorem quidem partem Israelis iusta poena percussit, sed intentionem suam Deus non mutavit. Non enim sunt salute privati, et membra populi electi secundum naturam manent. Intentiones Dei porro eiusmodi sunt, ut per conversionem gentium ad aemulationem Israel excitet et ita omnem populum salvet. Deum non paenitet, Israel a se electum esse. Finis ipsius idem quoad gentes et quoad Israel omnes in inobedientia conclusit, ut omnium miseretur. Denique apostolus Deum summis laudibus pro infinita sapientia et ineffabili misericordia effert. Quo capite (XI.) »theodicea Paulina« ad Romanos concluditur. —

*Th. J. Titor.* Perepiska Moskovskago mitropolita Makarija Bulgakova (I. 513—531; II. 395—430; III. 121—139, 478—496.)

T commercium epistularum archiepiscopi edere pergit (cf. Trudy Kiev. dub. Akad., mart., 1907) modo supra adumbrato; epistularum series a numero 51. continuatur. Argumentum epistularum va. ium est de laboribus litterariis, de personis publicis, de rebus domesticis et similia.

*E. Ferralev.* Russkij doreforemnyj byt i christianskie idealy (De Russicarum rerum ante reformationem condicione et ideis christianis, I. 531—548, II. 45—64, 584—617; III. 67—95).

Liberi potissimum lege paterna gravabantur. Saltykov hanc tristem imaginem depinxit in opere suo: »Gospoda Gogolev», ht. 1.

»Semejnyj sud«. Filius quidam de peregrinatione redux, cum tremore donum paternam contemplatur. Unus est ex illis, qui matri suae exosunt. Infelices pueri bene multi, quorum totum infortunium totaque culpa in eo erat, quod matri suae non placebant. In aliis familiis sat multis pater totam vexavit domum; quod etsi bonam educationem impediret, minus tamen noeuit, quam si ipsa mater crudelis erat, quia tunc saltem mater auxilio consolationis erat. Ubi in familiis illa licentia et libido dominabatur, ibi liberi tacebant et simulabant. Infans, quam primum loqui coepit, didicit, penes quem, patrem an matrem dominium esset; hunc adulabatur et de aliis deferebat. Dein astutias, etiam ii, qui male tractabantur, excogitabant, ut sibi ad tempus saltem consulerent. Saltykov bene hoc depingit; lege: »Pošeňonskaja starina, hl. III. Eius mendacia utique initio parva erant; ipse furatus est de horto vel mensa, tamen dixit et paene credidit, Stephanum fratrem id fecisse. Sed malignitas cum annis crescebat totamque indolem corruptit. Simul incuria et durities adversus alios progrediebatur. Arbitraria libido parentum, lites domesticae, inepti sermones adultorum coram parvulis habitu moralem vitam liberorum depravabant. Passiones indomitae et dissolutae successebant. Mercatorum praesertim filii, vix e potestate patris elapsi, ita se licentiae vivendi dabant, ut in sermonem abiret. Filiabus vero illud valde infaustum erat, quod coniugia libertate destituta erant. Hac de re sunt: »Ostrovskej, in: Groza; Vospitannica, III. kar.« Melnikov, in: V lěsah, č. 1. hl. 13«; »Saltykov, in: Gubernskie očerki. V ostrogě: Matuška Mavra Kuzmoyna«. Feliciori sorte quam apud mercatores filii nobilium gaudebant. Sed etiam hic, non raro patres in liberis non nisi onus videbant (»Saltykov, Gospoda Gogolevy, hl. 1.« »Semejnyj sud«) Generatim autem filiis omnimodam curam impendebant, magistris et gubernatricibus etiam ex Gallia ascitis, domum implebant. Sed cultura illa externa defectum bonae educationis domesticae supplere non potuit. Sermones de lucro faciendo vel de vitiis aliorum ut plurimum habitu filiis audientibus, tenuem animam amorem virtutis non imbuebant. Valde etiam sensum humanum durities obtundebat, quam domini in subditos et domesticos servos exercebant. In domibus apertae lites, in palatiis nobilium fallacie et doli. Hinc non absque ratione Saltykov condicionem familiae ante reformationem inferno comparavit, Dobroljubov vero obscurum appellavit regnum. — Quamquam libido in familiis tam late dominabatur, tamen pars oppressa, paucis exceptis, se non opponebat. Unde hoc venit? Rationem non in defectu roboris sed in relationibus iuridicis invenies. Pars enim dominans non tantum vi sed iure etiam gloriabatur. Hinc naturae mitioris qui erant, humiliiter subiacebant, fortiores et firmiores ad dolos confugiebant (»Ostrovskej, in: Bědnost ne porok, 3., 6.«). Hunc modum agendi durum parentes legibus et actate sanctum habebant (»Saltykov, in: Pošeňonskaja starina, hl. III.«). Nam pater hanc auctoritatem ex scriptura, praecerto decalogi vindicabat, quod conscientiae maxime perniciosum erat. Hinc rigorismum quendam infantibus imponebant, cum minimum actum liberae dispositionis ut peccatum religionis damnarent. Praesertim ab a. 60 usque 70 saeculi elapsi magna idearum mutatio secuta est, ita ut filii modum cogitandi parentum in multis intellegere nec possent nec vellent. Hinc in multis familiis magnae discordiae oriebantur.

II. Status rerum ante reformationem publicus describitur. Sicut familia, ita et res publica. Liberos mendaces, dolosos, simulantes magna ex parte fuisse, supra vidimus. Facti dein patres familias, omnem curam cum damno etiam rei publicae in bona familie conservanda et augenda impendebant. Firmiter paterno solio adhaerebant, quod solum tempore illo patriarchali in bonum cedere potuit. Maxime defectus omnis fere caritatis proximi sentiebatur. »Maior pars populi nostri notat Ušinskij (O nraystvennom elemente v russkom vospitanii, autor p. 46), praecceptum caritatis ad domesticum ambitum restringens,

nullas obligationes ad proximum sentiebat. Leges tantum domesticae agnoscebantur, cetera omnia non nisi inimica calliditas existimabantur, proximus omni iure destitutus esse videbatur».

Sane non omnes nobiles dominium quoddam effrenatum exercabant; etiam inter ipsos pauci licet tamen aliquot nobiliores animae numerabantur, quamvis neque hi omni cupiditate aevi sui carerent. Ex iis erat Stephanus Mihajlovič (Aksakov, Semejnaja bronika). Qui luxus praesertim aurea aetate Catharinae florebat inter opulentos nobiles, cum valde pretiosus esset (septem servi unum leporem prosequabantur, unus domi frumentum deterrebant), dum minus ampli et divites agris excolendis aliisque industriis pecuniam faciebant. Ultimo tempore typus horum praevalebat; nam condiciones vitae difficiliores erant et nobiles ex aevo Catharinae cum arcis argento et cupro refertis iam pauci admodum erant. In his praesertim defectus motivi honesti, quo in laboribus et studiis ducerentur, deplorabatur. Sola eis cura de rebus temporalibus, quomodo liberos vestirent, educatricem solverent, festiva veste uterentur et similia. Quo maior familia nutrienda, eo gravius iugum servis imponebatur. Propter nimios labores horum servi ab aliis dignoscebantur, utpote minoris staturalis debiliores, magis attriti; apud magnates vero meliore fortuna gaudebant, participantes aliquatenus etiam de ipsis nobilium conviviis. Talis medioecris dominus fortunae primo mane in pagum, ubi servi eius degebant, advenit. Toto die usque ad noctem aderat et servi sub eius oculis et baculo gravibus laboribus defatigabantur. Circa h. 8 breve ientaculum et ante h. 3 cenula erat, ex cibis non coctis sed propter parsimoniam temporis frigidis; eiusmodi vitae ratio, qua festivis diebus tantum coquebatur, sanitati utique non proderat. Servi pro sua familia sustentanda nocte furtim in agris suis laborabant, liberi leviores obibant labores. Altera species servorum, domestici, apud dominos opulentos bene se habebant; eo peius apud minores, quibus semper sub oculis erant. Generatim etiam iuniores domini mitiores erant quoad victum, vestitum, habitaculum, nuptias ineundas aliaque similia. Postea annis procedentibus semper magis et magis meditabantur, quo minus in servos impenderent, quo plus eis uterentur.

II. Evangelium lege amoris ut fundamento innitens, libertatem personalem statuumque inculcat. Quae libertas ad moralem vitam eiusque progressum exigitur. Nihilominus inter dominum et servum esse physicam et moralem differentiam, adhuc a 1858 ut doctrinam catechismi proclamabant. In servis solum mancipia. eorum utilitatem videbant; dignitatem humanae naturae eiusque iura nemo agnoscebat; quasi essentialis differentia paganorum statuebatur (»Starina«, »Nemožno srednij věkov« gl. 4. et alibi legitur). Ušinskij de nobilibus severo scripsit: »Moralitas non potest inveniri, ubi homo propter utilitatem iuribus suis privatur«.

Finis patriarchalis vitae inter nobiles in Russia in 19. Febr. 1861 incidit Quae antiqua conditio rerum plena populi divisione in maiores et minores continebatur. Nobiles et magistratus utpote omnipotentes dominabantur; ceteri timide subditi erant. Leges erant, sed a magistratis non observabantur. Omnia ad nudam dominationem in servos reducebantur. Totam Russiam aetate illa coloniam praepotenti alicui subditam existimare licet, in qua hic illis plene subiectis unus dominabatur. Leges quidem, quibus iura subditorum a libidine defendebantur etiam tunc habebantur; sed ut syllaba mortua seu idea abstracta omni vi in vita carebant. Huius rei tristes eventus etiam morales patebant. Nam nobiles, qui populum ad vitam honestam atque exultam manuducere debebant, ad sublime hoc munus idonei non erant. Magistratus vero quaestibus dediti, muneri suo deerant. Hos ut depingamus, diversos gradus describere opus non est. Qui opus a Gogol comp̄ositum et Revizor inscriptum contulerit cum libro, cui titulus est: Gubernskija očerkii a Saltykov editum, qui fuerit typus magistratus Russici et quam fixus

fuerit, facile perspiciet. In hac indole publici magistratus semper sibi simili unum quoddam lineamentum fere communione est: munus ipsis fons erat, ex quo subsidia vitae hauriebant; ad resistendum huic tentationi, moralis vis defuit. Quam tristis imago rerum, cum nobiles servos suos impuniti usque ad necem percutiant, cum mercatores creditores decipient, praedones in arcibus, pagis vagentur! Velut dittissimus quidam, in Volga flumine ex piscatorio artificio quaestum faciens, qui centena millia in piscinis occupabat, subito sine ratione piscaiores expulit, qui timidi eum naviculis suis aufugient. Librum non magnum, cui titulus »Slovesnaja kroha blěba« a Kohanovskaja compositum, perlegat, cognitus, quam incerta atque ambigua iura singulorum fuerint. Dissensionibus in pago exortis, ecce comissarius publicae securitatis advehitur, fere nihil inquirens ordinem breviter restituit; quomodo? minis hic, illie verberibus. Abit, deductus fletu et lamentationibus. Quo usque timor ille magistratus processit! Indoles Russica semper hospitalitatem fovebat atque operibus misericordiae dedita erat. Sed etiam hac in re vexabantur simplices et magistratus eos suspicabantur (Saltykov »Gubernskie očerki. hl. 7. — V ostrogě: Arinuška). — Ex dictis constat, in illa condicione patriarchali saepe vim pro iure regnasse-

Discissus totus populus in dominos et servos erat. Hi utique, non tamen illi excusantur, si propter duram sortem suam in statu quadam rudiore ac minus exulto remanebant.

B. Gorodskij, Uklonenija i reforma rimsko-katoličeskago kulta na zapadě (Quomodo cultus Romano-catholicae ecclesiae in occidente collabatur et reformetur) str. 64—89.

Quae sit condicio ecclesiae catholicae, dum modernistae pugnam inter clerum altiorem atque inferiorem, inter clerum et laicos concitare student, primum describitur. Dein placita reformatorum quo ad breviarium emendandum approbantur et exemplis illustrantur. Nonnulla enim prorsus sunt facta v. g. Constantini baptismus a Silvestro collatus; alia legendaria, ut s. Alexii abscondita vita; alia iterum moderno tempori, ut dicitur, minus apta, v. g. 31. maii, noct. II. lect. I. de rege Ferdinando: »id praestitit in primis haereticos insectando, quos nullibi regnorum suorum consistere passus, propriis ipse manibus ligna comburendis damnatis ad rogum adyehebat«. Post breviarium emendandum ad vitam quorundam modernorum sanctorum transitur, ex quibus vita s. Filomenae iuxta opus »Mons. Giuseppe Prof. Cascioli, S. Filomena Vergine e Martire: memorie storico-archeologiche: suo cultu: suoi prodigi con Appendice della Pia opera di S. Filomena e preghiere alla stessa sancta« ad crisin revocatur. —

Sermones habiti referuntur hi: A. Dmitrievskij, Ad iubilaeum Societatis Russicae Palaestinensis ante 25 a. fundatae celebrandum; Vl. P. Rybinskij, necrologus de Bulgakov vita et studiis habitus; A. Glagolev, Laudatio funebris de Bulgakov prolata in exequiis. —

D. V. Znamenskij, Iz etjudov o Kantě (Studia de Kantio proseguitur) II. 552—583; III. 41—67.

Znamenskij agit de relatione Kantii ad metaphysicam explicans ut plurimum Paulsen »Kants Verhältnis zur Metaphysik«. Agitur late de duplice illa cognitione Kantii, speculativa, cui respondet mundus intelligibilis tantum, experimentalis altera, cuius obiectum sunt res in se, utique pro nobis ignotum X. Prima difficultas, quae occurrit, est de ideis Dei, animae, quae ex una parte ideae sunt ideoque sine obiectivo valore, ex altera parte autem ipse Kant eis realitatem tribuit. Altera est contradictione etiam maior in systemate Kantii, scilicet principium causalitatis esse de mundo intelligibili et simul in mundo experimentali ignotum X inniti huic principio. Quae ulterior difficultas ex eo sequitur, quod ne ignotum X quidem statuatur obiectivo valore praeditum, nondum soluta est.

N. S. Grossu, Osnovoj charakter propovědi sv. Ioanna Zlatousti  
(Quae fuerit forma atque indeoles sermonum s. Ioannis Chrysostomi III. 463—478).

S. Ioannes Chrysostomus inter martyres numerat, ad . generationem istorum virorum, qui plane atque omnino Christo Domino, exemplari suae vitae eiusque ecclesiae servierunt. Fuit ex illis, qui ecclesiam inter multa certamina ad victoriam perduxerunt. Sed obtenta pace ac tranquillitate ab externo hoste, secundae res et favor imperatorum primorum internam vitam fidelium in ipsa ecclesia debilitaverunt. Ita exente saeculo quarto multitudo quaedam in ipsa ecclesia erat, quam . Chrysostomus »faenum dignum igne appellabat, christiani sine veris virtutibus, sine operibus fidei, qui contenti, quod essent in sinu ecclesiae, vitam christiano dignam neglecebant. Quibus

Chrysostomus occurrere debuit. Magnitudo eius non tam in forma sermonis consistit, in qua ceteroquin inter primos oratores excellit; sed in vi oratoria qua maxime peccatores ad paenitentiam excitat, et paenitentibus veniam promittit.

S. P. Novyj Renan na německoj počvě (Novus Renanus in Germania editus) II. 548—573.

De Loosten opus novum edidit: »Iesus Christus iuxta psychiatriam consideratus Auctor bene ostendit, quae similitudo magna inter Renan et Loosten deprehendatur. Sicut Renani etiam huius libri argumentum potissimum in eo est, ut Salvatorem psychice hominem non normalem fuisse ostendat. —

Patres potissimum rebus domesticis solum intenti, munera et officia sua publica vel neglecebant vel etiam eis diversimode abutebantur. Exemplis multis ex litteratura Russica depromptis ostendit, quomodo patres vel ob filios in gymnasium mittendos vel propter filias in matrimonio collocandas dolos et fraudes in administrandis officiis publicis adhibebant. Valde tristis est imago, quam auctor de re publica administrata dolis, vi, fraudibus ad corrogandam pecuniam describit. Cuius alia ratio in eo versabatur, quod in educatione liberorum parum amor patriae respiciebatur. Dormitabat quidem ille in indole Russica et interdum etiam leonis instar prorumphebat; sed generatim ad res publicas se non extendebat. Hic defectus educationis et ille egoismus demestiens quandam virorum unionem ad bonum publicum promovendum mirum in modum et in singulis urbibus et in tota re publica impediabant. Hinc ubi primum unius et alterius commoda se tangebant vel magis etiam, si se invicem oppugnabant, loco amoris rei publicae egoismus omni vi prorumphebat et usque ad apertas inimicitias cresebat. Quare fiebat, ut audaces et fortes gauderent, leniores vero et mitiores succumberent. Si legislationem eius aetatis spectabis, eam etiam patriarchalem i. e. simplicem, immediatam, et quae singulorum conscientiae iura aliorum relinquat invenies. Qui certe defectus totius organismi publici novo ordine rerum, quo quisque iura alterius etiam poenis servare docetur, feliciter tollitur. — Si quis statum, qui ante reformationem fuit, nosse vult, formam iuridicam nobilium et subditorum seire debet, qua penes illos nobiles omnis potestas erat. Nobiles illi divitiis abundantes, voluptatibus dediti in suis arcibus vitam iucundam et mollem degebant, duri et crudeles in subditos pagos, in quos omnem potestatem exercabant, adversus superiores principes devoti et adulantes, ita ut in iniusta etiam causa ab eis defendenterentur.

S. V. Savinskij, Rěč pred zaščitoj dissertationij »Eshatologičeskaja běseda Christa Spasitelja« (Kiev 1906) II. 445—456. Prologus ad dissertationem de habito sermone in ultima cena Christi Salvatoris.

S. Christum Dominum suam de regno aeterno doctrinam non ex apocryphis iudaicis, sed ex sua vita, quam habet in Patre, hausisse

demonstrat. Nam »regnum Dei« non est in terrenis gaudiis neque fructus est evolutionis generis humani seu eius activitatis, sed felicitatem eam, quae in unione cum summo bono consistit, significat. Ad doctrinam stabilendam, cura auctoris fuit potissimum in eo, ut ostendat, sermonem in ultima cena prolatum genuinum esse et integrum. Concludit notis verbis: »Feci quod potui, faciant meliora potentes.«

N. I. Petrov, *Avtobiografičeskija zapiski preosv. Irenieja Falkovskago*. Cast' I. (1762—1783 g.). Adnotationes illust. Irenei Falkovskij de sua vita. Pars I. (1762—1783 a.) II. 456—480.

Illustr. Irenaeus Falkovskij fuit episcopus Cigirinskij, coadiutor metropolitae Kieviensis. Qui ab a. 1784 partes professoris academie (universitatis) Kieviensis obibat atque ingenio et doctrina celeberrimus ibi a. 1823 vita defunctus est. Prima haec pars autographi propriae vitae de educatione domestica et studiis in academia Kieviensi extraque Russiam peractis agit.

N. M. Drozdov, *Pamjati professora V. I. Modestova* (Memoria profes. B. I. Modestov celebratur) II. 217—275.

B. I. Modestov, 13.II. 1907 Romae mortuus, studio antiquitatis (Taciti etc.) celeberrimus. *D. de eius vita et studiis coram acad. spir. Kioviensi* 14. V. 1907 hunc habuit sermonem.

Th. I. Titov, *Razjasnitelnye paragrafy po istorii zapadno-russkoj cerkvi. Vynuzdennyj otvet* (Analecta, quae historiam ecclesiae Russicae in occidente dilucident. Defensio). II. 275—312). — A. elapso (1906) fasc. decembr. h. period. professor Golubev eodem de argumento disseruit. *T. quendam monopolismum scientiae, elationem contra alios et exaggerationes ei exprobrat.*

N. A. Špačinskij, *Obščij vzgljad na istoriju Kievskoj eparhii v polovine XVIII. stoljetija* (Conspectus generalis historiae episcopatus Kioviensis medio saeculo XVII. proponitur). II. 430—445.

S. hunc sermonem praemisit dissertationi sua: »de Arsenio Mogilenskio, metropolita Kieviensi atque de statu huius metropolis sub eius administratione (1757—1770).«

V. P. Rodnikov, *Duhovenstvo i političeskija partii v drevnem Novgorodě* (Clerus et partes politicae, quid in vetere Novgorodio fecerint). II. 338—351.

R. multis fontibus innixus, prospectum quendam historicum antiqui Novgorodii exhibet. Imago, quam describit, discordiis et litibus plena est. Quae potissimum ex magna differentia in rebus temporibus oriebantur, cum tamen pauperes et divites aequalibus iuribus fruerentur. Ita chronista collectorum Russicorum annaliūn (P. S. R. L. III, 60): Frater fratri invidet et ex invidia alter alterum comedere paratus est; iuramentum inter nos damus et illud rursus transgredimur. Ex serie perturbationum domesticarum continua audis v. g. ad a. 1209, a Novgorodensibus Dmitrovum quendam nobilem eiusque consanguineos pro rapinis factis punitos esse expugnatis et expoliatis eorum arcibus. Clerus vero in his litibus partem non habuit, et oppressi in ecclesiis saepe se suasque res absconderunt, ut R. exemplis allatis demonstrat.

V. Z. Zavitnevicić, Čto sléduet ponimat' pod tak nazyvajemym »razryvom« russkago intelligenčnago obščestva s narodom (Qnomodo illa disiunctio, quae in Russia inter doctos et populum obtinet, intellegenda sit). II. 351—395.

Non est dubium, quin disiunctio quaedam inter superiores classes et vulgus in Russia sit. Quodsi de vero sensu huius rei vel de momento historico quaestionem ponis, varia responsa accipis Communis sententia haec fere est. Cultum et progressum omnium partium organismi civilis una fieri non posse, historia omnium gentium testatur. Semper ubique quosdam relative paucos extitisse, qui hae in re dueas

fuerint, unde paulatim tota multitudo expolita sit. Plebem non esse derelinquendam sed ad illum cultum promovendam Ad illum laborem praestandum, doctos ius habere, Z. affirmat, sed eatenus tantum, quatenus principia ipsa huius progressus bona esse constat. In illo progressu cultus humani duas partes distinguere licet cultum materialem et spiritualem strictiore sensu intellectum; priori inter Russos in dies magis propagando nihil obstat. Sed quod ad posteriorem attinet, sunt quaedam sat gravia, quae in detrimentum praesertim religionis vergunt, quaeque efficiunt, ut non sine limitatione diffundatur.

*P. V. Tihomirov, Kuno Fišer († 21. Iunii). II. 617—641.*

Kuno Fišer, vita defunctus 21. Iunii 1907, vir celeberrimus, opere inscripto: »Historia novae philosophiae«, quod iam bis in linguam Russicam translatum est. Quae de vita eius īdole et doctrina propoundinguntur, desumpta sunt ex variis fontibus Germanicis.

*Ot. Židek.*

*A. Bulgákov: „О законности и действительности англиканской юрисдикции съ точки зрения Православной Церкви“.* Выпускъ I. Киевъ, 1906 („Quomodo validitas et legitimitas hierarchiae anglicanae spectata doctrina ecclesiae orthodoxae se habeat.“) Fasciculus primus. Kiev an. 1906; pp. IX.—185. pr. 1 rub.

Omnibus noti sunt conatus illi ecclesiae anglicanae, ut unionem cum ecclesia orthodoxa ineat. At haud parvum inter alia hoc erat impedimentum, quod ecclesia anglicana non satis bene de sacro ordine docere videbatur. Unde non parum sudabant et sudant theologi orthodoxi, ut hanc doctrinam anglicanorum benigne interpretari possint. Etiam A. Bulgakov, academiae ecclesiasticae Kioviensis professor huic operi manus admovit et iam prioribus annis hac de re saepius egit\*).

Neque praesentis operis propositum aliud est, nisi ut quaestio haec magis clarescat, praesertim cum post bullam Leonis XIII. an. 1896 magna in ecclesia anglicana commotio facta sit. Scriptor censet bullam hanc nimis raptim praecipitatam et magna cum ira et studio scriptam esse, cum causam principalem condemnationis in eo esse positam dicit, quod hierarchia anglicana independenter a Romanae curiae dispositiōnibus constituta sit (Главною причиною осуждения было то, что англиканская юрисдикция произошла безъ вѣдома римской куріи“ p. VI.) Cum inter theologos orthodoxos de hac re multae quidem controversiae agitantur (quidam enim valorem ordinationum anglicanorum admittunt, alii negant, alii de illarum validitate saltem dubitant) scriptor hoc libro totam quaestionem ad examen vocare se accingit (pp. I.—IX).

Disquisitio ipsa in duas dispescitur partes: prior evolutionem historicam doctrinae de ordinis sacramento in ecclesia anglicana detegere studet (p. 1—125), posterior — theologica id spectat, ut verus conceptus de ordinis sacramento atque de graduum hierarchiae distinctione stabiliatur. Hanc alteram partem scriptor usque ad S. Ignatium Antiochenum tantum perduxit (pp. 126—185).

\*) Къ вопросу объ Англиканской юрисдикции. Киевъ 1898 г., цѣна 40 коп. Стремленія англиканъ къ возстановлению древневселенской церковности въ Англії въ послѣднія шестьдесятъ лѣтъ, Киевъ 1894 г., цѣна 25 коп.

Pars I. Prima quaestio, quae tangitur, est validitas ordinationis Parker. Circumstantiis undequaque consideratis *B.* concludit ex ipsa ordinatione nondum quicquam concludi posse, totum nempe in hoc positum esse, utrum illo tempore anglicani ordinem habuerint pro institutione iuris divini an iuris humani, num conservarint fidem de origine divina sacerdotii (1—26). Primum documentum, quod nos in hac quaestione manuducere potest, sunt decem articuli fidei an. 1536 sub Henrico VIII. compositi. Licet doctrina de sacramentis, uti ex disputationibus episcoporum de his articulis apparat, integra remansisse videatur, tamen iam incipit quaedam ratio atque inclinatio (Cranmer eiusque asseclae) pullulare, quae manifesto ad protestantium placita accedit (26—44).

Eduardo VI. et Elisabetha regnantibus haec ratio iam aperte se pandit (42 articuli fidei a Cranmer compositi, Common Prayer Book) et formaliter et publica confessione ecclesiae anglicanae admittitur. (p. 44—62.) At et privatorum hominum et episcoporum theologorumque opiniones minime in ac confessione acquieverunt. Cum puritanorum factio confessionem publicam ut romanismo infectam oppugnaret, White-gift eam defendit etsi iuridicis potius quam theologicis rationibus innixus, quippe qui et ipse Calvini placitis esset imbutus. Post illum eodem modo cum puritanis dimicant Guker et Bancroft (pp. 62—76). Dein Bilson defendit apostolicam originem episcopatus eumque sequitur Overall sed contrariam doctrinam propugnat Field (76—86). Andreu sustinet etiam gratiam ad ordinem necessariam, sed archiepiscopus Abbot eam penitus reicit (86—90). Ex dictis appareat saec. XVI. (sub fine) et initio saec. XVII. doctrinam de hierarchia licet penitus habitum protestanticum induerit, tamen non habitam esse obligatoriam. Cum res ita sit, probabiliter dici potest tantummodo illos anglicanos, qui „altae ecclesiae“ (High church) adhaerent, doctrinam de ordinis sacramento in spiritu antiquae ecclesiae intellegere (pp. 90—94). Sequitur analysis doctrinae ecclesiae anglicanae, quae in libro A. Lowndes: „Vindication of Anglican orders“ New-York an. 1900, continetur; opus hoc pro publica anglicanae ecclesiae protestatione habendum est. Sed neque ex hoc libro quicquam certi colligere possumus. Id tantum clarum esse videtur: ecclesiam anglicanam agnoscere „existentiam oblationis eucharisticae et eorum, qui eam perficiant, quale fuerit eorum prototypon i. e. victima crucis et Summus Pontifex Dominus noster Jesus Christus“ („существование и жертвы и совершиителей этой жертвы соответственно ихъ первообразу, т. е. жертвѣ крестной и Первосвященнику Господу нашему Иисусу Христу.“ р. 112). Ceterum autem opiniones anglicanorum sunt incertae et obscurae (94—125).

Ut ostendatur quomodo ecclesia anglicana a reformationis initio a doctrina antiquae ecclesiae de sacerdotio aberraverit, scriptor quattuor sibi investiganda assumit: *a)* de origine ἱερονομίας et ἱεραρχίας; *b)* de obligationibus sacerdotio impositis; *c)* de relatione sacerdotii ecclesiastici ad „sacerdotium“ omnium membrorum Ecclesiae et *d)* de gradibus hierarchicis (p. 125).

Pars II. Hic *B.* priam propositionem evolvit eamque usque ad S. Ignatium Antiochenum perduxit (126—185). Doctrina S. Scripturarum (p. 126—161), doctrina „*Ιδαχή*“ (161—167), S. Clementis Romani (167—173), Hermae ,Pastor (173—175) et S. Ignatii (175—185).

De hoc opere utpote non absoluto hic iudicium ferre non possumus; quod vero solam huius libri materiam attinet, omnibus in eo contentis diligenter perpensis, nihil esse censemus, quod validitatem ordinationum ecclesiae anglicanae confirmet, immo ea omnino destruitur. Optimae operis proprietates sicut claritas, analysis perfecta fontium atque librorum, quae doctrinam ecclesiae anglicanae (de sacramentis praecipue) tractant, haud parum ad quaestionem solvendam conferunt. Alteram partem simpliciter optimam esse censemus neque quiequam a doctrina ecclesiae catholicae alienum in ea contineri (excepta opinione illa orthodoxorum, locum Ioan. XX., 15—17 de S. Petri „restitutione“ in ordinem apostolorum intellegendum esse p. 154). Sed ex alia parte notabilis libri defectus in eo est, quod de validitate formae sacramenti ordinis, quae in casu nostro plurimi aestimanda est, nullibi modo debito agit. Cum opera anglicanorum tamquam unguis suos digitosque noverit, de catholicorum operibus altum tenet silentium. Ne notissimum quidem p. S. Brandi librum: „Delle ordinazioni anglicane“, Roma, ed. IV, an. 1908 (extant etiam versiones: Gallica et Anglia) cognoscere se ostendit. Unde inaccurata et erronea de rebus catholicis profert (enf. ex. gr. p. VI., 17—18): et aliquando rem meritis coniecturis probare conatur (velut de validitate ordinationis episcopi Barlow pp. 15—16).

Dr. Leonini.

### Страницы. Strannik 1907, II. n. 7.—12.

Архим. Theodor (Pozděvskij), Kazanskaja ikona Božiej Matери (Imago B. M. V. Kazanensis) 7—18.

Imago B. M. V miraculosa inventa est a. 1579; usque ad a. 1904 servabatur in ecclesia monasterii monialium (Bogorodickij). unde a. 1904 a furibus (Cajkin et sociis) rapta est. In Russia sunt plura exemplaria huius imaginis: ideo nonnulli putabant archetypum adhuc servari Petropoli in ecclesia „Kazanskij sobor“. Th. contra una cum J. Pokrovskij sine ulla dubitatione affirmat, exemplum primum sublatum esse. Ipsum hoc imitatum erat exemplar illius imaginis, quae s. Lucae evangelistae adscribebatur.

Prof. A. J. Almazov, Temnyja storony našego duhoovenstva (Quae in clero nostro minus probanda sint) 19—53, 337—51, 482—96.

Ex quaestionibus, quas sacerdotes ad „Cerkovnyj Věstnik“ mittunt, multa deduci possunt, quae sacerdotes minime decent. Pernulti sacerdotes omnia sua officia quaestus causa peragunt; lucri studium inter sacerdotes Russicos praevalere videtur. Non minus frequentes sunt contentiones honorum atque „ordinum“ (orden) saecularium (19—53). — Miserabiles sunt relationes sacerdotum et diaconorum inter se (337—51) et ad potentes „mundi huius“ (482—96).

S. Runkovič, Preosvjaščennyj Georgij Daškov v ego perepiske s. Petrom Velikim (Episcopi Georgii Daškov cum Petro M. litterarum commercium) 54—63. — Ex documentis archivi imperialis ex-promptum.

V. Il'inskij, Služenie ženščiny v hristianskoj cerkvi (De ministerio mulierum in ecclesia christiana) 161—177; 313—336; 541—556; 650—665. — Agitur de ministerio mulierum in Ecclesia primaeva (diaconiſſae), apud protestantes, in ecclesia catholica (ordines et congregations religiosae mulierum, praesertim „Sorores caritatis) et Russica (650—665).

Prof. Vl. Nikol'skij, Kommunizm vo světě hřristianstva. 497—524; 666—692.

Prof. A. Bronzov, Bezplodno-li hřristianstvo? (Religionem christianam non esse sterilem) II. 619—649.

Contra socialistas ac rationalistas fructus mirabiles religionis christiana defendit.

P. S-v., Sv. Ioann Zlatoust i Konstantinopol'skij dvor (De S. Ioannis Chrysostomi cum aula Constantinopolitana necessitudine), 625—640.

### Страницъ. Strannik 1908, I. n. 1—6.

N. E. Gumanizm i hřristianstvo (De humanismi ad religionem christianam relatione) 5—30. — Reformationem quae dicitur saec. XVI. esse fructum humanismi saec. XIV—XVI.

† Ep. Germogen, Moe prošlo e. 31—46; 153 186; 315—337; 494—518; 653—677; 801—829; II. 3—30; 186—206; 339—361; 481—491. Historia vitae privatae publicaeque Hermogenis episcopi Pskoviensis (\* 1819, † 1893).

S. Runkevič, Preosvja ščenyyj Nižegorodskij Pitirim v ego perepiské s Petrom Vel. (Pitirim, episcopi Nižnj-Novgorodensis cum Petro M. litterarum commercium) 231—247. Ex documentis tabularii imperialis petitum.

V. Troickij, Enciklika papy Piya X. ob učenii modernistov. 187 219; 338 367. Litterae encyclicae „Pascendi“ in Russicum versae cum brevi praefatione (187—192), in qua T. asserit modernismum esse consecutionem allatam discrepantia inter theologiam scholasticam (quae Aristotelis philosophiam s. Scripturae praeferat!) et traditionem christianam.

S. Troickij, Soedinenie cerkvej i modernizmu (De momento modernismi ad unionem ecclesiarum) 519—540. T. in prima parte (p. 523, 531) laudat conatus ac studia sacerdotis Gallici Morel († 1905 in Russia), qui animorum unionem inter Russos et catholicos praeprimis necessariam ac fovendam esse affirmabat (cf. Calvet, L' Abbé Morel et la Russie). In parte altera (531—540) affinitatem doctrinarum modernismi et „slavjanophilorum“ demonstrat. Utraque enim doctrina religionem ex interna experientia deducit, sensum rationi praeferit ac progressum docet. Progressus infinitus, quem modernistae tenent, falsus est; nec ecclesiae nec dogmatum evolutio admittenda est. Evolutionismus moderatus, quem „slavjanofili“ docent, admitti potest. Modernismus igitur temperandus est. Temperatus ad unionem ecclesiarum multum conferre poterit, quia unionem ecclesiarum modo pro unione in fide et doctrina, non vero pro externa unione sub primatu Romani Pontificis habet. Ita T. sentit, qui modernismi momentum nimis extollit, atque etiam geneticam modernismi cum „slavjanofilstvo“ coniunctionem (533) probabilem esse tenet.

Dr. F. G.

T. Myškovskij, prof. académiae artium Leopolitanae, „Взглядъ св. Иоанна Златоустаго на верховную власть св. Ап. Петра“ Івовъ 1908 цѣна 2 коп. („Quam notionem habuerit s. Ioannes Chrysostomus de principatu s. ap. Petri“) Leopoli 1908; pp. 114; pr. 2 K.

Liber quinque capitibus constat, quorum duo pro discussionis materia inserviunt, tertium ipsam discussionem continet, quartum — conclusionem, quintum appendicem.

Id proprium libri et singulare est, quod scriptor in primo capite (1—54) septem s. Ioannis Chrysostomi de Paulo apostolo sermones tradit eo consilio, ut ex modo loquendi s. patris de hoc apostolo appareat, quomodo apostolum gentium aestimabat et summis laudibus extollebat: notum enim est Chrysostomum s. Paulum sibi constanter

tanquam exemplar et normam proposuisse. At caput secundum (p. 55—70) ostendit, non obstante tanta ac tam profusa pietate erga s. apostolum, solum s. Petrum a s. Ioanne Chrysostomo pro supremo chori apostolici duce et ecclesiae capite habitum esse. Ruit igitur obiectio illa orthodoxorum, quae splendida verba et epitheta, quibus Chrysostomus Petrum ornat, ad solum honorem refert, ita, ut supremam Petri potestatem minime spectent. In hoc capite scriptor vix ac ne vix quidem omnes locos, qui Petri praerogativas tractant, fideliter recenset.

Tertium caput (71—92) bifarium dividitur. In prima parte (71—84) scriptor de natura et vi voculorum et appositorum, quae in capite antecedenti notavit, disputat ostenditque, ea in B. Petri potestatem supremam cadere. In parte secunda (84—92) generatim per summa capita, sed succincte de vi et ratione institutionis primatus in ecclesia catholica agit atque rationes, quae ab orthodoxis contra illam adducuntur, non sufficere demonstrat.

Conclusio (93—102) quaestionem de unione ecclesiac Ruthenicae cum Romana tangit. Scriptor demonstrat in unione Bresciensi duplex elementum divinum et humanum esse distinguendum; prius esse semper sanctum, perenne et vivificans, posterius — fragile, recto fine destitutum et ideo multa mala secum trahens. In appendice (103—114) inveniuntur: epistulae s. Io. Chrysostomi ad papam Innocentium et litterae huius ad illum et clerum populumque Constantinopolitanum.

Censemus hunc librum theologis utriusque ecclesiae quam maxime profuturum. Non continet opus hoc aliquid novi, sed claritas et sagacitas, qua quaestiones controversae tanguntur et imprimis honesta scriptoris sinceritas, quae longe ab est a quoquam humano respectu, omni laude digna sunt.

Dr. Leonini.

## SERBICA.

Prof. M. Stanojević, Нетачно празновање васкрсења в православној цркви и реформа календара. Београд 1908.

Principio christianismi duplice modo observatum est pascha. Quartodecimani cum Iudeis celebraverunt non curantes diem. — (Asia proconsularis) In Occidente prima dominica post 14. Nisan. — Saeculo tertio incipit etiam momentum astronomicum considerari.

Conc. Nie. unitatem vult in observatione Paschatis solum relate ad diem dominicam. Saltem Socrates non loquitur de eo utrum Concilium computationem Alexandrinam, an Romanam acceptaverit. Sed nonnulli patres ut Cyrillus Alex. mandavit ecclesiae Alexandrinae quotannis tempus paschatis publicari. — A tempore Caroli Magni totus mundus Christianus secundum tabulas Dionysii Exigui pascha celebravit. — Tempore Concilii Nicaeni recte dies 21. Martii sumptus ad pro die aequinoctii vernalis. — Eccl. Orientalis cogitat semper istum diem esse diem aequinoctii. — Erroneus est etiam cyclus 19. is. — Exinde oritur quod ecclesia Orientalis intra annos 1882—1907 solum octies recte etiam ecclesiastice pascha celebravit. — Ex. gr. a. 1880 pascha 20. Apr. celebratum est. — Aequinoctium vernale fuit 8. Mart. plenilunium

primum 14. feria sexta. Pascha debuit 16. Mart. celebrari. — Tamen cur sit celebratum. serius? Ideo, quia 21. M. sumitur pro aequinoctio. — S. enumerat varia conamina ad corrigendum kalendarium in Russia facta. — Iam anno 1830 fuit propositio facta ad correctionem sed ab imperatore reiecta

Praesenti tempore in Russia propositionem erroneam Maedleri dicit esse receptam. Ipse annum tropicum cum 365 d., 5 h., 48', 45" determinat.

Hanc computationem asserit acceptabilem. —

Ungvár.

Dr. *Julius Hadzsega*, prof. theologiae.

### Novi libri.

*Dionisije Miković*, iguman, Српско-православно бого-которско владичанство. (rec. Popović in Istočnik 1908, 141).

*Leontije Ninković*, jeromonah, Монографија манастира Јобричева са подружним црквама. (rec. Popović in Istočnik 1908, 142).

*Ilija Ivačković*, Из савремене богословије (rec. Markičević in Istočnik 1908, 312---314.)

**Bogoslovski Glasnik.** 1908 (XIII. XIV.).

*J. Ćirić*, Knjiga proroka Amosa (De libro Amos prophetae). XIII. 150—163; 281—311; XIV. 3—25, 129—55, 257—69.

Č. in exegesi bene instructus cum de prophetae persona, tempore, circumstantiis, in quibus vixerit, tum de exegesi ipsa et interpretatione agit.

*J. Ćirić*, Pesma o caru i nevesti (Explicatio psalmi 44) XIII. 129—136.

Hoc carmen primo aspectu profanum quidem argumentum prae se ferre, C. asserit, tamen iam antiquitus in usum liturgicum assumptum esse tamquam psalmum messianicum. Explicationem pure allegoricam, quam cum aliis tuetur Niglutsch, omnino reicit, cum explicationem historico-typicam certe optimam esse, affirmet. Sensu typico-praeconfigurativo regem Messiam eiusque connubium cum ecclesia decantari, incertum tamen esse, ait Č., ad quem psalmus sensu historico-litterali referatur.

Dr. *Dim. Stefanović*, Pastirske poslanie sv. apostola Pavla (De epistolis pastoralibus s. apostoli Pauli). XIII. 137—50; 339—344.

Authentia harum trium epistolarum argumentis maximè ex traditione desumptis munita et confirmata obiectiones a Schleiermachero et sociis prolatas optime positive et negative S. evertit.

*Rad M. Grujić*, Književna pisma mitropolita St. Stratimirovića (Epistolae St. Stratimirović metropolitae ad litteraturam pertinentes). XIII. 204—19, 311—24.

In archivio Karloviciensis metropolitae asservantur permultae epistolae huius metropolitae, quae nondum sunt editae. Nonnullas, quae pro literatura Serbica sunt maximi momenti, G. ad verbum refert.

»Glasnik« orthodoxae ecclesiae in Dalmatia 1908 nr. 3. aegre tulit, quod »Bog. Glasnik« versione Serbica (1908, XIII. 111) crisim operis Milaš de secundis sacerdotum nuptiis ex »Slav. lith. th.« desumptam typis tradiderit, quodque propositum »Slav. lit. theol.« laudabile esse dixerit. Quod primum attinet, id factum esse V. Maksimović respondet, ut audiretur et altera pars. Propositum »Slav. lit.

theol.« laudabile dictum esse quatenus refertur ad id ut dissensio inter orientem exorta modo pacifico dirimatur, non autem laudatum est, si commentarii hie adhibeantur ad propagandam ecclesiam Romanam in inter Slavos orthodoxos (XIII. 269—273).

*Rad. M. Grujić*, Gdje je osnov našim Narodno-Crkvenim Saborima? Quonam fundamento ecclesiastico-nationales congressus in Serbia innitantur.) XIV. 26—53.

Adversus Dr. Radić (Die Verfassung der orthodox-katholischen Kirche bei den Serben in Oest Ungarn, Werschetz 1877) argumentis historicis ab anno 877. incipientibus in medium prolati probat hos conventus sub imperio Austr. Hung. ab anno 1690 nihil novi esse in Serbis sed omnium hominum memoriam transcendere. Concedendum tamen esse officium et formam eorum limitataum et variatam esse ab imperio.

Hrvatsko-slovenački sastanak za sjedinjenje istočne crkve sa zapadom (De congressu Zagrabiae habito diebus 30. et 31. aug. 1908 pro unione ecclesiarum). XIV. 120—1.

Secundum »Kat. list« enumeratis iis, qui huic »parvo« congresui intererant, omnium quae lecta sunt tituli tantum indicantur, »cum ad nos ipsa non pertineant«, praeter ea, quae dr. D. Njaradi exposuerat. »Nos autem addimus«, dicitur in fine, »haec quoque non nisi pia desideria permansura, antequam gravissimum impedimentum unionis occidentis cum oriente corruerit, quod est superbum Romani papismi aedificium«.

## SLOVENICA.

*Dr. Jos. Gruden*, profesor bogoslovja **Cerkvene razmere med Slovenci v petnajstem stoletju in ustavitev ljubljanske škofije**. V Ljubljani 1908. Založila Leonova družba. Natisnila Katoliška tiskarna. (De statu ecclesiae inter Slovenos saeculo XV et de fundatione dioecesis Labacensis), 8<sup>o</sup> p. 146. 5 cor.

Patriarchatus Aquileiensis a temporibus Caroli Magni usque ad flumen Dravum se extendebat. Versus finem mediae aetatis patriarcha his remotioribus provinciis (Styriae meridionali, Carinthiae inferiori, Carnioliae et Comitatui Goritiensi), ubi Sloveni degebant et Austriaca sub dictione erant, minus providebat. Quod peius factum est, cum dominium temporale patriarchae in provincia Foroiuliensi (Friaul) a republica Venetorum occupatum esset et propter discidium inter Venetiam et Austriam suos fideles in austriacis partibus patriarcha nec visitare posset. Propterea maximi momenti fuit, quod imperator Fridericus III. episcopatum Labaci fundavit. Labacensis antistes in posterum non solum suas parochias, per Carnioliam, Carinthiam, Styriam et Istriam dispersas, gubernavit sed etiam munus visitationis nomine patriarchae in regionibus patriarchatui subiectis obiit. De hac re doctissimus Dr. Gruden, professor s. Theologiae Labaci. disserit cum fundationem Labacensis episcopatus exponens tum statum ecclesiae catholicae vitaeque religiosae in slovenicis regionibus saeculo XV tractans. Strenuus archivorum investigator quaedam nova maioris momenti publicare potuit, ut acta synodi a. 1449 Labaci habitu, protocolla visitationum a. 1493 et 1494 conscripta. Primus item monographice egit de episcopo Martino Petinensi et de Sigismundo de Lamberg, episcopo Labaeensi. Quae

In secunda parte sui libri de disciplina cleri et populi saeculo XV in finem vergente, agit, suspicionem nobis ingerunt, nostrates illius tempores meliores fuisse quoad mores quam incolas aliarum regionum imperii Germanici. Et ideo liber cl. Dris Gruden non solum localis valoris est, sed etiam ad historiam ecclesiasticam universalem spectat.

Dr. Stegenšek.

## PARS DISSENSIONIBUS INTER ECCLESIAM OCCIDENTALEM ET ORIENTALEM COMPO-NENDIS DESTINATA.

### Doctrina de Spiritu Sancti ex Filio processione in quibus-dam syriacis epicleseos formulis aliisque documentis ipsas illustrantibus.

Inter omnes ritualium librorum orationes quae liturgicam, ut ita dicam, de Spiritu Sancto theologiam exprimunt, praecipuum locum tenet illa solemnis invocatio quae in anaphora post Coenae commemorationem recitatetur proprioque epicleseos nomine designari solet. In hodiernis quidem byzantinis liturgiis, quae, ut notum est, vetustiorum fuerunt abbreviationes, invocatur Paracletus quin ipsius attributa vel manifestaciones enumerentur. In antiquis vero anaphoris cum ex Aegypto tum ex Syria oriundis Sancti Spiritus nomini apponitur epithetorum plus minusve longa series quae totam de tertia sanctissimae Trinitatis persona doctrinam quasi in compendio tradunt.

Litterarium hunc epicleseos stilum, qui postea fere communis evasit, iam inchoavere Apostolicae Constitutiones, Spiritum Sanctum invocando, „τὸν μάρτυρα τῶν παθημάτων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ“<sup>1)</sup>. Multo autem explicitius legitur in sancti Iacobi liturgia:

Demitte Spiritum tuum sanctissimum, dominum, vivificum, una tecum Deo Patre et unigenito Filio tuo assidentem, simul regnantem, consubstantiale et coaeternum, qui locutus est in lege et prophetis et in novo tuo testamento, qui descendit in specie columbae super Dominum nostrum Iesum Christum in Jordane fluvio et mansit super eum, qui descendit super apostolos in specie ignearum linguarum<sup>2)</sup>.

Eodem fere modo divinum Spiritum praedicat in sua epiclesi sancti Marci liturgia. Cum autem hic primum in epiclesi memoretur eiusdem Spiritus Sancti processio, non ex Filio quidem, sed ex Patre, operae pretium erit illam quoque exscribere formulam, quae huic nostro speciali proposito viam optime faciet.

<sup>1)</sup> Brightman, Eastern Liturgies, Oxonii, 1896, p. 21, lin. 6—7.

<sup>2)</sup> Liturgiae sive Missae sanctorum Patrum, Parisiis, 1560, p. 19. Cf. Brightman, Op. cit., p. 53, lin. 21 seq., ubi graecum textum reperies.

Emitte Paracletum Spiritum veritatis Sanctum, dominum, vivificum, qui in lege et prophetis et apostolis locutus est, qui ubique adest et omnia replet, et operatur propria virtute — non ministerialiter — in quibus vult sanctificationem probeneplacito tuo, simplicem natura, efficientia multiplicem, divinorum charismatum fontem, tibi consubstantialem, *ex te procedentem*, in throno regni tui tecum sedentem et cum unigenito Filio tuo Dominino et Deo et Salvatore nostro Iesu Christo <sup>3).</sup>

Quod si iam codicem aperiemus in quo collectae exstant syriacae liturgiae, eandem in omnibus observabimus orationis structuram, non nullae autem oculis occurrent in quibus post expressam Spiritus Sancti ex Patre processionem insinuatur, quin immo directe asseritur, eundem etiam ex Filio procedere.

Una quidem, liturgia scilicet sancti Clementis Romani nomine cognita, hanc ipsam locutionem usurpat quae Orientalibus Patribus frequentior est: *Filius a Patre per Filium procedit*, quaeque, ut notum est, non re significata sed modo tantum rem eandem significandi ab altera differt Occidentalibus Patribus sollemniori sententia: *Filius ex Patre Filioque procedit*. Sic latine sonat ista syriaca epiclesis:

Obsecramus te, sanctissime Deus, mitte ad nos ex habitaculo regni tui aeterni et ex regione praesentiae tuae excelsae Spiritum tuum Sanctum, consubstantialem tibi et operatione aequalem, *qui a te absque initio procedit per unigenitum Filium tuum* et qui quo cumque tempore datur iis qui tibi accepti sunt, eosque qui te vident et intelligunt perficit et consummat: ut illabens <sup>4)</sup>

Cui loquendi modo non aliam quam catholicam respondere doctrinam iamdudum a theologis contra Photianos probatum est. Quin etiam, secundo ante Photium saeculo, sanctus Maximus homologeta, in sua ad Marinum Cypri presbyterum epistula, clare agnoscebat idem Latinos formula ex Filio intelligere ac formula per Filium Graecos. „Unam quippe, ait, Filii ac Spiritus causam Patrem neverunt (Latini): alterius quidem generationis modo: alterius vero, processionis: sed ut eum prodire significant (ἀλλ' ἵνα τὸ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσι)

<sup>3)</sup> Ἐξαπόστειλον τὸν Παράκλητον, τὸ Ηγεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ ἄγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιόν, τὸ ἐν νόμῳ καὶ προφηταῖς καὶ ἀποστόλοις λαλήσαν, τὸ πανταχοῦ παρὸν καὶ τὰ πάντα πληροῦν, ἐνεργοῦν τε αὐτεξουσίως οἱ θεοκονικῶς ἐφ' οὓς βούλεται τὸν ἀγιασμὸν εὐδοκίᾳ τῇ σῇ, τὸ ἀπλοῦν τὴν φύσιν, τὸ πολυμερὲς τὴν ἐνέργειαν, τὴν τῶν θείων χαρισμάτων πηγήν, τὸ οοὶ ὅμοιοις, τὸ ἐκ σοῦ ἐκπορευόμενον, τὸ σύνθρονον τῆς βασιλείας σου καὶ τοῦ μονογενοῦς σου Γιοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Brightman, Op. cit., p. 134, lin. 1—9. Cf. Renaudot, Liturgiarum orientalium collectio, ed. 2<sup>a</sup>, Francofurti ad Moenum, 1847, t. I, p. 141.

<sup>4)</sup> Renaudot, Op. cit., t. II, p. 191.

eaque ratione coniunctionem substantiae nullaque e variatione similitudinem demonstrarent<sup>5)</sup>.

Hanc ipsam de sententiae utriusque identitate demonstrationem confirmant aliae quaedam syriacae epicleses, quae istud insuper singulare habent quod clarissime de processione Spiritus Sancti ex Filio interpretantur illa Christi verba (Ioann., XVI, 14): „Ille (Spiritus) de meo accipiet“. sive ad confutandam Photii de his verbis cavillationem catholicis theologis novum adiumentum praestant.

Ut de minus explicitis ad explicitiora procedamus, epiclesim praemitto ex anaphora sancti Marthae desumptam, quae evangelicam locutionem absque ullo additamento recitat:

Miserere mei Dens, et mitte super me et super oblationem istam Spiritum Sanctum, Spiritum qui a te procedit *et a Filio tuo accipit*, perficitque essentialiter omnia mysteria Ecclesiae<sup>6)</sup>

Modus ipse hanc sententiam simpliciter enuntiandi iam perspicue, ni fallor, ostendit in scriptoris mente sermonem esse hoc loco non tantum de operatione in tempore et ad extra, sed de processione immanente et aeterna. Quod autem hic innuitur plures aliae epicleses expressis verbis asserunt, missis scilicet ambagibus dicendo Spiritum a Filio accipere quae substantiae sunt, accipere essentialiter, substantialiter. Ita enim legitur in tribus liturgiis quae sancti Xysti Papae Romani, Mathaei Pastoris et Ignatii patriarchae Antiocheni nomine insignitae asservantur. Sancti Xysti anaphora sic orat:

Propitius esto mihi, Domine, universoque gregi tuo et haereditati tuae, placitasque habe et sanctifica oblationes istas per illapsum Spiritus tui Sancti qui a te procedit ab aeterno et *a Filio accipit substantialiter*<sup>7)</sup>

Similiter Matthaei Pastoris liturgia:

Mitte Paraclitum Spiritum veritatis qui perpetuo a te procedit et *a Filio quee substantiae sunt accipit*<sup>8)</sup>

<sup>5)</sup> Migne, P. G., t. XCI, col. 135. Cf. Bessarion. De Processione Spiritus Sancti, P. G., t. CLXI, col. 395 seq., ubi, antequam eandem ponat explicationem quam supra Maximus, ita lectorem interpellat: „Audi quam plana, expedita et iusta, quaeque omnibus persuadere sufficient, Latini Latinorumque propugnatores atque huius opinonis defensores respondere possunt. Ἀκούσον ὡς ἀπλῶ τε καὶ δικαία, καὶ πάντας ἵκανά πεῖσαι, Λατίνοι καὶ τῆς λατινεᾶς οἱ προστάμενοι δόξης ἀποκρίνασθαι ἔχουσιν.“ Ceterum, argumenta de convenientia utriusque formulae per Filium et ex Filio mira perspicuitate collecta reperties in opere cui titulus Etudes de théologie positive sur la sainte Trinité, auctore Th. de Régnon, S. J., t. IV, p. 189, 199 seq., 240. — Neque vero dicant non tanti valere huius liturgiae testimonium, ob eam causam quod haud authentica sit. Nam, ut verbis utar doctissimi certe liturgicarumque rerum peritissimi Renaudotii, „qualiscumque tandem sit ista liturgia, ab interpolatoribus nihil passam illam esse certissimum est.“ (Renaudot, Op. cit., t. II, p. 200.)

<sup>6)</sup> Renaudot, Op. cit., t. II, p. 263.

<sup>7)</sup> Ibid., p. 136.

<sup>8)</sup> Ibid., p. 348.

Epiclesis denique Ignatii patriarchae Antiocheni, quae quidem praecedentibus longiorem formam præbet atque hac ipsa sua amplitudine ad liturgiam sancti Jacobi vel sancti Marci mentem revocat, eandem et ipsa assertionem profert:

Deus Pater, oramus per abundantiam misericordiae tuae substantialis et naturalis, mitte directorem illum Spiritum tuum Sanctum qui a te procedit et *accipit a Filio tuo essentialiter et ab aeterno*, qui supervenit in Virginem et purificavit eam atque in ea formatum est corpus sanctum unigeniti Filii tui, qui fecit nos tibi filios per gratiam tuam, quo perficiente divini et deificati fiunt. ut altaria quoque et templa, ad gloriam ministerii tui, ille ipse nunc veniat<sup>9)</sup>)

Spiritus Sanctus in istis epiclesibus dicitur a Patre procedere et a Filio quae substantiae sunt, ipsa sua essentialia, τὰ ὀντώδη, ut aiunt Graeci, accipere. Quibus verbis, inquit clarissimus Renaudot, orthodoxa doctrina de processione Spiritus Sancti ab utroque clare continetur: et haec locatio in liturgiis occurrit et codicibus quos latinas manus nunquam tetigisse certissimum est<sup>10)</sup>). Cum legem credendi lex statuat supplicandi, liturgicae illae orationes insigne profecto sunt orientalis traditionis monumentum auctoritate quidem quodvis aliud particulare testimonium hoc ipso longe superans quod non unius alteriusve scriptoris doctrinam pandat, sed ipsam totius syriacae Ecclesiae fidem aperte profiteatur.

\*

Ut ostendatur tamen quam altas catholica doctrina in antiquitatis solo radices figat, liturgiamque nihil aliud esse nisi quandam magis saeram magisque sollemnem traditionis vocem, haud abs re erit aliquot alios eiusdem traditionis testes producere, quorum depositio ad illustrandas liturgicas epicleses haud parum conferet.

Ut primum documentum citabantur ante hos ultimos annos Acta celebris illius concilii anno 410 ab Isaac et Maruta — illo eodem sancto Maruta cuius nomine insignitam unam ex supra citatis liturgiis notavimus — eo consilio habiti ut nicaena edicta ad usum Orientis renovarentur. Cuius synodi auctoritatem, iam a Renaudotio agniti, a Muratorio inter suas Antiquitates italicas et deinde a Dominico Mansi in Conciliorum Collectione inserti, nemini critico in dubium revocare licet post eruditas præclari Lovaniensis doctoris J.-B. Lamy neconon eminentissimi Cardinalis J.-B. Pitra investigationes qui syriacum textum diversis in bibliothecis invenerunt.<sup>11)</sup>)

<sup>9)</sup> Renaudot, Op. cit., t. II, p. 529.

<sup>10)</sup> Ibid., p. 540.

<sup>11)</sup> De hac Seleuciae-Ctesiphontis synodo anno 410 habita, quae maximi plane momenti fuit pro rebus Ecclesiae in Perside degentis, consuli possunt: T. J. Lamy, Concilium Seleuciae et Ctesiphontis habitum anno 410, Lovanii, 1868; J. B. Pitra, Iuris ecclesiastici Græcorum historia et monumenta, Romæ, 1864, t. I,

Porro, iuxta codicem ms. 62, Bibliothecae Nationalis Parisiensis editum a T. J. Lamy, in symbolo fidei quod concilii initio professi sunt Patres, ita declaratur fides in Spiritum Sanctum:

Et confitemur Spiritum vivum sanctumque Paracletum vivum qui ex Patre et Filio, in una Trinitate

Metaphrasim usurpo quam in suo opere Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta, t. I, p. XLVI, iuxta syriacum textum posuit eminentissimus Pitra qui haec notabat nunc minus recta: „In his verbis quae V<sup>o</sup> saeculo concepta dicuntur, scripta vero fortasse VIII<sup>o</sup> saeculo, certe ante Photium, certius in Oriente et procul ab Ecclesia latina, appendicula illa famigerata Filioque sine ulla ambage collocatur<sup>12)</sup>“

Sed codices nestoriani nuper a J. B. Chabot editi, in quibus Acta eiusdem concilii leguntur et quorum redactionem Chabot ac Guidi ultimis VIII<sup>i</sup> annis tribuunt, continent tantum hoc loco symbolum nicaenum sine additione Filioque. Non ideo tamen amittit omnino suum va-

---

p. XLIV—XLVI; *J. Labourt*, Le christianisme dans l'empire perse sous la dynastie sassanide (224—632), Parisis, 1904, p. 92—99. Acta vero ex syriaca lingua in latinam translata invenies apud *Mansi*, Amplissima Conciliorum Collectio, Florentiae, 1759, t. III, col. 1165 seq.; *J. B. Chabot*, Synodicon orientale Recueil de Synodes nestoriens publié, traduit et annoté d'après le ms. syriaque 332 de la Bibliothèque Nationale et le ms. K VI, du musée Borgia, à Rome, in Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque Nationale et autres bibliothéques, publiés par l'Académie des inscriptions et belles lettres, t. XXXVII, Parisis, 1902, p. 253 seq.

<sup>12)</sup> Expressioribus etiam verbis eruditus Lovaniensis doctor *T. J. Lamy* illius formulae auctoritatem vindicat. „Est-il (ce symbole) l'œuvre d'un faussaire? On l'a prétendu. Dans ce cas le faussaire serait un Nestorien ou un Jacobite. Car les manuscrits viennent de ces deux sources. Comme ces deux sectes ont fini par se ranger à l'erreur des Grecs sur la procession du Saint-Esprit à Filio, ce symbole resterait, quand même, un monument de l'ancienne foi syrienne. Mais rien n'autorise à rejeter ce symbole fort remarquable. Il est facile de se convaincre que les paroles: Nous confessons l'Esprit vivant et saint, Paraclet vivant qui est du Père et du Fils, ne sauraient être une interpolation latine. Car les manuscrits qui nous ont transmis ce symbole sont non seulement très anciens et de provenance diverse; mais ils viennent de l'Orient; ils sont écrits dans une langue tout à fait étrangère aux Latins; ils viennent de sectes séparées de l'Eglise romaine qui n'ont eu en ce temps-là aucune relation avec elle. Les mots syriaques qui signifient ex Patre et Filio sont de la même main que le reste du manuscrit; ils font partie intégrante du texte et il est manifeste que le mot ex Filio n'est pas une addition postérieure. Il n'est pas non plus une addition du scribe. Car ce scribe reproduit aussi le symbole de Constantinople. C'était la place pour l'addition du Filioque. Or il ne ne s'y trouve pas, preuve évidente que le scribe n'a pas ajouté ce terme lui-même.“ *T. Lamy*, Le concile tenu à Séleucie-Cté-siphon en 410, in opere cui titulus Compte rendu du troisième Congrès scientifique international des catholiques, II<sup>e</sup> Section, Sciences religieuses, Bruxellis, 1895, p. 268—269.

lorem codex a Lamy editus. Licet enim tempus non sit certum quo scriptus est ille codex 62, scriptura tamen nonum vel saltem decimum saeculum denotat, et pro fide Syrorum huius temporis argumentum praestat. Cf. *Chabot*, *Synodicon orientale*, p. 262, n. 5.

In eodem codice 62 Bibliothecae nationalis Parisiensis, post praedictam fidei professionem sequitur: „Quae est professio nostra et fides nostra haec quam a patribus nostris sanctis accepimus“<sup>13)</sup>. Revera testantur viri syriacarum litterarum periti haud pauca vel V<sup>o</sup> saeculo priora exstare documenta quae eandem de Spiritu Sancti a Filio processione doctrinam tenent.

Iam enim in *Doctrina Addaei*, quod opus est non IV<sup>o</sup> saeculo posterius, Spiritus Sanctus vocatur *Spiritus divinitatis Christi*<sup>14)</sup>, quae locutio etiam in Actis sancti Barsamiae, qui imperante Trajano martyrium passus est, occurrit. In Actis vero sancti Sarbelii, Trajani item tempore passi, Barsamias episcopus Sarbelium hortatur ut *Christum Dei Filium adoret Spiritumque vivum qui ex eo*<sup>15)</sup>. Similiter in Actis sancti Sallitae Spiritus Sanctus dicitur *vis vel virtus procedens quae procedit ex Patre et Filio*<sup>16)</sup>. Sanctus Ephraem, inter syros doctores facile princeps, in quodam hymno de Trinitate quem authenticum esse T.-J. Lamy demonstravit, processionem ex Patre et Filio expressis verbis profitetur<sup>17)</sup>. Jacobus Sarugensis, VI<sup>i</sup> saeculi scriptor monophysitarum haeresi imbutus aliquie plures evangelica verba *Spiritus de meo accipiet eodem sensu quo supra citatae epicleses frequentius usurpant.*

Ut huic nostrae dissertationi finem imponamus, insigne aliud universae syriace traditionis documentum proferre liceat. Illud sumam ex syriaca versione graecae cuiusdam homiliae de Christi baptismo, quae est inter homilias sancti Gregorii Thaumaturgi quarta (*Migne*, P. G., t. X, col. 1177—1190). En primo latinis vocibus quid habeat textus graecus

In cuius te nomine baptizabo? An in nomine Patris? At totum habes Patrem in te ipso et totus in Patre es. An in nomine Filii? At non est praeter te alius natura Filius Dei. An in nomine Spiritus Sancti? At semper una tecum est ut consubstantialis tibi et eiusdem voluntatis atque sententiae, aequalis potestatis ac paris honoris, tecumque ab omnibus adorationem suscipit<sup>18)</sup>.

<sup>13)</sup> *J. B. Pitra*, Op. et loc. cit.; *T. J. Lamy*, Op. cit., p. 268; *Mansi*, Concil. III, col. 1168, ubi professio fidei de Spiritu Sancto ita legitur: *Et confitemur in Spiritum vivum et Sanctum Paracletum de Patre et Filio*.

<sup>14)</sup> *W. Cureton*, *Ancient syriac documents*, Londini, 1864, p. 12 seq.; cf. p. 67.

<sup>15)</sup> *Cureton*, Op. cit., p. 43.

<sup>16)</sup> *P. Bedjan*, *Acta martyrum et sanctorum*, Lipsiae, 1890, t. I, p. 430.

<sup>17)</sup> *T. J. Lamy*, *S. Ephraem Syri hymni et sermones*, Mechliniae, 1882. 1889, t. II, p. 354; t. III, p. 242.

<sup>18)</sup> *Migne*, P. G., t. X, col. 1184. Ultimae propositionis graecum textum hic transcribam, ut illum lector cum syriaca interpretatione facilius conferre possit. Άλλα εἰς τὸ τοῦ ἀγίου Πνεύματος; Άλλα σύνεστι σοι διὰ

Nunc vero syrum interpretem audiamus

Te baptizans, in cuius nomine sanctificabo? Baptizabo te in nomine Patris? Sed aequalis es Patri substantia. (Baptizabo te) in nomine Filii? Sed te esse Filium Dei citra controversiam est. Baptizabo te in nomine Spiritus Sancti? *Sed ex te procedit* et tecum est aequalis aeternitate et maiestate<sup>19).</sup>

Loco istorum verborum: *Spiritus una tecum est ut consubstantialis tibi et eiusdem voluntatis atque sententiae*, syras interpres simpliciter ait: qui a te procedit, „paucis multa quae sunt in greco colligens in unum“, ut verbis utar J.-P. Martini qui hanc edidit versionem<sup>20).</sup> Evidens hic specimen habes in quo familiarem Syris de Spiritu Sancto scribendi rationem facile deprehendas. »Insignem hic locum habemus, ut recte notat idem J.-P. Martinus, de Processione Spiritus Sancti a Filio, cuius nullum vestigium in greco Testimonium sane in favorem processionis Spirritus Sancti a Filio fortius fuisset si haberemus id etiam in greco, ex una parte; attamen, ex altera, validius est etiam solum istud testimonium quam si graeca lectio ei consonaret Ex hoc enim transferendi modo clare sequitur adeo tritum fuisse apud Syros Spiritum Sanctum procedere a Filio, ut scriba, haec locutione theologica utens, crederet a se recte exponi quae in greco textu plurimis verbis continentur.<sup>21).</sup>

\*

Quid igitur miram catholicam de processione Spiritus Sancti a Filio doctrinam a Syrorum Ecclesia fuisse in liturgia insertam, cum adeo perspicua constansque pateat eiusdem Ecclesiae vetus traditio? Revera non modo in epicleseos formulis, sed et in pluribus aliis liturgicis documentis eadem fidei professio invenitur. Sic, ut uno tantum exemplo utar, in officio matutino quod legunt Syri dominica Annuntiationis, quae est ante Christi Nativitatem quarta, post Patris Filiique commemorationem commemoratur etiam Spiritus Sanctus „qui ex iis procedit<sup>22).</sup>

Rem in universum aestimanti manifeste appareat antiquam Syrorum traditionem catholicam de Spiritus Sancti a Filio processione doctrinac fvere proindeque contra Photii cavillationes fortiter stare. Duo praecipua biblicis ex fontibus hausta catholicorum argumenta, ex textu scilicet Joannis XVI, 14 „De meo accipiet“ necnon ex Apostoli testi-

παντὸς ὡς ὁμοούσιόν τοι καὶ ὁμόθουλον καὶ ὁμόγνωμον καὶ ὁμοδύναμον καὶ ὁμότιμον καὶ σὺν τοι δέχεται τὴν παρὰ πάντων προσκύνησιν.

<sup>19)</sup> J. B. Pitra, *Analecta sacra*, t. IV, Parisiis, 1883, p. 384; syriacum textum in eodem opere invenies, p. 130.

<sup>20)</sup> In eodem opere *Analecta sacra*, t. IV, p. 130, n. 5.

<sup>21)</sup> Ibid.

<sup>22)</sup> Apud J. S. Assemani, *Bibliotheca orientalis*, part. II, p. 235; quem citat T. J. Lamy, *Le Concile tenu à Séleucie-Ctésiphon*, p. 272. Cf. Badger, *The Nestorians and their Rituals*, Londini, 1852, t. II, p. 79, ubi aliud simile testimonium reperies.

monio: „Misit Deus Spiritum Filii sui“ (Gal. IV, 6), miro utique modo confirmantur patristicis liturgicisque Syrorum documentis. Quin immo, illa tam famigerata additio Filioque, quae causa fuit cur Occidentalis Ecclesia adeo vehementer a dissidentibus Orientalibus increparetur et nunc etiam increpetur, nonne aliquando admissa fuit a Syris in ipso symbolo, ut testatur codex supracitatus IX<sup>i</sup> vel X<sup>i</sup> saeculi?

Id ergo mihi optare liceat, ut theologi Photii discipuli sacra traditionis monumenta aliquando aqua lance expendere valeant easque quae nos invicem dividant quaestiones iusto calculo aestinare. Die qua hoc sincere fiet — quam quidem Deus proximam esse velit! — omnes una voce de doctrina Spiritus Sancti a Filio procedentis haec verba dicere poterunt quae scriptor Syriaci codicis ponebat quasi obsignationem Seleuciani symboli „Quae est professio nostra et fides nostra haec quam a patribus nostris sanctis accepimus. Accepimus nempe a patribus nostris sanctis, non latinis tantum, sed et graecis qui cum Epiphanio et Cyrillo Spiritum Sanctum ab utroque ἐξ ἀμοῖν seu παρ ἀμοτέον esse affirmant aut eum Damasco aliisque procedere Spiritum Sanctum ex Patre per Filiū dicere malunt, quae plane eadem est aliis expressa verbis sententia: accepimus et a syris, quorum formulas comperimus adeo disertas. Filii sanctorum sumus qui Orientales Occidentalesque regiones illustrarunt: illorum fides nostra fides sit, ut omnes unum simus sicut et ipsi unum fuere.

Scribentem Constantinopoli.

*S. Salaville*  
Aug. ab Ass.

## EXTERNA AD NOS PERTINENTIA.

**Revue internationale de Théologie.** 1907, n. 60.

Prof. E. Michaud, Erreurs et aveux de Vladimir Soloviev (p. 622—640). (Vl. Solov'ev, quae docuerit et in quibus erraverit.)

Solov'evii subtile ingenium et copiosa eruditio omnibus, qui vel obiter eius egregia volumina perlegerunt, ita cognita sunt, ut solidis argumentis non futilibus assertis vinci se patiantur. Eius vero opus »De Russia et ecclesia universalis« inscriptum, excellit claritate, methodo, ingenio; cuius argumentum a Mar. Zdziechowski his exprimitur sententiis: »Unitas fidei in auctoritate legali unius capituli residere debet«; »haec potestas centralis ad hereditatem s. Petri pertinet«; heredem vero s. Petri episcopum Romanum esse, sine difficultate conficitur. »Venenum sub cauda«, quomodo iure retorquentur, facile probatur. »Solov'ev était essentiellement un pseudo-mystique: (p. 622)

il en est d'autres qui trahissent une complète ignorance des notions les plus élémentaires de la philosophie et de l' histoire, des règles les plus essentielles de la critique et de l' exagèse, et même un véritable déséquilibre des facultés mentales; . . . (ib.) Eiusmodi verbis inanibus, quibus M. abundat (v. g. p. 623, 624 et alibi) optime probatur illud M.: »venenum sub cauda.« Argumenta peto non verba. Neque ullo modo veritati servitur, si sententiae nonnullae ex contextu solutae ad arbitrium quomodocumque explicitentur. Primis paginis (usque ad p. 626) nihil omnino contra S. nisi inanis verborum sonitus habetur. Dein argumenta quaeruntur, quibus S. s. Athanasium, Chrysostomum aliasque catholicos esse probet. Testes huius rei manifesti opera eorum sunt, in quibus nihil nisi quod catholicum est, invenies. Porro S. clero Russico quandam superbiam exprobrat, qua factum est, ut contra Romam sint, cum centrum apud se habere vel potius

ipsi esse velint, nec extra fines suos caput agnoscere animum induant. Etiam hoc historia ecclesiastica demonstrat. Ecclesiam sine centro universalem esse non posse, *S.* exponit. Pares enim essent sine unione ideoque sine vita. Neque Christus vices centri huius supplet, quia est «in mundo invisibili.» Quae *M.* opponit, vim argumenti non infringunt. Nam non id agitur, quomodo res abstracte concipi possit, sed quomodo Christus re vera ecclesiam suam instituerit. Dein de infallibilitate verba faciens, *S.* dicit: ecclesia infallibilis eo est sensu, quod errare non potest, si hanc vel illam veritatem religiosam vel moralem definit, cuius cognitio explicita ipsi facta est necessaria (*Sol. op. cit. p. 38; Q. p. 630*). *M.* Solov'evum non intellexit, cum hic non de nova revelatione sed de explicita cognitione veritatis revelatae loquatur. Haec, quae speciminis instar attulimus, multis omissis, veram mentem *M.* satis innuunt. Utinam Russia plures *S.* proferat, ita enim unioni via patebit.

O. Židek.

### Relatio de conventu.

#### De praeparatione adhibita.

In praeparando secundo conventu Velehradensi et tempus incertum et desiderium nonnullorum, ut quidam conventus domestici eodem tempore Velehradii haberentur, moram aliquam imposuerunt. Tamen, rebus inter RR. DD. Palmieri, Grivec, Špaldák transactis, iam medio mense Martio codicilli Latini et Russici, quibus, quantum fieri posset, singuli nomine excellentissimi metropolitae Leopolitani invitarentur, traditae sunt R. D. Dr<sup>i</sup>. Grivec, ut dimitterentur, et ei, qui in Russiam perferendi erant, a rei vehicularis custodibus in tabulas referrentur. Conquesti tamen sunt nonnulli, quod non essent suo tempore invitati, velut prof. Kerenskij in praeclara epistula R. D. Palmieri missa. Lectores Slavorum litterarum theologicarum in primo fasciculo paene simul edito invitati sunt. Cum dies inchoandi conventus mutata esset et lectiones promissae earumque themata indicata essent, conventus futuri imago adumbrata Latine et Russice in Slavorum litteris et seorsum eis, quorum id interesse videbatur, missa est. Res etiam in variis ephemeridibus vulgata est (*Katholische Kirchenzeitung*, *Vaterland*, *Našinec*, *Voditelj* etc.). Ex eis, qui conventui interesse voluerant, prof. Dr. Al. Jacimirskij \*) solus impeditus videtur esse, quominus consilium suum exsequeretur. Ex aliis, quorum adventus honorificus sperabatur, *Msg. Marini*, cum iam proficiisci pararet, subito Romae retentus, se excusavit. Excusatione impedimentorum usi sunt etiam prof. Kerenskij, RR. DD. Pl. de Meester, Pierling, Krus, Sinthern, Haļuščínskij. — Interim etiam Celsissimus Princeps Archiepiscopus Olomucensis Fr. Sal. Bauer tutelam secundi conventus suscepit approbatis et

\*) Haec enim scripserat: Vyražaja iskrennjuju blagodarnost' za pri-glašenie na Vtoroj Velegradskij Sězd, polučennoe iz Ljubljany, spěšu uvědomit', čto počtu svoim dolgom prinjat' učastie v počtennom Sězdě, esli tol'ko obstojatel'stva pozvoljat mně byt nyněšním lětom zagraničej. Vo vsjakom slučaě privětsvuju Sězd i želaju ego rabotam preuspějanija. S.-Petrburg, Nevskij 139, kv. 10. — 19. apr. 1909 goda.

consilio et loco ac tempore (N. 526 [9 VI.] ad RR. D. Msg. Dr. A. Stojan). Simul atque innotuit, orthodoxos conventui Velehradensi non defuturos magna spe prosperi eventus omnes repleti sunt. Nec spes vana evasit.

### Initium conventus (31./VII.).

Cum iam vespere circiter 130 viri convenissent, RR. D. Msg. Dr. Stojan, praepositus capituli Kroměřížiensis, congregatos, postquam Spiritum s. invocaverunt, salutavit, mutatum denuo, propterea quod conventus Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii eodem tempore habebatur, ordinem annuntiavit, et creandos Praesidem et actuarios proposuit. Qui summo consensu approbati sunt Praeses: Excell. D. Andreas, metropolita Galic.; actuarii RR. D. Msg. Dr. Stojan, R. D. Ad. Jašek, R. D. Ad. Špaldák. Quo facto Celsissimus Protector s. Methodii sedem episcopalem tenens oculis lacrimantibus et tremebunda voce salutavit omnes, quotquot ex diversissimis regionibus spretis itineris difficultatibus atque expensis convenerant, operis sanctissimi et opportunissimi studiosi, ut Velehradium resplendesceret et arx magna a maioribus nostris exstructa, restitueretur firmior et clarior, quam fuisse. Velehradium non solum ss. Cyrilli et Methodii vestigiis est consecratum, sed etiam s. Clementis papae reliquiis, quibus Romam allatis firmissimo vinculo ss. Apostoli nos cum s. Clementis successoribus coniunixerunt. Eiusdem s. Clementis nomen, Moravis ex illis temporibus carum, hoc anno eidem populo carius evasit beato Clemente Moravo in sanctorum numerum relato. Romae per ss. Cyrillum et Methodium alligati, vestigiis eorum insistentes veteres discordiae inter Romam et Orientem ut evanescant omnibus viribus enitimus, ut fiat unum ovile et unus pastor. »Quae dedit princeps, dabit ipsa semper Roma salutem: unitatem, eandem fidem, eandem caritatem, dabit semper, ut unum ovile sit et eidem uni pastori subiectum.«

Post Celsissimum D. Protectorem Excellentissimus Praeses ita verba fecit: »Electionem, quâ me augere dignata est selectissima doctorum corona, libentissime accipio, intimasque gratias vobis omnibus ago, quas benevolo velim suscipiatis animo. Benignitas quippe haec eo magis est mihi grata, quia iam iterata vice mihi obtigit. Praetermitto hodie ea, quae in ipso conventu de eius fine dicenda videntur, convocantium nomine hospites, hospitum vero illos salutaturus quorum hospitio utimur benevolo omnium autem nomine et convenientium et convocantium, imprimis gratias ago celsissimo Principi, qui iterata iam vice valetudinis immemor conventui nostro interesse et partem laborum ferre dignatus est.

Conventum hodiernum eum quem in eadem sacra civitate habuimus ante duos annos numero sociorum longe superasse iam hodie asserere liceat.

Liceat hospites ex longinquis regionibus salutare; amicos salutare, quos diu cognoscere desiderabamus, hodie primum licet. Salutamus amicos, qui Roma venerunt, qui Constantinopoli, Petropoli, e longinquis regionibus Galliae, ex omnibus fere locis convernerunt. Maximo cum gudio salutare hodie licet virum doctissimum, quem doctrinae et auctoritatis fama praecesserat. Dominus Mal'cev et eius socius dominus Goeken eo maius gaudium nobis afferunt, quod illi primi ex orthodoxis porrectam a nobis amicam manum non repudiarunt, sed pacem ecclesiae super omnia reputantes, labores nobiscum ferre non dubitaverunt; salvos eos igitur ex toto corde esse iubemus. Quodsi unusquisque nostrum in conventu invenit amicos, quos raro videre licet, non parum iucunditatis inde haurimus; nec hoc repugnat fini conventus; non venimus disputationes instituturi, quaerimus amicas relationes et viam quandam ad unionem, quae ex caritate nascitur.«

Mox sectiones, quae vocantur, constitutae sunt, in quibus proponerentur et deliberarentur res ad conventum pertinentes, et quae pleno conventui proponenda essent, decernerentur.

I. sectio occidentalis, ubi tractaretur, quomodo separatim inter occidentales studium ecclesias reconciliandi promoveri possit; delecti sunt RR. DD. Palmieri, Gratieux, Franco, qui sibi alios cooptarent.

II. sectio orientalis, ubi tractaretur, quid orientales separatim conferre possint ad discordiam illam inveteratam leniendam et tollendam. Delecti sunt RR. D. protoiereus Alexius Mal'cev et R. D. Goeken parochus Berolinensis, cum iure cooptandi alios.

III. sectio communis theoretica, ubi ageretur de rebus, quae utrimque ratione doctrinarum propria tractandae sunt, de subsidiis eiusmodi studiorum acquirendis, de commercio inter theologos Occidentales et Orientales promovendo. Delecti sunt RR. DD. Palmieri, Goeken, Jugie, qui sibi alios cooptarent.

IV sectio communis practica, ubi ageretur de eo, quid utrimque populariter faciendum sit, quae impedimenta removenda, quomodo conventus instituendi. Delecti cum iure cooptationis sunt RR. D. Mal'cev, Msg. Dr. Stojan, R. D. Dr. Grivec.

Postea pauca illa, quae ante conventum proposita erant, indicata sunt (cf. Slav. litt. theol. V, 128).

Quibus rebus absolutis primus exposuit Pl. R., Praenob. et Exim. D. Ioannes (Decoll.) Vychodil (Cholina) »De Velehradii momento historico.« Alter A. R. et Doct. D. Ioannes Nevěřil (Hunohradecio) »De archaeologica Velehradii cognitione.«

Ab adhibendis interpretibus, qui Latina summatim in Russicum, Russica in Latinum converterent abstinere temporis defectus coegerit.

Hoc fuit conventus initium.

Nomina eorum, qui in aula conventus nomina ad significandam praesentiam suam in album rettulerunt (omissis paucis

nominibus eorum, qui ex Russia aderant, item Moravorum studiosorum theologiae)

Bakšys Joseph., sac., Innsbruck, theolog. Konvikt.

Bocian Josephus Dr., sacerdos, Busk, Galicia.

Bogár Martin, cooper., Buchlovice.

Brînzău Nicol., Dr., Sac., corr. ephemeridis „Unirea“, Petrozsény, Hungaria.

Bukowski Aloysius, S. I., Prof. theolog. dogm., Widnawia, Silesia Austr.

Cehelskyj Ignat., Doktorand Theol., Innsbruck, Sillgasse 6.

Czerwinski Teodor K. S. T., Kan. Kiel. i. Prob. Sosnowicki.

Čeloud Felix, kaplan, Nová Ves, Morava.

Černák Frant., coop. Tršice.

Červík Jos., catech. Mor. Třebová.

Číhal Ant., coop., Horní Ruda.

Dawydiak Basilius, Parochus apud eccl. Assumptionis Mariae (gr. cath.)  
Leopoli. nec non deputatus comitiorum.

Demczuk Paulus, Ord. S. Basil. M. Romae.

Deutsch Bohumír, catech., Kelč.

Dočkal Kamilo, Dr., stud. praef. in Aep. Semin., Zagreb, Croatia.

Dokoupil Ant., kooperátor, Kvasice.

Donarowycz Stefan, parochus rit. gr. cath., Borynicze.

Dorožynskij D., Dr. catech. rit. gr. Leopoli.

Dufalík Stan., kooperátor, Plesná, Rak. Slezsko.

Dujmušić Ioan., Dr., relig. prof., Sarajevo, Bosnia.

Ehrmann Franc., Dr., Metropolit. Ecclesiae Canonicus capitul., Olomucii.

Falkowski Ceslaus, auditor s. theol., Innsbrück, Convictus.

Fau František, praefekt k. a. konviktu, Příbram.

Florian Julius Dr., sacerdos milit. Wien (sacer. rum. gr. cat., Transylvania).

Franco Nicolaus Sac. Rit. Gr., Assistens Bibl. Vatic., Roma, Via Tritone 61.

Gája Frant., coop., Rázová.

Géduš Franciscus, paroch. Lipovec.

Goeken Bas., Pfarrer, Kaiser Alexander-Heim Reinickendorf West bei Berlin.

Gratieux A., prof., Châlons-sur-Marne (France).

Gregárek Fab., farář, St. Bělá.

Grivec F., Dr., docens theol., Ljubljana.

Grygera Ludovicus, paroch., Vracov.

Hadzsega Julius Dr., Prof. stud. bibl., Ungvár, Hungaria.

Harna Ferdinand, parochus, Chvalkovice, p. Olomouc.

Hartman Josef, kaplan, Beroun. (Boh.)

Hendl Boh., probošt, Sv. Kopeček.

Hladík Josef, stud. theol., Hradec Král.

Hlobil Jaroslav, coop., Přerov.

Hornykevý Miron, Doktorand Theol., Innsbruck, Sillgasse 6.

Hošek Ignác, prof., Kroměříž.

Hrabinský Jak., coop. Zborovice, Mor.

Hrachovský Fr., Dr., katecheta, Český Brod.

Hudec Thom., Dr., prof. theol., Brunae (Alumnat).

Hudek Jan, catech., Šárka apud Pragam, Bohemia.

Izák Jar. coop. Citov.

Jadrníček Albert, cap. Kyjovice.  
Jakšík Jarosl., coop., Unčov.  
Jančík Jan, farář, Veselí n. Mor.  
Janda Ant., Dr., prof., Kroměříž.  
Janota Václ., katecheta, Kostelec n. Čern. Lesy. (Boh.)  
Jašek Adolf, coop., Tatenic, Mor.  
Jemelka Franc., sacerd., Val. Meziříčí.  
Jež Cyril, S. J. Praha II.  
Ježka Karel, koop., Halenkov.  
Jugie Martinus, prof. theolog. Assumption (Constantinople).  
Kacz Fr., catech.  
Kadlíček Josef, parochus, Wachtl.  
Kachník Jos., Dr., prof. theolog. fak., Olomouc.  
Kaláb Stan., koop., Domaželice.  
Kalyš Anast., monachus Basil., Žolkiew, Galicia.  
Kaminski Stanisl., stud. theolog. Friburgi Helvetiorum.  
Kandiuk Pancr., Ord. S. Basil. M., Lawriw, Galicia.  
Končar Matthaeus, prof. theolog., Sarajevo, Bosnia.  
Kořínek Jan, říd. uč., Častkov při Uh. Brodě.  
Král Kašpar, farář, Lovčice.  
Krátký Josef, paroch., Ptinii.  
Kříkava Gilbertus Cyrillus, C. R. Praem., parochus, Mladé Bříště (dioec. Regiae-Hradec) p. Humpolec.  
Křížan Frant., farář, Lešná u Hranic. (p. I.)  
Kubíček Franc., S. I., Praha.  
Kubíček Jan Dr., prof. bohosl., Olomouc.  
Kupka Jos., Dr., prof. theolog., Bruna.  
Kuřík Alois., stud. theolog. Hrad. Král.  
Kyselka Josef, kanovník, Praha-Vyšehrad.  
Laba Basilius, stud. theolog., Oeniponte.  
Lasinský Vinc., farář, Křenovice.  
Lehejček Jan, děkan, Tvrdonice.  
Lév Franciscus, Cooperator, Místek.  
Lička Petrus, cooperator, Bladensdorf (ad M. Schönberg).  
Lisowski Adam, München, Königinstr. 61<sup>a</sup>.  
Lužný Florian, parochus, Kateřinky apud Opaviam.  
Lysko Volodymyr, stud. theolog., Lapajiwka p. Kamionka Str. Galicia.  
Lysý Carolus, parochus, Buchlovici.  
Magiera Jan, prof., Krakow.  
Maltzew Alexios, Propst, Berlin, Kaiserl. Russ. Botschaft.  
Markevyc Josaphat Jo., sacerd. ord. s. Bas. M. Oeniponte.  
Marušić Josephus, Dr., relig. prof., Gospic, Dioec. Segniensis in Croatia.  
Mašciu Basil., Dr., prof. iuris can. in gr. cath. Semin. Premisliae.  
Matzel Ernestus, S. I., catech. gym., Chyrów, Galicya, Zaklad.  
Mereňkow Basilius, sacerd. milit., Stanislaw, Galicia.  
Mezirka Jiří, ředitel měšť. školy, Příbor.  
Mléčka Fr., katecheta, Napajedla.  
Mottl Jan, kaplan, Sušice (Bohemiania).  
Mrázek Florian, farář, Lipník.

- Myszkowski Titus, Dr. prof. univers., Leopoli.  
Nekula Ant., stud. theolog. Pragae.  
Nevěřil Jan Dr., c. k. prof. náb., Uh. Hradiště.  
Njaradi Dionysius Dr., rector graecocath. seminarii, Zagreb.  
Olšina Josef, vikář, Kroměříž.  
Páleník Josephus, cooperator, Velká u Strážnice.  
Palmieri Aurelio, O. S. Aug., Kraków, Klasztor Augustianów.  
Patryło Petrus, catech. scholae urb. gr. cath., Tarnopolis (Galicia).  
Pavlíček Franc., parochus, Cerhovice, Boh.  
Pazman Josephus, Dr., prof. theolog. moral. in Univ., Zagreb, Croatia.  
Pazourek Frant., kaplan, Mikulčice.  
Pecháček Vincentius, parochus, Oujezd.  
Perné Fr., Dr., prof. relig. in gymn., Kranj, Kranjsko.  
Pírek Adolf, koop., Kašava.  
Pirngruber Alfoncus, S. I., Lector theolog. fundam. Valkenburg, Lb. Holland.  
h. t. München, Blütenstr. 14.  
Podivinský Frant., katech. Hulín, Morava.  
Podiwinszky Franc., Abbas, parochus Solna.  
Pokorný Karel. T. l., Velehrad, Morava.  
Pospíšil Ant., farář, Fryčovice (Ostrava).  
Pospíšil Franciscus, spiritual. Olomucium a. e. Semin. Cler.  
Pospíšil Joh. Dr., canonicus metrop. Olomucii.  
Přichystal Jan, farář, Bohdalice u Vyškova.  
Resl Josef, stud. theolog. Pragae.  
Reydon Germain, Congr. Aug. Assomp. rit. slavici. Sliven, Bulgarie.  
Ritig Svetozar Dr., prof. theolog., Diakovo, Croatia.  
Rostworowski Jan, S. I. Prof. theolog. dogm., Kraków, Kopernika 26.  
Rudowicz Joannes, catech., Leopoli  
Rudowicz Vladimír, Leopoli.  
Salaville Sévérien, Assumptionista, Séminaire Saint-Léon, Assumption, Constantinople.  
Schmid Joseph, S. I., Kalksburg b. Wien.  
Schneider Joann. Dr., decan. capitul., Cremsirii, Mor.  
Schubert Ferdinand, farář, Pruchna (Rak. Slezsko).  
Seget Josephus, parochus, Veselá.  
Sipiagin Alexander, stud. Theol., Roma, Via S. Nicolo da Tolentino, N. 67.  
Collegio Lazzaristi.  
Skácel Jindřich, koop. Podštát.  
Slepíčka Frant., koop. Březolupy.  
Smrká Max, kaplan, Potěhy, (diec. Král. Hradec).  
Snoj Andrej, st. theolog., Ljubljana, Kranjsko.  
Snopek Franciscus, Archiepisc. archivarius, Kroměříž.  
Stele F., phil., Wien.  
Stojan Ant. Cyr., Dr., probošt, Kroměříž.  
Straub Anton S. I., prof. theolog. in univers. Oenip., Kalksburg b. Wien.  
Strommer Th., kooper., Těšnovice.  
Stryhal Josef, S. I., Král. Hradec.  
Suba Georgius Dr., prof. theolog., Ungvár, Hungaria.

Suciū Basilius Dr., prof. theolog., Balázsfalva, Hungaria.  
Světlík Frant., redaktor, Olomouc.  
Šajatović Daniel, Dr., Canonicus capit. Crisiensis Crisium (Križevci) eparch.  
gr. r. cathol.  
Šebela Aloysius, vicarius, Cremsirii.  
Šidlák Joan., parochus, Polehradicii.  
Šimáčka Jos. Vlad., stud. theolog. Praha.  
Škrabal Josef, Dr., c. k. professor theolog., Olomouc.  
Špaček Rich., Dr., prof. theolog. facult., Olomouc.  
Špaldák Ad. S. I., Praha II., Ječná 2.  
Špička Frant., děkan, Mor. Ostrava.  
Šup Procopius O. S. B., Rajhrad ad Brunam, Moravia.  
Šustek Bernard Dr., O. S. Aug., Brno.  
Talmáček Frant., farář, Loukov.  
Tomanek Rudolphus, prof. relig., Tessinii, Silesia austr.  
Tuimpach Josef, Dr., metropol. kanovník, Praha-Hradčany.  
Úlehla František, katecheta, Zlín.  
Vaněk Vincenc, kaplan, Uherský Brod.  
Vašica Josef, prefekt semin., Kroměříž.  
Vlach Frant., bohoslovec, Stříbrnice u Polešovic.  
Voljanskyj Ioan., paroch. et dec., Ostrowec p. Trembowla, Galicia.  
Vychodil Jan, assessor, Cholina na Moravě.  
Wériguinus Sergius, Protopresbyterus, Roma, Archidioec. Zeopolin.  
Wirsig Wenceslaus S. I., Velehrad, Mor.  
Zatloukal Jaroslav, kooper. Bilevice.  
Zdziechovski Marian, prof. univ., Krakow.  
Zimmerhackel Franc. Xav. S. I., superior, Hradec Král.  
Zlámal Oldřich, farář, Youngstown Ohio, Sp. Státy.  
Zosel Felix, S. I., einer. prof. theolog., Czernowitz, Bukowina, Jesuitenklöster.  
Židek Ottoc., Spiritualis, Velehrad.  
Žůrek Josef, Dr., katecheta, Vyškov.  
Žváček Jan, farář, Domažlice.

De rebus in conventu ipso gestis.

*Sectio occidentalis.*

Sectionibus constitutis, quae in deliberando modestiam sibi imposuerunt, postero die (1.VIII.) ante meridiem sectio occidentalis in aulam convenit. Actum est ibi 1. de modo tractandi quaestiones controversas; 2. de ritu orientali recte aestimando. Sententiae erant hae:

Errores condemnamus, non homines; iis, qui in diversa doctrina educati sunt, ne inferamus iniurias. Benignitate affectos nos esse oportet erga eos.

Amor inventor est modorum, quibus persuadeatur aliis de vero. Non permittit aliter res tractare nisi eo modo, quem ad persuadendum aptum esse certo cognovit. Non debent esse theo-

logi contenti, si refellant adversarios argumentis obiective sufficienibus, sed etiam subiectiva, psychologica ratio respicienda est. Origo erroris praecipue quaeratur, nam nemo bonus ideo errat, quia errare vult.

Praeterea sinceritas studiorum nostrorum commendatur. Ne difficultates celentur, argumentorum infirmitas arte rhetorica ne veletur. Spiritus enim mundi procul esse debet.

Non minus commendatur magnanimitas. Ea sola videtur vis esse, qua superare possimus omnes difficultates. Cogit enim adversarium, ut nos magni aestimet. Zelus verus semper cum magnanimitate coniunctus est.

Aliter agendum est cum »philohenoticis«, aliter cum »misenhenoticis« salva utique semper caritate. Theologis nobis adversantibus denegandum est ius repraesentandi ecclesiam orthodoxam (Franco).

Fundamentum argumentationis nostrarae debet esse doctrina communis ecclesiarum, praecipue, quae in libris liturgicis exprimitur. Et semper in hoc insistendum est, quod doctrina theologorum orthodoxorum, quatenus reicit nostra dogmata, semper adversatur doctrinae ecclesiae septem conciliorum. Haec argumentatio efficacissima est.

Item magni momenti est dissensio inter ipsos theologos catholicam doctrinam oppugnantes (Jugie).

Distinguendum probe inter dogmata et opiniones theologicas. Illa defendenda sunt, hae in medio relinquendae (Suci u).

Item distinguendum inter varium modum concipiendi eandem rem et inter sententias inter se omnino excludentes. Pars veritatis, quae in adversarii sententia continetur, quaerenda et agnoscenda est (Gratieux).

Ne sistant theologi occidentales in opere Macarii; non est perfectus doctrinae orthodoxae interpres.

Haec communi proposito comprehensa sunt: *In tractandis quaestionibus controversis certet cum doctrina caritas.*

Singula, prout praesto sunt, percurramus. R. D. Palmieri haec fere dixit Mihi desiderium est, et credo cunctis esse idem, ut in omnibus seminariis, praesertim Slavicis, theologia polemica de discrepantiis inter catholicos et orthodoxos speciali modo tractetur. Sed quae-dam regulae servandae sunt, ut possit bonos fructus producere. Theologia polemica existit; bellum est malum; sed necesse est existat. Sed potius quam polemica, rego, ut sit irenic a, ut potius pacem sibi proponat, quam bellum. Polemica, ut suum finem attingat, renovetur necesse est. Non optime seitur in occidente, esse apud Russos maximam copiam litterarum theologicarum. Apud nos solus Macarius adhiberi solet. Sed is antiquitati potius relinquendus est. Consultantur Sil'vestr, Malinovskij, Gorodecov et alii plurimi, de quorum copia testatur „Nomenclator“ a me collectus. — Quaestiones controversas tractari oportet modo irenic o, sine iniuriis. Non possum interdum legere scriptores catholicos, quin inveniam ignorantiam et terminos valde iniuriosos relate ad illos.

quos refellere volunt. Theologia pro me est scientia divina; si divina est, debet suum finem obtinere mediis pacificis et christianis; iniuriae numquam contulerunt sive ad adversarios conciliandos sive ad augendam vim argumentorum. Quaedam res sunt nobis valde perviae, patent nobis, cum iam ab infantia eis assueta simus. Considerandum est orthodoxos ab infantia in alia condicione fuisse; quae clara sunt nobis, non eadem facilitate ab eis percipiuntur. Quapropter rogo, ut scriptores catholici, qui de his rebus scribunt, maxima benignitate affecti sint erga adversarios.

R. D. Špalda k haec proponebat: Liceat mihi primum animadvertere, in omnibus, quae ad Orientales pertinent, etiam in controversiis tractandis ducem et actorem esse debere amorem. Omitto amorem semper esse patientem, non nisi, ut adversarium subito ad sententiam suam pertrahat creptis eis, in quibus maxime dissentimus; id enim ne prudentis quidem est, ut arborem velit extrahere, antequam radices praecidat, antequam opiniones illas removeat, quae impedimento sunt, quominus verum cognoscatur et sincerum studium, quod ad verum cognoscendum ducit, excitetur. Aliud quoque amor praestat. Amor inventor est, amor sincerus tamdiu quaerit, donec inveniat modum persuadendi erranti de vero, nec aliter res tractari permittit nisi eo modo, quem ad persuadendum aptum esse certo cognovit. Non enim illos, qui controversias ita tractant, ut adversarios ad contradicendum provocent, de ignorantia modi idonei accusaverim, sed potius amorem eorum, quem erga adversarios habent, nondum amorem veritatis adaequasse suspicor. Qui enim vult alii aliquid persuadere, quia bonum eius vult, quaerit modum aptissimum. Multi theologi contenti esse solent erroribus expositis et modo obiective sufficienti refutatis; sed subiectivam, psychologicam rationem neglegunt. Error omnis causam aliquam habet, nemo bonus ideo errat, quia errare vult. Quae renda igitur est causa eius erroris. Ut rem in Slavorum litteris theol quondam notatam afferam instar exempli, sententiae de iteranda confirmatione origo detegenda est, qua cognita etiam adversarius concedet sententiam eam esse falsam, si res theoretice ei proponitur, non ita, ac si pertineat ad persuasionem ab ipso tenendam ut orthodoxiam suam servet. Hac ratione perspecta non id considerandum est, theologos orientales fere omnes hunc errorem tenuisse et doctrinae ecclesiae Latinae opposuisse, eumque idcirco ad controversias inter Occidentales et Orientales pertinere (quo modo nuper quidam theologus iudicandum et procedendum esse contra primi conventus de hac re sententiam statuit), sed sententiam hanc, sive singularis mansit, sive percrebuit apud orientales, ortam esse falsa cuiusdam rei explicacione. Itaque ne inchoetur a discrepantia opinionum, sed ab ipso fonte erroris: „eis, qui timore vel ignorantia lapsi sunt, in Euchologio magno prescribitur ritus, qui speciem habet renovatae confirmationis. Reapse nonnulli theologi ecclesiae Graeco-Russicae ita rem explicare videntur, agi de vera huius sacramenti iteratione. Quin etiam in confessionem Petri Mogilae haec sententia irrepsit. Haec tamen explicatio orta est, cum ritus illius vera vis iam obliterata esset.

Hoc modo facile oriri posse errorem omnes concedunt, et si in aliquarum errant, hoc modo se errare non aegre fatentur; id enim humanum est; sed ut fateantur se errare modo, qui psychologice impossibilis est, vel ut fateantur se errare, ubi non vident, nihil turpe in suo errore esse, hoc a natura humana alienum est. Ut ad exemplum redeam, restat tantum, ut firmiss argumentis probetur, explicationem illam falsam esse. Quod egregie contigit: „Ille enim confirmationis ritus eodem modo repetitur, quo ritus baptismi: lavaerum octavo die praescriptum: utroque symbolo monetur lapsus sacramenti olim recepti id quod etiam precatione quadam satis clare exprimitur. Ceterum primitus deerant verba sacramentalia; nec ritus hic ipse antiquus est. Insuper semper ab orientalibus tenebatur, sacramentum confirmationis iterari non posse.“ Apparet igitur clare, explicationem illam falsam esse. Hoc modo veritati defendendae non solum satisfit, sed etiam efficacius quam alias.

Veritas igitur amanda est, sed amanda sancte et prudenter, ut vincere possit.

Deinde mihi in animo est monere de altera condicione, sine qua universim conatus et studia nostra ad effectum perduci posse non videantur: sinceritatem dico studiorum nostrorum. Nam abseondere difficultates, argumentorum infirmitatem arte rhetorica velare, celare nostram persuasionem, argumentum hoc vel illud non sufficere ad rem demonstrandam ac, nisi eam credere velimus, ad persuadendum, hanc rationem non puto esse idoneam ad victoriam obtinendam est eorum, qui sunt ex hoc mundo, non filiorum Dei.

Si quid tertio loco addendum est, nomino magnanimitatem. Hae sane magis opus est in rebus agendis, sed etiam ad modum tractandi controversias nonnihil pertinere videtur. Magnanimitas virtus est sublimior, si ita dicere liceat, aristocratica, rara admodum etiam in ingenii praestantioribus. Eam autem illam puto esse, qua superare possimus omnes difficultates. Sane si adversarii vident ubique magnanimitatem nostram, quid humani animi natura magis cogit, quam ut nos magni aestiment, ament, sequantur? Non est via tutior ad vincendum quam haec. Et sine magnanimitate quid efficiemus? Res Christi agitur, res sanctissima. Si sincera sunt studia nostra, prius nostram quaeramus oportet sanctitatem, quam aliorum. Sed zelus noster verus non esset, si ignoroscere nesciremus, si iniuriis magnanimitate non occurseremus. Sed si sancte sanctam rem peragemus, dubitare non possumus, quin Deus sincera desideria nostra sit impleturus.

Excellentissimus Praeses haec animadvertisit Distinguendum est, nisi fallor, inter theologiam pastoralem et dogmaticam. In dogmate, si agitur de theologia polemica, semper adversarius ut adversarius oppugnandus est, semper finis totius disputationis theologieae est argumenta eius destruere. In theologia polemica semper bellum instituendum est: ut hoc bellum ordine instituatur, operae pretium est haec advertere, quae pro theologo orthodoxo debilem quandam partem constituunt. Debilis haec pars est, quod ipsius doctrina, in quantum est falsa, semper adversatur primitivae doctrinae ecclesiae septem-

conciliorum. Si igitur in dogmaticis discussionibus possumus id ita ostendere, ut ipsi adversario manifestum fiat, ipsum contradicere doctrinae ecclesiae suae, prostratus est. Proinde in illis omnibus disputationibus prae oculis habenda est haec distinctio, et si nomine orientalis ecclesiae oppugnabimus eos, qui nobis et ecclesiae suae sunt adversarii, tunc victoriam obtinebimus ex parte enim nostra stat ecclesia, quam ipsi ut suam considerant secundum principia, quibus ipsi volunt suas theses defendere. Haec si prae oculis habentur, etiam disputatio acer- rima semper habebit characterem irenicum. Oppugnabuntur, ubi opus est, etiam ut haeretici, non nomine ecclesiae Latinae, sed nomine ecclesiae universalis et ecclesia ut amica habebitur. Hoc pacto etsi requi- rantur necessario expressiones forte etiam gravissimae, tamen disputatio characterem suum irenicum non perdet, quia semper maximam cari- tatem erga ecclesiam orthodoxam servabit et semper quaestio posita erit hoc modo, quo in documentis ecclesiasticis ponitur. Ab antiquis- simis temporibus numquam ecclesia catholica locuta est de conversione sed de unione ecclesiae orientalis: sunt convertendi haeretici, sed hi sunt non solum secundum principia nostra, sed etiam secundum prin- cipia ecclesiae orthodoxae, ecclesiam septem conciliorum, haeretici et sic loquimur de unione ecclesiarum et de conversione peccatorum et haereticorum. Pariter hoc est considerandum, quod labor hic latissimum campum aperit disputationibus theologicis. Redeundum est nobis ad IX.—X. saeculum et sic disputandum est aesi theologia nullum pro- gressum fecisset; non sunt adhibendi theologi, qui post X. saeculum scripserunt. Ille, qui poterit in disputationibus sic loqui, ut theologus X. saeculi, ille, qui poterit ex fontibus primitivis omnia dogmata pro- bar, semper victorias reportabit. Labor certe ingens est, quem hucus- que perpauci theologi fecerunt. Huc pertinet tota theologia patristica a V.—X. saec. praesertim orientalis, quae hucusque desiderat theo- logos, qui nomina sua dare velint his rebus.

De ritu orientali recte aestimando multi verba fecerunt re- postero die porro tractata. Omnes (imprimis RR. DD. Palmieri, Dorožinskij, Verigin, P. Germanus, qui quae ipsi experti erant attulerunt) conquesti sunt de crassa ignorantia multorum sacer- dotum Latinorum (nedum laicorum ab eis instruendorum), qui e. g. hospitibus ritus orientalis non permittunt celebrare ritu suo in ecclesiis Latinis, qui vel barbatum sacerdotem Latinum a sacro faciendo arcent sine iusta ratione, qui rebaptizandos vel saltem reordinandos censem orientales eos, qui cum ecclesia catholica coniunguntur.

Deinde conquesti sunt plurimi de iniuriis, quae inferuntur ritui orientali a multis Latinis. Ecclesia catholica quidem firmis- simis legibus ritum orientalem munivit, sed sunt etiam tales, qui in fraudem legis copiam transitus ex ritu orientali in La- tinum variis modis — negata etiam fide christiana a transituro, ut sine episcopi ritus orientalis facultate ad ritum Latinum trans- tre possit — facere conantur. Hinc fit, ut existat discriminus inter iheroram et praxim, quod, cum nobis obicitur, negare non possu-

mus, cum maximo rei nostrae damno. Huc etiam abusus pertinet educandi liberos ritus orientalis in ritu Latino, ut in scholis monialium, ubi contra legem ecclesiae sine facultate proprii episcopi instituuntur a catecheta alterius ritus.

Quare propositum est: *Conventus exprimit desiderium, ut omnes leges, quae diversitatem rituum spectant, semper et ubique sanctissime obseruentur, in seminariis ediscantur, atque in ephemeridibus catholicis divulgentur.*

R. D. Palmieri: Dantur ecclesiae catholicae, in quibus si praesentatur orientalis, torvis oculis inspicitur, quin etiam Latinus barbarus consideratur ut initiator schismatis: interdum dantur presbyteri, qui rei insolentiam excusant. Sed haec non est tam gravis causa, ut possint ob eam sacerdotem ab ecclesiis catholiceis arcere. Error populi provenit inde, quod non datur idea clara differentiae fundamentalis et eius, quae non habet tantam vim. Propterea oportet, ut detur vera et sana notio ecclesiae catholicae quoad ritum. Ecclesia catholica est Latina, sed non tantum Latina. Character eius est universalis omnes populos complectatur oportet: sicut character eius est, ut non detur differentia inter nobiles et plebeios ita apud nos nec quoad auctoritatem inter ritum Graecum et Latinum. Quod tantum influxum exerceat in orthodoxos, est propter anorem universalem. Interdum non tribuitur haec paritas auctoritatis ritibus. Ritus Latinus aristocratus, orientalis democraticus habetur nonnumquam. Tale discrimen Christus numquam instituit. Eandem ecclesiam repraesentat sacerdos ritus Latini, quam sacerdos ritus orientalis, qui non est tractandus sine respectu tamquam pertineat ad populum inferiorem. Si datur haec notis ecclesiae catholicae, si consideratur ecclesia catholica ut omnes ritus eodem loco habet, si non solum verbis, sed etiam factis omnes amamus, maxima, credo, difficultas sublata est.

R. D. prof. Dr. D. Dorožynskij (rit. gr. cath.): Ut pons unionis Ecclesiarum, de qua nobis vi verborum Christi „ut sit unum ovile et unus pastor“ — dubitandum non est, aliquando exstruatur, curandum est membris huius Congressus praeprimis, ut omnia impedimenta huius desideratae unionis amoveantur.

Inter praecipua huiusmodi impedimenta adnumerari debet quaeclam rerum, quae diversae quidem sunt a rebus alterius partis, non tamen in se multo meliores, nimia existimatio et amor, cum defectu amoris rerum diversarum a suis coniunctus. Fons huius rei sit ignorantia, sit imbecillitas mentis, sint pectoris angustiae, tollenda certe est, cum et ratio ipsa et summa ecclesiae Christi auctoritas eam vitiosam esse doceant. Permulta argumenta ad existentiam talis defectus amoris demonstrandam adferre possumus apud Latinos. Nolo autem renovare vulnera: historia unionis Ecclesiae Ruthenae inde ab ipso initio i. e. ab anno 1595 usque ad hunc diem sat clare et perspicue docet de huiusmodi tristi rei condicione.

Nolo porro adferre perplura argumenta ex nostris regionibus Ecclesiae orientalis, ubi sane talis amor quam maxime desiderandus est, — nolo mentionem facere de illis, qui in America septentrionali adducti

sunt, ut ab ecclesia catholica deficerent, — sed adduco unum tantum maximi momenti argumentum, nimirum saepe fit, ut sacerdoti catholico ritus Graeci non permittatur Missam celebrare in ecclesia catholica ritus Latini. Mihi ipsi contigit hoc in Saxonia, Gorizia et praeterito anno in dioecesi Labacensi, ubi parochus expresse dixit, se non agnoscere alium ritum catholicum esse, nisi Latinum, et ideo Missam secundum ritum Graecum scandalum fore pro populo. Quanta ignorantia! Maximo cum dolore cordis debui ego, sacerdos catholicus, relinquere ecclesiam catholicam, in qua non permissum mihi erat celebrare Missam die dominica ex hac sola causa, quod volui et debui celebrare secundum ritum s. Cyrilli et Methodii!

Veniet, utique veniet tempus, quando orientales dicent: volumus agnoscere Ecclesiam Romano-catholicam, quia illa vera Ecclesia Christi est. — sed volumus iura ritus nostri intacta habere, volumus nostros Cardinales in s. Collegio, volumus invicem Summos Pontifices electos habere et quid tune?

Quam ob rem videtur nunc superfluum non esse invenire modos, qui possint huiusmodi impedimenta futurae unionis amovere et explicare eis, quibus id opus est et erit: Ecclesiam Christi esse arborem, qui unum stipitem, sed plures ramos habeat.

Certe Conventus noster promovet opus unionis non tantum verbis, theoretice, sed et practice, cuius argumentum et testimonium pulcherrimum sollemnis Missa secundum ritum s. Cyrilli et Methodii, quae heri celebrata est, — sed optandum est, ut omnes catholici, quorum interest, ut opus unionis evolvatur, persuasum habeant, quod dixit piae memoriae Summus Pontifex: „volumus, non ut omnes Latini, sed catholici fiant“

Praeterea etiam de proprietate ritus orientalis servanda actum est. Sunt nonnulla, quae ad pietatem populi augendam conferunt, vel ob aliam causam bona sunt, quae tamen non videntur convenire ritui orientali; velut cultus ss. Cordis Iesu, cultus Eucharistiae, caelibatus etc. Sunt et semper erunt, quorum sua quisque optima esse ratus, alia quoque bona et apta esse posse non intellegit. Sunt tamen etiam, qui ea, quae meliora esse vident, ex aliis causis neglegenda esse censeant. Quae hic sunt vel ritus orientalis immutabilis constantia, excludens omnem progressum, vel ratio scandali aliorum, sive scandali pusillorum sive pharisaici. Nec obliviscendum est, defectum pietatis illum, qui talibus remediis tolli possit, sane etiam scandalum esse. Progressum admittunt etiam orthodoxi. Et certe horror eius ab ecclesia Christi alienus est.

Decretum igitur est: *Ritus strictissime in omnibus dioecesibus orientalibus servandus est, spiritus autem universalis ecclesiae est omnino accipiendus.*

*Non datur oppositio inter novas pietatis catholicae manifestationes et ritum orientalem, dummodo hae manifestationes formae orientali adaptentur.*

Inter ea, quae his de rebus disputata sunt, eminent, quae R. D. Dr. Bocian protulit, qui haec fere dixit: Nonnullis videtur non expedire, ut a nostro conventu haec quaestio tractetur — ob defectum auctoritatis. Nostra opinione auctoritas conventus est auctoritas doctorum, sive singularis, sive collective sumpta. Conventus votum proponere potest, quod eo magis respiciendum est, quod undique congregatis viris doctissimis quaestiones profundius tractari possunt. Non praesumimus alios obligare ad consentiendum nobis, est opinio, votum auctoritas nostra est auctoritas concilii doctorum. — Res, de qua disputatur, est practica, quae ab asseclis ritus orientalis magni habetur: et praeiudicia contra novos ritus et corum acceptatio fundatur in theoria. Ideo tractari a nobis debet. Generalem propositionem, quae est, nobis hie de rebus talibus agendum non esse, quia non spectent ad unionem, non possum acceptare, quia haec theoretica elucidatio est magni momenti ad id, ut praeiudicia quaedam orientalium contra occidentales tollantur.

In theoretica quaestione nostra pree oculis habendus est conceptus ritus. Ritus idea est anima, quam externe forma exprimit. Contra formam non potest esse idea, sed forma. Si agatur nunc de quaestione, utrum aliquid ex usu ecclesiae Romanae accipiendum sit necne, potest esse quaestio, num aliqua idea, quae est in forma Romana, possit induere formam Graecam. Ritus est complexus formarum, quibus externe exprimitur cultus Dei et sanctificatio animarum. Multas nobis ideas ecclesia tradidit; sed quoniam fecunditate gaudet, novas ideas prioribus adiungit. Si accedit nova idea, quaerit suam expressionem in hac forma, quae iam exstat. Nova idea cultus ss. Cordis orta est in occidente; assumpsit sibi primum formam ritus Latini; non tamen possumus dicere, cultum ss. Cordis esse solum secundum ritum Romanum, et ideam et formam esse Latinam. Idea et stilus sunt res diversae.

### *Oratio Excellentissimi Praesidis.*

Postmeridiem coram frequenti conventu Excellentissimus Praeses haec de conventus studiis et momento exposuit

»Celsissime Princeps, auditores clarissimi! Heri praetermissa supplere liceat. Ea enim animadvertere quae totum respiciunt conventum praesidis esse officium duco. Slavis omnibus sacratissimo hoc in loco secunda ecce vice Deo favente congregati sumus. Opus tam arduum, tantisque obnoxium difficultatibus duobus ante annis coeptum non inchoatum solum sed continuatum auctum hodie vidimus. Qua de causa Christo Domino ac Salvatori nostro gratias referamus oportet summas. Plantavimus enim, sed Deus incrementum dedit (1 Cor. 3, 6).

Semina in primo congressu nostro sparsa non perierunt, omnipotentis Dei gratia radices egerunt et fructus, non copiosos forte, bonos tamen tulerunt. Primo quidem primus ille Velehradensis conventus omnium bonorum plausu susceptus, et a Pontifice Summo initio et fine benedictus haud mediocrem inter doctos praesertim motum excitasse videtur. In periodicis et diurnis foliis

theologorum disputationes in lucem prodierunt, in quibus quaestiones hic motae vivide tractabantur.

Neque frustratum est illud votum congressus, ut scil. unionis ecclesiarum promovendae studiosi similes coetus saepius institerent, illosque inter Slavos propagare studerent. Mense augusto superioris anni Croati et Sloveni, cum quibus et Bulgari sese consociaverunt, Zagrabiae convenere unionis promovendae gratia. Pragae Bohemorum, quod etiam votis nostris respondit, periodicum folium lingua Russica conscriptum, signis vero Latinis cusum »Velehradskij Věstnik« dictum in lucem edi coepit, ut Slavi occidentales ad cognitionem rerum Russicarum magis allicerentur.

Quaedam minoris momenti brevitatis causa omitto, attamen silentio minime licet praeterire litteras paternae benevolentiae plenas a Summo Pontifice ad me datas, in quibus Beatissimus Pater ipsi gratam acceptamque esse actionem nostram testatur, nosque incitat, propositum ut teneamus opusque susceptum urgeamus constanter. dummodo sinceritatem doctrinae catholicae, quae nostris temporibus tam saepe proh dolor vitiatur, illaesam intactam servemus.

Quae omnia conatus nostros non fuisse irritos sane demonstrant. Praeterea, quod etiam animadvertendum est inter theologos orthodoxos fiducia erga nos crevisse videtur. Non solum sicuti ante primum conventum libros suos redactoribus periodici Litterae Slavorum theologicae recensendos mittere non cessant sed etiam partem activam in illo periodico sumere non dubitant. Alii conventui hodie intersunt labores nobiscum ferentes, alii venire desiderabant impediti sunt. Utinam eiusmodi relationes inter orientem et occidentem in dies crescant et augeantur! Quibus omnibus ostenditur viam, quam sequimur, esse ad desideratissimam unionem Ecclesiarum Orientis et Occidentis peropportunam. Hac in re nisi fallor actionis cuiuslibet, quae ad unionem Ecclesiarum promovendam dirigitur, vis praecipua est posita, ut utrumque caritate Christi muniti non ea quae nos separant quaeramus sed ea quibus unimur.

A strepitu politico prorsus alieni hunc solum hunc unicum finem prosequimur, ut invicem nos melius cognoscamus, intellegamus melius. Optime novimus unionem Ecclesiarum non esse nullo assequendam negotio aut brevi obtinendam tempore; quod sane non impedit, quominus sit verissimum operi huic oportere nos adlaborare — viam autem. utique viam perlóngam, unicam tamen eam esse quam sequimur. Dolendum sane est quosdam theologos orthodoxos finem, quem nobis assequendum proponimus, non satis intellexisse, opinatos esse conventum nostrum quandam esse missionariorum congregationem, quae ad religionem catholicam in Russia propagandam ordinata, missionem et missionarios et praeparat et dirigit.

Certe omnes nos Ecclesiarum unionem cupimus vehementer: at via nostra nosterque procedendi modus a directa doctrinae

catholicae propaganda longe differt. — Hoc unum tantummodo cupimus, ut mutua caritas, necessitudo, concordia quaedam et familiaris usus inter utramque partem vigeat; ut loco contentionis polemicae, quae saepe contra adversarium fictum tela ictusque dirigit animosque tantum irritat, seria discussio studium scientificus labor paulatim introducantur.

Cui autem ignotum est fraternalm caritatem illud esse quod apud Christi discipulos praecipuum est habendum, quod est maxime catholicum et maxime orthodoxum. Attamen mutuus usus, caritas odio, discordiae ut succedat fieri non poterit, nisi prius ignorantia doctrinae adversarii, antiqua praeiudicia decursu temporum accumulata de medio auferantur. His impedimentis delendis auditores clarissimi insudemus oportet quicumque operi unionis adlaborare cupimus, huc et antecedentis conventus edicta spectant et decreta, hic hodierni finis praecipuus.

Admirationem non mediocrem movet haec in quibusdam ephemeridibus proh dolor catholicis nuperrime divulgata opinio, conventus nostros non fidei et caritatis, sed panskavismi promovendi gratia esse institutos. Criminatio ne refutatione quidem digna. — Primi conventus sodales optime norunt nemini simile quid ne in mentem quidem venisse. In actis quae ceteroquin publici iam iuris facta sunt ne minimum quidem vestigium ullius politicae theseos invenitur. Quodsi Slavi praecipuam conventus partem constituunt, id sane nemini nec mirum videri nec scandalo esse potest. —

Sane etenim non nostra culpâ causa unionis ecclesiae orientalis cum occidentali facta est quasi causa nostra, Slavorum dico. Slavi orientales constituunt partem numero fidelium saltem praecipuam ecclesiae orientalis cum ecclesia catholica non unitae et partem non minimam illarum ecclesiarum orientalium, quae cum Romana Sede unitae sunt. Quid mirum proinde si Slavi ecclesiarum unionem causam quodammodo suam esse arbitrantur. Pari ratione si de studiis, deque scientia agitur, Slavi occidentales et illi orientales qui in unitate fidei cum ipsis iam sunt constituti ceterorum orientalium Slavorum indolem, linguam, consuetudines historiam facilius quam alii aliorum gentium catholici commentari queunt.

Undequaque proinde conveniens, ut nos hanc quaestionem unionis moveamus atque eam sub caeleste patrocinium Apostolorum Slavicarum gentium Sti Cyrilli et Methodii reponamus, ut nos demum praec aliis Universalis Ecclesiae hoc pacto servitia quodammodo offeramus nostra.

Sed inde nullo modo sequitur fines nostros esse politicos panskavismum esse nobis motivum agendi. Minime gentium! Absit a nobis ut sacrosancto operi fidei universalis, operi unionis Ecclesiarum res misceamus et causas politicas. Finis noster idem est ac Christi Domini fuerat, ut omnes unum sint — finis noster quem oratione labore sacrificiis assequendum esse opinamur, ut

expleatur tandem Christi prophetia, atque fiat unus pastor et unum ovile — motivum autem nostrum Christi caritas. Dixi.«

Postquam Excellentissimus Praeses peroravit, primus legit RR. D. protoiereus A.l. de Mal'cev, *De vestigiis epicleseos in Missa Romana*, qui cum lectione sua tum eis, quae de Antonii metropolitae Petropolitani erga conventum animo benevolo dixit, sumimum gaudium omnium excitavit. Alter legit R. D. Palmieri, *De pristinae academie ecclesiasticae Kioviensis doctrina, B. Mariam V praemunitam fuisse a peccato originali.*

Post lectionem R. D. Palmieri lecta sunt nonnulla telegram mata. Ad conventum miserunt salutationes hi P T. DD.: RR. Ex. ac Spect. Prof. Dr. Jan Sedláček, facult. theolog. Pragensis decanus; RR. et Ill. D. Paulus episcopus Brunensis; RR. ac Ill. Josef Antonín Hůlka, ep. Bohemo-Budicensis; R. D. M. Haluščyňskyj, O. S. B. M. (Glinsko); RR., Ex. ac Ill. D. Emanuel Ioannes, ep. Litomericensis; R. D. Methodius Halabala O. S. B. (Rajhrad); Dr. Hruban, delegatus (Kunovice); Pl. R. D. Ignat Wurm (Olomouc) RR. ac Ill. Msg. Tumpach (»cras adventurus«); RR. et Celsiss. D. Car. Princeps de Hohenlohe-Langenburg; Pl. R. et Exim. D. Fr. Gillig; R. D. A. Rejzek, S. I. (Hostýn); RR. Ill. ac Ex. D. Jos. Doubrava, ep. Reginae-Hradecensis (Chrast); RR. et Ill. D. Wisnar, episcopus (Olomouc); Excell. ac RR. D. Georgius Posilović, archiep. Zagabiensis; RR. ac. Ill. Filip Nakić, ep. (Dubrovnik); Excell. ac RR. D. Iosip Stadler, archiep. Sarajeensis; R. D. Jan Czekaj, Resurr. (Stara Zagora); Pl. R. D. Alois Hlavinka (Kučerov); R. D. Jos. Vajs (Praha); D. Veselić, Spljet, RR. ac Ill. D. Šarić, ep. (Zepče); A. R. D. Kar. Procházka (Stochov in Bohemia). Doct. collegium profesorum Seminarii Sarajeensis.

Postea legit R. D. Mart. Jugie, *De immaculata Deiparae conceptione apud Byzantinos scriptores post schisma consummatum defensa.*

### Sectio communis theoretica.

Post has lectiones deliberabatur de proposito a R. D. Dre Grivec consilio condendi Academiam. Quamquam res omni ex parte considerari non potuit, omnes convenerunt, aliquam societatem doctam, internationalem, cui nomen sit *academia Velehradensis*, esse condendam et ad hoc delegati sunt tres RR. DD. (Dr. Grivec, Palmieri, Špaldák), cum iure cooptationis, qui secundum placita sectionis et conventus rei perficiendae operam darent. Omnes convenerunt praecipuum munus eius fore omnibus modis iuvare studia, quae pertinent ad discidium inter ecclesiam orientalem et occidentalem componendum; imprimis ad adiuvandos et augendos commentarios »Slav. litt. theol.«, qui tamen, quatenus eorum est conspectum litteraturae theologicae Slavorum exhibere, non ab ipsa ederentur sed tantum adiuvarentur. De amplitudine tamen obiecti, quod sibi proponere debeat nonnihil disputatum

est (RR. DD. Rostworowski, Bukowski, Špaldák). Denique in pleno approbata est sententia eorum, qui (cum R. D. Dre Grivec) acaleiniam volebant esse societatem *ad »studia ecclesiae orientalis (Graeco-slavicae)« alenda*. Nihilominus consilium commentarios »Slavorum litteras theologicas« per eam adiuvandi mutatum non est. Leges societatis, similes legibus societatis »Görres-Gesellschaft«, ferendi munus collegio delecto commissum est secretarius futurae societatis designatus R. D. Ad. Jašek.

### *Sectio orientalis.*

2./VIII. hora 8. in aula consedit sectio orientalis. Consenserunt omnes doctrinam catholicam accuratius ac verius esse exponendam ab orthodoxis theologis et ex purioribus (non protestanticis vel veterocatholicis) fontibus hauriendam. Loco vocis »nepogrěšimost'« (quae proprie significat libertatem a peccando) adhibenda est — auctore ipso doctissimo RR. D. Mal'cev vox »bezošibočnost'« ad infallibilitatem Romani pontificis significandam, sicut adhibetur de infallibilitate ecclesiae. Item, quod R. D. Franco proposuit, ratio infallibilitatis ecclesiae bene explicanda est, ne permisceatur cum inspiratione. Maxime notatum est compendia, quae in seminariis orthodoxis a professoribus explicantur, doctrinam ecclesiae catholicae non exhibere puram, sed corruptam (R. D. Jugie)

Haec deinde proposita unanimi consensu approbata sunt:

*Conventus exprimit desiderium, ut mutua cognitio orientalium et occidentalium in dies crescat et augeatur.*

*Conventus exprimit desiderium, ut speciatim orthodoxi non ex fontibus protestanticis hauriant, quia ibi doctrina catholica vitiata proponitur, sed ex catholicis.*

*Iuventus ex oriente invitatur ad invisendas universitates catholicas, ut non solum theologiae, sed etiam historiae et archaeologiae et aliis studiis operam dent.*

*Conventus invitat praecipue iuvenes theologos ad studium speciale historiae ecclesiasticae septem conciliorum.*

*Desiderium exprimitur, ut inter orientales propagentur libelli et ephemerides, quibus serium studium, ut omnes unum simus, excitetur et promoveatur.*

*Conventus exprimit votum, ut catholica instituta faciliorem aditum praebeant orientalibus.*

*Invitentur omnes universitates et seminaria catholica, ut indices lectionum et professorum mittant quotannis institutis orientalibus.*

Postero die haec sectio in deliberando perrexit. Omnia consilia, quae tunc approbata sunt, a RR. D. protoier. Al. de Mal'cev saltem adumbrata erant. Cuius, utpote viri doctissimi, quo ritus ecclesiae orientalis nemo peritior dici possit, verba, quibus de consilio exposuit, ut ecclesia orientalis omnes sanctos occidentales colere velit, ingenti plausu excepta sunt; spiritus enim est

manifestatus eo modo, quo clarior esse non potest. Volebat autem imprimis, ut animi christianorum orientalium et occidentalium remediis contra indifferentismum inter se, mutuo officio, adiuventur et communibus (depositis igitur controversis, ne in hac re »propaganda« agatur, sed caritatis auxilium praestetur) fundamentilibus veritatibus ad veram pietatem inter se impellantur; sed etiam mutua caritatis externae officia, ut ad mutuum amorem fovendum aptissima, florent.

Approbata deinde sunt haec proposita:

*Oportet, ut oriens cum occidente conveniat in operibus caritatis etiam externae, et mutuo praestentur.*

*Item conveniat in oppugnandis motionibus adversus fidem christianam.*

*Conveniat porro in quaerendis omnibus rebus, quibus honoratur Pater caelestis, quae sunt quodammodo communia eis, qui Christum diligunt.*

*Conventus exprimit desiderium, ut omnes sacerdotes unionis amicissimi in utraque ecclesia saltem semel in mense missam celebrent ad tollendum schisma cum pari intentione (saltem secunda); simul instruatur populus, ut accedat cum eadem intentione ad communionem.*

*Idem exprimit desiderium, ut sacerdotes praedicent de mutua caritate.*

*Rogandus est Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii, ut usum, quem in his rebus servat, velit divulgare.*

### *Lectiones 2.VIII. habitae.*

Legerunt R. D. Dr. Antonius Straub S. I., theol. prof. in C. R. universitate Oenipontana (Kalksburg) »*De principio essentiali unitatis ecclesiae Christi*«. — R. D. A. Gratieux, prof. (Châlons sur Marne) »*De elemento morali in theologia A. S. Homjakov*«. — R. D. Jos. Bocian (Lvov) »*Quomodo liturgica studia ad ecclesiarum discidium tollendum pertineant*«. — A. R. D. Fr. Snopek, aep. archivarius (Kroměříž): »*De discipulorum s. Methodii ad Romanam relatione*«.

Meridie conventus photographo speciem sui exprimendam praebuit.

Post meridiem legerunt R. D. Al. Bukowski, prof. theol. (Weidenau): »*Quid Russi orthodoxi doceant de poena temporali pro peccatis remissis ac de fine epitimiarum sacramentalium*«. — A. R. D. Dr. Basilius Suciu (Blasii in Hungaria): »*De natura medicinali et vindicativa epitimiarum in ecclesia Graeca*«. — A. R. D. Dr. Svetozar Ritig, prof. theol. (Djakovo): »*De Vlad. Solov'ev relationibus ad Croatias*«. — Doct. D. Dr. Mar. Zdziechowski, prof. univ. Jag. (Kraków): »*Litterata Russia quid Occidentis gentibus in rebus fidei*«.

*exhibere possit.* — R. D. Dr. Mat. Končar, prof. theolog. (Sarajevo) »*Quid agendum sit, ut unio ecclesiarum promoveatur.*«.

### *Sectio communis practica.*

Post lectiones conventum est ad deliberandum de quibusdam rebus agendis. Proposita approbata sunt haec:

*Propositum de Kalendario primum (seu a) et tertium (seu c) neglegenda sunt.*

*In proximo conventu ne misceantur cum conventu doctrinae studioso res alio pertinentes.*

*Iam nunc statuatur tempus (dies e constituto dimidio mensis suo tempore eligenda), quo proximus conventus habendus sit.*

*Creentur praeparaturi conventum III., qui suo tempore quaestiones tractandas publicent.*

*In proximo conventu ante meridiem tantum lectiones habeantur, post meridiem variae quaestiones discutiantur. Singulae lectiones ne durent supra 20 minutias.*

*Qui aliquid proponere volent, mittant proposita sua ante conventum eis, qui eum praeparabunt.*

### *Ultimus dies.*

Ultimo conventus die deliberabatur in sectionibus de rebus nondum ex omni parte expensis. Post meridiem legit R. D. Sévérien Salaville (Constantinople): *De s. Theodori Studitae doctrina de B. Petri Romanique pontificis primatu.* Deinde orationem habuit A. R. D. Nicolaus Franco, assistens Bibl. Vatic. (Roma): »*De solidaritate christiana.*«.

Quo facto proposita a sectionibus a pleno conventu approbata sunt.

Postea hymno Te Deum in ecclesia decantato laeti omnes de prospero eventu ac novo ardore inflammati discesserunt.



# Slavorum litterae theologicae.

## Conspectus periodicus.

Dirigentibus

Dr. Jos. Tumpach, Dr. Ant. Podlaha, Ad. Špaldák, Pragae  
E. Matzel, Chyroviae. Dr. F. Grivec, Labaci. Dr. Kam. Dočkal,  
Zagrabiae.

---

Annus V. (1909)

Pragae Bohemorum.

Nr. IV.

---

### BOHEMICA.

*Adolf Jašek, Výklad idey cyrillo-methodéjské.* Velehrad 1900. Str. 56, Adolphus Jašek, Quid sibi velit idea Cyrillicmethodiana. Velehradii 1909, pag. 56.

Eodem fere tempore, eadem extensione, simili argumento, dispositione, fine ac Dris Fr. X. Grivec libellus lingua slovenica exaratus »Vzhodno cerkveno vprašanje« (Orientalis quaestio ecclesiastica), editum est opusculum supra nominatum. Diligens et bonae spei sacerdos Moravus, notus laboribus occasione utriusque congressus Velehradensis ad studia inter Orientem et Occidentem promovenda exantlatis et susceptis itemque commentationibus de studio biblico et in his fasciculis et nuper in »Biblische Zeitschrift« publici iuris factis, quod non sine studiorum nostrorum emolumento fore speramus, e specialis scientiae cacuminibus descendit ad campum lectorum latius patentem, ut summa capita illorum studiorum, quibus dant operam patroni et amici horum commentariorum, modo quo fieri poterat ad captum omnium accommodato, explicaret et ita novos operi huic in genere et »Apostolatui SS. Cyrilli et Methodii« in specie fautores conciliaret.

Optimis iisque cum vetustioribus tum recentissimis hue pertinentibus litteraturae russicae, polonicae, bohemicae, aliquatenus etiam croatica, italicae, germanicae fontibus usus, quinque capitibus propositum suum exsequitur: Quomodo singulae gentes slavicae religionem christianam suscepint; quae sint causae, quae sit origo discidii ecclesiastici in Oriente; conspectus historiae ecclesiae russicae et unionis; quae sint quaestiones inter utramque ecclesiam controversae; quae sit huius temporis ecclesiae russicae condicio.

Laudandum est in hoc scriptore studium, quo alteram partem in quavis quaestione audit, quo praesertim, ubi facile offendendi posset ferendis iudiciis adversis vel minus acceptis, id per verba alieuius scriptoris illius populi fit, ad quem illud iudicium pertinet. Utinam, quo amore libellus hic scriptus est, eodem legatur. Tales vel similes commentationes in alias quoque linguas, imprimis non slavicas, verti

deberent, quo veriora de re haec iudicia pleniorque eius cognitio eo pertingerent, quo cothurni latinitatis huius non possunt penetrare.

Quae minus placent, haec fere sunt: Initia fidei christiana apud Croatas et maxime apud Slovenos forsitan aliquibus eorum in tempus nimis serum reposita videantur. Titulus opusculi magis ad prooeinium quam ad totum libellum pertinet. Pag. 30. in versione ex lingua polonica vox »jednak« minus recte per idem vocabulum fidei bohemicae reddita est, cum non »partim«, sed o v š e m (= »utique« vel »quidem«) denotet; hoc manifesto ipsa orationis series postulat. Denique sermo bohemicus, quamvis aliarum linguarum slavicarum serio studio excultus et politus sit, tamen hinc inde, praecipue in syntaxis, germanissimum redolet: nimis cerebro adhibentur verba passiva, ubi hoc a linguae genio abhorret, minus rectus est interdum usus instrumentalis in praedicatis loco nominativi; praeter alia minora laedit germanicus usus pronominis »tento«, ubi omnino superfluum est; in libello quindecies.

Jos. Vraštil.

## RUSSICA.

### Богословский Вестникъ. 1908.

A. Spasskij, Pahomij i Theodor, p e r v y e o s n o v a t e l i k i n o v i t s k a g o p o d v i ž n i c e s t v a p o g r e č e s k i m i k o p t s k i m s k a z a n i j a m (De Pachomio et Theodoro, primis vitae coenobitiae institutoribus iuxta graecas et copticas versiones). I, 53—80, 287—308.

A S. nec graecus textus (in Actis Sanct t. III. Maii 1866 p. 24—44.) nec memphiticus (in Annales de Musée de Guimet. t. XVII, Paris 1889, Monuments pour servir à l' histoire de l' Egypte au IV siècle) primitivum vitae s. Pachomii textum continere iudicatur. Uterque autem et graecus et memphiticus ex uno eodemque textu optico desumptus est. Instituta autem textus graeci et memphitici comparatione memphiticus ob suam cum IV. saeculi chronologicis adiunctis convenientiam textui graeco praestare dicendus est.

M. Taréer, Duhovnaja pravednost' (De perfectione spirituali), I, 90—134. T. triplicem perfectionem distinguit: legalem, quae in caeremoniarum ac legum observatione consistebat; propheticam, quae quidem interna curabat, at praeprimis bonum sociale ut finem spectabat; N. Legis perfectionem, quae spiritualis est. Novae legis praescripta, quae perfectionem spectant, duplice dividit Taréev in ea, quae ut lex pracepta sunt, et quae solum ut principia praescripta sunt. Ultima ab eo illa intelleguntur, quae catholici consiliorum nomine a Christo christianis commendatorum comprehendunt.

Toto articulo quaedam notionum confusio observatur.

P. Strahov, Bogoslovie i estestvoznanie (Theologia et scientiae naturales) I, 257—286. Cum fides ac ratio ab uno eodemque Deo procedat, pugna inter ipsas nequaquam esse potest; — cum vero scientiae naturales magis in dies multiplicantur, quam maxime necessarium est, ut aliquis ultimas disciplinarum naturalium conclusiones synthetice coniungat atque ex ipsis disciplinis naturalibus ostendat: veritatem cum agnosticismo vel indifferentismo coniungi minime posse. Quamobrem in academiis apologetica introducenda est, in qua ultimae illarum conclusiones encyclopaedica ratione perstringantur atque ita via etiam homini rerum naturalium perito sternatur, ut suae disciplinae auxilio adiutus fidem veram amplectatur. Huic propositioni etiam quivis catholicus prosperum successum ex intimo corde exoptat.

N. Kapterev. Reformationis ecclesiasticae actio tempore patr. Iosephi eiusque principales auctores, I, 309—338, 456—505.

Reformatio, quam saec. XVII. patr. Nicon perfecerat (cf. E. Golubinskij, Къ нашей полемикѣ съ старообрядцами. Moscovia 1905) opus Alexii imp. fuit. Ipse enim cum ex motivis ecclesiasticis (educatio a Steph. Bonifat'evi, — totius familiae a Philareti patriarchae, imperatoris avi, erga ecclesiam Const. et Graecos reverentia) tum ex motivis politicis (Moscoviam post Constantinopolim captam tertiam esse Roman) omnibus viribus curavit, ut Russorum ecclesia iuxta Graeciae ecclesiae disciplinam reformaretur. Imperatorem hac in causa protopresb. Stephanus Bonifat'evi, patr. Nicon, senatores Rtiščev Theodorus eiusque soror Anna ac sen. Borys Morozov, magistri ex urbe Kiovia advocati, ut rem ad effectum perduceret, adiuvabant. Attamen patr. Nicon, imperatore non instigante, suis viribus derelictus Kapterevii sententia nihil efficere potuisset.

Singulorum quoque, qui reformationi peragendae manum apposuerunt, in auxilio praestando sors describitur.

N. Aksakov, Predanie Cerkvi i predanie školy (De ecclesiae et scholae traditione). I, 374—399, 517—551; II, 151—175, 382—409; III, 27—48, 583—599.

Occasione disquisitionis a collegio ad praeparandam synodus constituto de chirotonia factae Aksakov ostendit a) inter ecclesiasticam traditionem et scholarum traditionem probe distinguendum esse, — b) sacerdotem atque episcopum omnia iura atque facultates, ut sacramenta confidere atque ecclesiam regere possint, in ordinatione vi solius gratiae divinae, non ex episcopi delegatione accipere (contra Ostroumov ac Dmitrievskij). Alteram disquisitionis partem Aksakov argumentis ex traditione petitis evincere studet. Verum optime difficultas solveretur, si iurisdictionis atque ordinis notio probe discerneretur. A. ibi suam de fidelium, sacerdotum atque episcoporum ad ecclesiae organismum relatione sententiam proponit. In argumentis ex traditione adductis multa inveniuntur, quae ad quaestionem illustrandam, quomodo in ecclesia orientali populus, clerus atque episcopus ad sacerdotis atque episcopi electionem, consecrationem regiminisque ecclesiastici collationem concurrerint, magnam lucem affundere possunt.

N. Kapterev, Bor'ba kružka revnitelej blagočestija s patriarchom Iosifom o edinoglasii (De factionis pietatem pugnantium pugna cum patr. Iosepho de monotonia) I, 668—692; idem: Pervyja cerkovno-reformatorskija dejstvija patriarha Nikona (De primis patr. Niconis reformationibus ecclesiasticis), II, 176—220; idem: Cerkovno-obrjadovija reformy Nikona (De ritualibus patr. Niconis reformationibus), II, 341—381; III, 218—252; idem: Ispravlenie cerkovno-bogoslužebnyh knig pri patriarche Nikoně (De ecclesiasticis libris a patr. Nicone correctis), III, 538—559. — Regnante in Russia imperatore Alexio constituta est factio, quae populi mores et ecclesiae atque cleri disciplinam reformare conabatur. Ad ipsam praeter imperatorem pertinebant: Stephanus Bonifat'evi, metrop. Nicon (futurus patr.), senatores Theodorus Rtiščev atque Boris Morozov aliique. Nominata factio imperatore protegente ecclesiam regebat, populi atque cleri vitam atque mores reformabat. Quae factionis actio sua sponte ad pugnam cum patr. Iosepho ducebat, quae occasione plurimum versuum psalmi uno eodemque momento a pluribus decantatorum revera exarsit. Qua ex pugna patriarcha Iosephus, licet in synodo 11./2. 1649 habita contrariam sententiam propugnarit, in synodo 1651 habita victus cessit. 15. aprilis 1652 p. Iosepho mortuo eligitur Nicon, qui factione dispersa, solus reformationem, quae totam Russiam in duas partes divisit, ad finem perduxit. Quod Niconis opus auctor in principalioribus eius momentis evolvit.

Kapterev patriarcham Niconem ad opus, ad quod utpote solida doctrina theologica et historica destitutus, omnino ineptus fuit, ag-

gressum esse dicit. In rebus disciplinaribus, neglectis rebus maioribus, minuta curabat atque mutabat (cf. II, 176 sqq.); in rebus vero rituallibus, quas dogmatis loco habebat, secundum recentioris Constantino-politanae ecclesiae normas, disciplina suae patriae omnino spreta procedebat (III, 218 sqq.); libros vero liturgicos iuxta editiones Venetianas correxit (III, 538 sqq.). Non in omnibus tamen culpandus est patr. Nicon; ipse enim utpote indoctus id quod patriarchae orientales, qui Moscoviam eleemosynam petentes veniebant, ipsi suadebant, faciebat atque ritus ac caerimonias, sicut alii, pro dogmate reputans ad ritus reformatos sese convertit.

M. M. Tarčer, Spasitel'. I, 221—256.

S. S. Glagoler, Dubovnaja pravednost'. I, 90—134 Religioznaja filozofija u negrov Barili. I, 135—147.

S. Glagoler, Grečeskaja religija. I, 339—373, 552—589; 613—667; II, 1—31; III, 1—26, 157—187.

N. Zaozerskij, Točnyj smysl i značenie Apostol'skago 34go pravila. I, 81—89.

N. A. Zaozerskij, O principě religioznoj svobody. I, 506—516.

P. V. Tihomirov, Očerki po gnoseologii. I, 693—706.

A. I. Pokrovskij, Vethozavětnyj profetizm, kak osnovnaja, tipičeskaja čerta biblejskoj istorii Izrailja. I, 764—793.

G. A. Voskresenskij, Iz cerkovnoj žizni pravoslavných slavjan. Bukovinsko-dalmatinskaja mitropolija. II, 260—291.

E. Žmakovskij, O ɣarakterah. II, 509—534.

S. I. Smirnov, Miloserdyj podvižnik — Daniil Perejaslavskij. II, 569—576.

D. G. Konorarov, Religioznyj ekstaz v russkom mističeskem sektantstvě. II, 535—568; III, 188—217.

D. G. Konorarov, Psihologija sektantskago ekstaza. III, 628—638.

N. Zaozerskij, K voprosu o zlonaměrennom rastorženii braka. (De malitiosa derelictione unius coniugis per alteram partem tamquam causa ad solvendum matrimonium) II, 246—259.

N. S. Suvorov in suis »Замѣчанія на проектъ положеній къ разбору» составленный Особымъ Совѣціемъ при св. Синодѣ 1903 опропнага commissionis synodalis opinionem, derelictionem unius coniugis malitiosam ad matrimonii vinculum solvendum sufficere. Zaozerskij vero eandem atque commissio sententiam tuetur, quam in libello: »Злонамѣренное оставление однимъ супругомъ другою какъ основание къ расторжению брака 1907» (Malitiosa derelictio unius coniugis per alteram partem ut causa solvendi matrimonii) latius propugnat.

S. Bratkov, Novokatholicizm i enciklika Pija X. protiv modernistov. Neocatholicismus et encyclica Pii X. contra modernismum. II, 410—437. Commemorata encyclica Pascendi Dom. gregis ex 8/10 1907 et modernistarum responsis, Bratkov Pii X actiones reprehendit, modernistas vero laudat.

V. Myšcyn, Cerkovnoe ustrojstvo po poslanijam Ignatija Antiohijskago (Ecclesiae temperatio secundum Ignatii Antiocheni epistolas), II, 473—508. Cum testimonia (Polycarpus, Irenaeus, Origenes) atque interna argumenta Ignatianas epistolas opus Ignatii Antiocheni manifesto ostendunt, M. in principalem s. Ignatii doctrinam, nempe de oboedientia episcopo debita, quae in ss. Eucharistiae participatione quam maxime enitet, inquirit. Myšcyn doctrinam apud s. Ignatium de subordinatione episcopo debita ex motivis practicis exsurgere existimat, ut ecclesiam nempe a Docetis, qui humanam Christi naturam ac propterea ss. Eucharistiae sacramentum negabant, tueatur.

ac defendat. Monitum itaque unionis cum episcopo nihil est nisi adhortatio, ut fideles participes sint ss. Eucharistiae, quae ab episcopo conficitur et a Docetis repudiatur, — utque fideles hac ratione a Docetarum erroribus immunes serventur (cf. p. 499)

Non apostolicam episcoporum successionem vel ecclesiarum inter se conexione intuitus monet s. Ignatius, ut fideles episcopo adjungantur, sed timor, ne Docetae suis haeresibus fideies corrumpant, s. Patrem ad eam adhortationem compulit. Quare doctrina Ignatii non ut momentum theologico-historicum, sed solum sub specie polemico-practica spectari potest (p. 499).

At nemini dubium esse potest, quin s. Ignatius episcopum monasticum ut factum universale admittat, ita ut episcopus, licet presbyterio adjutus, ecclesiam regat (p. 505 sq.) Verbis γῆς καὶ προκαθηταῖ ἐν τόπῳ χωρίῳ Ρωμαῖον πρεσβεῖον римской церкви мыслилось Игнатием не въ оной сферѣ благотворительности (praesidentia ecclesiae Romanae ab Ignatio non intellegitur sola amoris praesidentia) (p. 507).

Duo tamen animadvertisenda esse videntur: a) quam ex tribus epistularum Ignatianarum redactionibus M. sequatur quamque germanam putet, non est manifestum; b) practico-polemicum finem, quem s. Ignatius in componendis suis epistulis habuit, nimis premere videtur.

A. Pokrovskij, Alexius P. Lebedev, II, 577—603; A. Spasskij, A. P. Lebedev, III, 103—141, 298—326, 455—486. — Alexius Lebedev, natus a. 1844, † 14.7. 1908. Lebedev ab a. 1870—95 professor historiae ecclesiasticae in Academia Mosc. ab a. 1895 hist. eccl. in Univer. Mosc. ut professor ord. tradebat. Mortuo hoc professore atque historico amisit historia ecclesiastica apud Russos suum optimum cultorem, qui ipsam ex infantili aetate eduxit, methodum criticam atque viam idoneam ei monstravit, viros, qui ipsam colerent, educavit.

Ante Alexii Lebedev tempora historia eccl. ob Nicolai I. severum regimen ac Philareti Mosc. ac Macarii rectoris Acad. Petr. agendi modum doctrinae nomen nequaquam meretur. Lebedev, cum Alexander II. benignius regere coepit, ut professor in Acad. Mosc. constitutus, historiam tradebat. Quam ut evolveret atque aliis ut rationem atque modum tractandi historiam ostenderet, imprimis fontes ecclesiasticae historiae analysi subiecit. Cuius studii fructus est: «Церковная историография въ главныхъ ея представителяхъ съ IV в. по XX.» Москва, 1908 (Historiographia eccl. in principalioribus eius repraesentantibus a IV saec. ad XX. s. M. 1898, altera editio 1903 Petropoli), in qua historiae eccl. evolutio monstratur atque quid unusquisque fons valeat, iudicatur.

Hisce studiis adiutus «онъ далъ ии болѣе ии менѣе, какъ научный и всесторонній курсъ всей церковной истории» (totius historiae ecclesiasticae doctrinalem atque universalem cursum praebuit) (p. 470). Operum, quae 1870—1895 Lebedev edidit, indicem praebet I. N. Korsunskij in Bogosl. Vѣstnik 1895, Nro. 11: «Двадцать-пятилѣтие ученой литературы цѣятельности проф. А. Н. Лебедева.» Quae opera Lebedev denuo 10 tomis edenda curavit sub titulo: «Собрание церковно-историческихъ сочинений.» Quae Lebedev ab a. 1895 scripserat, A. Spasskij in suo articulo, praesertim p. 104. annotata habet; alia vero in professoris mortui theca non edita manent.

In suis operibus Lebedev universam historiam ecclesiasticam singulaque eius maioris momenti facta illustravit ita, ut facta simul cum eorum causis atque effectibus conectere studuerit. Qua ratione ipse iam in primo suo opere ad doctoris gradum consequendum conscripto historiam tractat (Всеславские соборы IV. и V. вѣка. Обзоръ ихъ доктрической цѣятельности въ связи съ направлениемъ николь Александрийской и Антioхийской, Москва 1873). Quo in opere tum dogmatum evolutionem tum partium inter se pugnantim motiva, relationis scil. fidei ad rationem quaestionem, non sola facta enarrat atque evolvit,

ita ut Concilia IV. et V saec. a Lebedev descripta, quod evolutionem historicam attinet (non facta enarranda, in quibus Hefele excellit), episcopi Hefele Conciliengeschichte superent. Ad »Всеславские соборы VI., VII., VIII. вѣковъ«, licet solide conscripta sint, praecedentis operis dotibus carent. Verbo opera a Lebedev eomposita (— eleganter scripta intelleguntur —) etiam quae posterioris ecclesiae fata spectant, et doctrinae soliditate et critica ae doctrinae propria methodo et integritate atque universalitate praestant, ita ut hisce operibus Lebedev historiam ecclesiasticam in Russia in aliarum disciplinarum ordine posuerit. Praeterea Lebedev scholam historicam, cuius initia Methodius et Innocentius Smirnov, Philaretus Černigovskij, A. V. Gorskij posuerunt, evolvit atque instituit.

In eius tamen opinionibus de hierarchiae ecclesiasticae origine atque evolutione, protestantium erroribus seductis, quaedam minus recta, alia confusa habentur. Quod vero eius »Исторія Греко-Восточної Церкви по ю властію Туровъ« attinet, cum non multa documenta ad-sint, quaedam populariter magis quam ratione doctrinae propria conscripta sunt.

A. P. Orlov, Proishozdenie i karakter t. n. fragmentov ex opere historico Ilarija Piktavijskago. II, 32—56.

B. G. Grečev, Prep. Nil Sorskij i »zavolžskie starey — publicisty II, 57—86.

S. S. Glagolev, Albert Lapparan [Lapparent] (1839—1908). II, 221—245.

M. M. Tarëev, Monističeskaja etika. II, 438—472.

*Idem*, Sociologičeskaja moral'. III, 253—343.

*Idem*, Ortobioz (Optimističeskaja nauka i nravstvennost') III, 560—582.

V. Myšcyn, Otnošenie cerkovnago ustrojstva k stroju obščestvennomu i gosudarstvennomu v pervye dvě věka (Organizatio ecclesiae saec. I. et II. in relatione ad ordinem socialem et ad gubernii organismum), III, 49—66, 269—297. Secundum M. ecclesiae forma in suis essentialibus elementis (episcopatus, presbyteratus, diaconatus) ex formis ethnicorum omnino non pendebat, judaismus vero minimum ad ipsam pertinuit (p. 80). Etenim a) paganorum societates temporalia tantum curabant nullasque proprietates ethicas a suis membris exigebant (81 sqq.); b) etsi christiani primis temporibus, ut legum tutela fruerentur, collegia simili ratione ac pagani efformabant, nulla tamen ratione hierarchia ecclesiastica (episcopus, presbyter, diaconus), in sua origine e paganorum collegialibus institutis pendet. Nam α) christianus episcopatus si nomen excipias, quod ex LXX desumptum est, non ex ordine officialium aerarium, qui episcopi nominabantur, evolutus est: id enim manifestissime epigraphica documenta testantur. Etenim episcopis christianis, quorum munus primario spectabat ad cultum et regimen ecclesiasticum, solum secundario super temporalia invigilare iniunctum fuit; praeterea episcopus apud paganos rarissime officialis aerarius fuit. Nec ἄρχων ψυχῶν Iudeorum quidquam in hac quaestione valet: ipse enim solum, ut ritualia praescripta servarentur, observabat; — minime vero regebat societatem aut cultus officium ullum obibat (p. 70 sqq.). β) Diaconus apud paganos servi sortem significabat; contra apud christianos officium denotat ecclesiasticum (p. 75 sq.). γ) Presbyteratus, si regimen et magisterium excipias (— quod solorum christianorum presbyterorum proprium est —) ē Iudeorum seniorum collegio, qui et presbyteri vocabantur, ortus est. (76 sqq.).

Si vero praedictorum ordinum evolutio consideratur, ipsam et e populi psychologia illius temporis et e gubernii temperatione dependiisse dicendum est. Etenim si socialis ordinis et regiminis civilis in imperio Romano evolutio cum regiminis ecclesiastici evolutione comparatur, secundum Myšcyn similitudo quam maxima observatur. Nam

republica sublata collegia et publica et privata, quae suis iuribus, ut eligendi officiales, iudicandi sua membra etc., utebantur, nondum suppressa sunt; et solum tempore procedente (II. saec. et initio III. s.) omnia iura ac privilegia, quae collegia habebant, a monarchismo absoluto et centralistico, usurpata sunt. Id etiam in regiminis ecclesiastici evolutione observatur. Quare tum ob evolutionis simultaneitatem tum ob populi indolem (— multi enim e Romanis, qui centralismo favent, christiani fuerunt —) unam ab altera evolutione dependentem fuisse dicendum est (p. 83 sqq.).

*I. M. Gromoglasov.* Kanoničeskija opredelenija braka i značenie ih pri izslědovanii voprosa o formě hristianskago brakozaključenija. III, 344—361; 516—537.

*A. Roždestvenskij.* Ulučšenje položenija pastyrja, kak odna iz glavnjših sredstv k oživleniju prihodskoj žizni. III, 362—385; 600—627.

*S. S. Glagolev.* Istina i nauka. III, 400—422.

*A. A. Kirěev.* Sovremennoe položenie starokatoličeskago voprosa. (De recenti vetero-catholicae quaestionis statu) III, 433—486. Inde a concessibus vetero-catholicorum et orthodoxorum in urbe Bonn a. 1874—5 habitis vetero-catholici unionem ecclesiasticam cum russico-orthodoxa ecclesia sine intermissione quaerunt. Sed licet condiciones, quibus unio perfici possit, iam in illis concessibus constitutae sint: unitas nempe in dogmatibus, quae ab una, non divisa, oecumenica ecclesia septem conciliorum discenda sunt; et libertas suam disciplinam et formam ecclesiasticam retinendi ac theologicas opiniones profitendi; — novae tamen in dies difficultates oriuntur, quae quominus unio ad optatum finem perducatur, impediunt.

Quae impedimenta ut amoveantur, commissio Petropolitana unioni favens, quomodo vetero-catholici quaestionem de «Filioque» praesertim prout a s. Augustino explicatur intellegant, e commissione vetero-catholicica in Rotterdam exsistenti a 1907 quaequivit. Qua in interrogatione commissio Petropolitana haec annotat: a) s. Augustinum nulli traditioni innixum suam sententiam docuisse; b) s. Augustini sententiam reiciendam esse, quia α) duo statuit principia in processione Spiritus Sancti (p. 426, 428), β) proprietates personales Patris Filio attribuit; γ) s. Cyrillus, cum de processione Spiritus Sancti a Filio loquitur, temporalem intellegit (p. 430); δ) quia denique alii Patres, cum processionem Spiritus S. a Filio tradebant, candem doctrinam simili ratione ac Patres Graeci: διὰ τὸν Υἱὸν intellegebunt (p. 428 sq.); ε) διὰ τὸν Υἱὸν a Patribus docetur, nam ante Spiritus Sancti spirationem Filius ponendus est ut condicio (p. 428 sq.).

Ad quae commissio vetero-catholicorum in Haag constituta a. 1907 respondit: a) vetero-catholicos Filioque non ut dogma acceptare (p. 440), sed solum ut opinionem theologicam (p. 136, 440), utpote quae ex dogmate ratione duce evoluta sit; b) ideo sententiam, quae Spiritum Sanctum a Filio procedere docet, non esse haereticam (p. 430), eo magis, quod ipsa a multis Patribus docetur, qui sunt: Tertullianus, Athanasius, Hilarius, Basilius, Didymus, Epiphanius, Ambrosius, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alex., Damascenus); c) Nominatos vero Patres hanc doctrinam profitentes idem sentire atque alios Patres, qui διὰ τὸν Υἱὸν docent (p. 442). d) verum Patres processionem non solam temporalem, sed et aeternam intellegere, cum Spiritum Sanctum a Filio procedere teneant (p. 439); e) ideo doctrinam s. Augustini teneri posse, cum Filius ideo in processionem Spiritus Sancti influxum haberet, quia a tribus personis divinis una communis caue identica natura possidetur (p. 440 sq.). f) cum vero sententia, quae «Filioque» tenet, solum opinio theologica sit, — etiam altera sententia, quae Spiritum Sanctum a solo Patre procedere docet, licet ipsa a nemine ex Patribus proclamata sit, ut opinio theologica tuto admitti potest (p. 442).

*M. Hatuščyánskyj.*

## CROATICA.

**Vesperal rimsko-slověnski (Vesperale Romano-Slavicum).** Krk (Veglia). Sumptibus Academiae Palaeo-Slavicae. An. 1907<sup>1</sup>. P. XV. + 343 + (104).

Adiuvantibus Archiepiscopo Olomucensi Francisco Sal., Episcopo-Praeposito Pragensi Francisco Borg., Praeposito Vyšehradensi Dre Nicolao Karlach, Canonico Dre J. Marek, monasterio Emautino Pragensi atque Josepho Vajs edidit Academia Palaeo-Slavica opus suprascriptum.

Quod argumentum libri attinet, continet Vesperas Dominicarum et Sanctorum totius anni iuxta libros Palaeo-Slavicos. Festa praecipua totum habent officium adiunctum. Dispositio libri consueta est. Praeedit Calendarium et preces (V—XV), dein sequuntur Vespereae Dominicæ cum Completorio. (1—15). Postea Proprium de tempore (16—212), Proprium Sanctorum (213—343), Commune Sanctorum, In Dedicatione Ecclesiae, In Festis B. M. V off. Defunctorum ([1]—[62]) et in fine officia Sanctorum pro aliquibus locis ([62—104]).

Externa libri condicio valde commendatur. Charta optima. Multis festis additae sunt imagines, immo etiam in Proprio Sanctorum.

Quod linguam attinet palaeo-Slavicam, haec notanda sunt. Vocales et consonantes juxta linguam Croaticam nostri temporis mutantur et scribuntur. V gr. loco „št“ et „žd“ seribitur „č“ et „đ“ — Vocales nasales mutantur in puras. Loco „ж“ seribitur „u“, v. gr. loco „ѧ“ scribitur „snt“, loco „ѹѹѧѧ“ „čujut“ Similiter „ѧ“ mutatur in purum „e“. Loco „настојећеје“ seribitur „nastojećeje“. — Palaeo-Slavicum „к“ seribitur littera č, transcriptio melior non est. Loco „дѣло“ scribitur „dělo“, loco „тѣх“ — „и“ scribitur „i“ V gr. loco „и“ scribitur „ni“, loco „бити“ — Semivocales simpliciter omittuntur. V gr. 1. p. pl. „proxim“ loco „проснѣвѣ“ loco „влнѣ“ loco „погрѣзл“ loco „ногрѣзл“. Omissio haec simpliciter admitti non potest. Est quidem verum, semi-vocales temporis cursu excidisse, ast num semper absque ulla recompensatione magna est quaestio. Lingua Croatica hodierna testatur, κ in quibusdam verbis aliquam recompensationem obtinuisse. V gr. jesam loco „јесам“. Hinc quaestio est, num transcriptio „jesm“ optima sit.

Formae linguisticae in declinatione et coniugatione linguae palaeo-Slavicae omnino respondent. V gr. „rikaje“ ရිකාජා vel „k tebě vazdihajem tužeće i plačuće“ ڪ تېڭ ڪاڙدڻا ڄاڻم ٿا ڙاچو ۽ پلاڙچو.

Proprietates syntacticae, v. gr. brevior sententiae expressio per participia, nec non stylus gravis vere classicus ornant linguam Vesperalis prouti et vetustissima monumenta linguae palaeo-Slavicae.

Dr. D.

**Hrvatska Straža.** Dirigente dre. *Francisco Binicki*. An. 1908.

O I. Sabadini Subotić, Problem kulturnog razvoja (De problemate culturae evolvendae.) Fasc. IV.—VI.

Dissertatio haec ambitu suo maximis huius anni adnumeranda est, licet nondum ad finem perducta. Hucusque has quaestiones auctor solvit: quid sit cultura, quando incipiat, quando incipiat philosophia historiae. Reiectis variis falsis definitionibus auctor culturam definit

hoe modo. Cultura est constans influxus acquisitarum veritatum et practicarum conclusionum in societatem. Quoad secundam quaestionem contra materialismo-monismum asserit, culturam incipere, cum homo quoad corpus et animam aptus sit ad opera culturae creanda. Ad tertiam quaestionem respondet, veram historiae philosophiam cum religione christiana incipere. Triplex theoria generatim historia explicatur: theistica, rationalistico-pantheistica et sociologica accommodata scientiis naturae investigandae. Modo auctor omnes has theorias crisi subicit.

Theoria theistica supponit Deum Creatorem omniaque facta historica Providentia divina explicat. Rationalismo-pantheistica theoria contra omnia necessitate, caeca lege, determinismo explicat. Defectus primae theoriac iuxta mentem scriptoris est, quod careat analysi factorum historicorum, defectus vero secundae, quod nullam Providentiae divinae rationem habeat.

Dissertatio pulchris ornatur sententiis, sed nimis fusa est et lata. Res porro tractatur sequenti anno.

Dr. Matija Pacher: Božanstvo Kristovo (De divina Christi natura) Fasc. III.

Dr. P. praeprimis sententias praecipuorum nostri temporis rationalistarum nempe Harnack et Loisy refert. Harnack negat quidquid ordinem naturalem superat, miracula Christi progressui scientiae explicanda remittit. Loisy vero »qua historicus« Christum Deum non novit, tamen »qua catholicus« hoc confitetur, quamvis — sicuti ait — Christus se ipsum nunquam Deum declaraverit. Contra Harnack probat P. divinam Christi naturam ex possibiliitate et vi probativa miraculorum; contra Loisy vero ex ipsis Christi effatis.

Dr. Alfirević: Slobodna škola (De schola liberalismi) Fasc. III.

A. probat scholam laicalem finem educationis non attingere, quippe quae characteres educare nequeat, ruinamque rei publicae sub omni respectu efficere — exemplum Gallia. Pugnandum contra monopolismum reipublicae et contra scholas simultaneas, optanda libertas prouti in Anglia exstat.

Katičov: Historički apriorizam (De apriorismo historico) Fasc. IV—V

In praesenti commentatione refellit K. apriorismum historicum. Moderni enim a priori supernaturale negantes ex historia omne elementum supernaturale eliminant. Cum hocce praeiudicio historiae incubentes facillime quidem Christum purum hominem asserunt, sed et maxima cum iniuria, cum testes quoque oculatos propter sua praeiudicia contemnant.

Dr. Alfirević: Odakle živuća bića? (De origine vitae.) Fasc. VI.

Experimentis Pasteuri innixus refutat auctor imprimis generationem equivocam, quia ad vitam producendam sola mechanica et chemia non sufficit; dein refutat hypothesim »meteoricam«, quia hoc modo quaestio non solvit, cum eadem quaestio de vita huiuscmodi siderum exurgat. Denique refutat theoriam cosmoorganicam, quia sola motione corporis anorganici vita non oritur. In fine reicit hypothesis, quae ope radii originem vitae explicare conatur.

P. Lončar.

## SLOVENICA.

Dr. Avguštin Stegenšek, profesor bogoslovja in c. kr. konzervator. **Konjiška dekanija.** Umetniški spomeniki lavantinske škofie, drugi zvezek, S 75 nariski v tekstu in 94 slikami na 59 tablicah. V Mariboru 1909, založil pisatelj. Str. VIII + 300. **Decanatus Konjicensis.** Artis monumentorum in episcopatu Lavantino extantium tomus II. Cum 75 delineationibus textui insertis et 94 imaginibus in 59 tabulis. Maribor

(in Styria inferiore) 1909, sumptibus scriptoris. Paginae VIII et 300.)

*St.* opus suscepit magnae molis, exaraturus topographiam ecclesiasticam dioeceseos Lavantinae; consilio paulisper mutato profanae quoque artis monumenta in operis sui provinciam assumpsit hoc tomo secundo, quod in primo (Dekanija Gornjegradska, 1905) nondum fecerat

Singulis decanatibus singulos dans tomos, in hoc secundo, qui argumento non minor priore, extensione potior evasit, post historicam introductionem de ecclesiis, arcibus, castellis praediisque recenset antiquitates praehistoricas, romanas (inter quas aliquot inscriptiones latinas ex temporibus Antonini Pii et posterioribus), palaco-historicas, in qua operis parte dilueidat, qualis olim dominorum condicio et iuridica relatio fuerit ad subditos, quorum tres classes distinguit (nevoljnik, kmet, obrestninar) variis servitii gradibus dominis obstrictas, indagat causas, quae pedetentim tristiores inter utrumque incolarum genus relationes adduxerunt.

Partis specialis, singularum parochiarum historiam et artis monumenta ita petractantis, ut omnia, quae ad rem pertinent, eleganter exponantur et integre, pars fere dimidia, eaque lectorum remotiorum animos magis attrahens, data est historiae Žičensis monasterii Carthusiani fusi narratae (1163—1782). Ut materiac suae auctor satisfaciat et quae de hoc argumento minus recte dicta fuerant, refellat, altius rem repetit et lectoribus instituto monastico non initiatis praebet ea, quae ad foundationem huius ordinis et in specie Žičensis monasterii pertinent, primaevas eius regulas totumque modum vivendi, deinde quomodo per saecula floruerit, defloruerit, revixerit, extinctum sit. Non minorem diligentiam navat historiae aedificiorum, oeconomiae, litterariae. Iuvat afferre ultima huius partis verba: „Quanti sit momenti Carthusia Žičensis ad localem historiam provinciae, appareat e conspectu nostro possessionum illius monasterii. Nemo aliis aeque diligenter acta scripta recondebat et asservabat atque monasteria. Ex documentis Styricis, usque ad a. 1260 pertinentibus, a Zahn publici iuris factis, quae 1535 numerantur, manibus hominum profanorum tantum 46, ergo 3<sup>0</sup>/<sub>0</sub> servata sunt; ex 733 antiquissimis (I. tomi) profana sunt tantum sex, ergo 0·8<sup>0</sup>/<sub>0</sub>! Addentes, omnes chronicos commentarios a viris ecclesiasticis originem duxisse, facile asserimus, nos hodie sine monasteriis de historia provinciali primorum post annum millesimum saeculorum nihil fere scituros fuisse. Verba haec luculenter testantur, quanta pars fuerit monasteriorum in litteris colendis.

Si commemoramus, scriptorem imagines quoque, fundamentorum delineaciones, photographias fere omnes propria manu fecisse, totum opus propriis sumptibus (Ordinario eius Dre M. Napotnik munificenter pro I. tomo 1000, pro II. 500 coronas praestante) edidisse, facile patebit, hoc opus eius cum simili opere Dris Antonii Podlaha, canonici Pragensis, comparari posse, monumenta ecclesiastica archidioeceseos Pragensis conquirentis, paulatim publici iuris facientis, pro hoc studio neque temporis neque pecuniae parcentis. Immo, si expendimus, in populo etiam minore hunc doctrinae campum minus fuisse cultum, nullas fere extare societas pro his studiis specialibus, haud scio an palma sit porrigenda libro Dris Stegenšek.

Jos. Vraštil.

## PARS DISSENSSIONIBUS INTER ECCLESIAM OCCIDENTALEM ET ORIENTALEM COMPO- NENDIS DESTINATA.

### De sacramento poenitentiae.

*Quaestio V De requisitis ad absolutionem validam  
et fructuosam ex parte absolvendi.*

#### Thesis X.

Ad valorem absolutionis absolutae, etiam a peccatis venialibus, requiritur semper aliqua confessio et nisi adsit causa excusans, confessio omnium peccatorum (formalium) gravium, quae a se commissa ne cum sibi debito modo directe remissa esse poenitenti certò cognitum est, secundum numerum et speciem infimam, et nisi saltem ab hoc excusetur, saltem in genere propria voce proleta: at ad valorem absolutionis condicionatae probabiliter nulla confessio requiritur, si fieri non potest.

Declar. 1. Confessio duplamente sumi potest: nempe vel stricte vel in magis universalis significatione. „Confessio stricte est accusatio, qua in actu secundo aliquis se iudicialiter accusat, ut quando reus in iudicio interrogatus, confitetur iuridice suum crimen coram indice et notario. Confessio minus stricte et in universaliori acceptatione extenditur ad ea, quae praecedunt, ut, cum rens dicit: ego volo confiteri meum delictum, de quo sum accusatus, vel quando ad hunc finem vocat iudicem et notarium, ut audiat eius confessionem, quia paratus est iam ad confitendum. Quae quidem in latiore significatione dicitur etiam confessio, eo quod implicite videatur iam reus confiteri suum delictum. Solet tamen [etiam] vocari voluntas seu propositum confitendi, ut distinguiatur ab illa confessione stricta, qua reus in actu secundo et explicite confiteretur delicta. De Lugo, De poen, disp. 17, n. 72. Confessio late dicta potest definiri: signa manifestativa desiderii, quo poenitens desiderat providere animae sua de remedio spectante ad veniam peccatorum obtinendam. Confessio stricte dicta definitur: accusatio suorum peccatorum ad eorum veniam obtinendam sacerdoti potestatem habenti facta. Confessionem „omnium peccatorum“ etc. intellegimus ita ut sufficiat etiam accusatio in communis de peccatis ante distincte narratis, licet non accusatis vel de „omnibus, quae alter novit“ (Suar.) seu „acusatio relata ad memoriam, quam habet confessarius de illis peccatis prius distincte auditis“, qua relatione accusatio prior „aliquo modo fit sacramentalis per accusationem subsequentem taliter, ut possit ad sacramentum deservire.“ Ita cum De Lugo, De poen. d. 16 n. 638, Suarez, De poen. d. 22, s. 6, n. 5. Coninek, Illsung, Diecastillo suam sententiam communem esse testantibus statuimus contra s. Alphonsum, La Croix, Lehmkuhl (Theol. mor. II, n. 348).

Genettus et Juenin putant bonam vitam anteactam sufficere ad id, ut valide absolvatur absolute is, qui confiteri nullo modo potest. Et Jacobus Baius putat posse nonnunquam dari absolutionem per modum suffragii.

2. Dicimus peccatorem secundum communiter contingentia debere confiteri omnia peccata mortalia secundum speciem infimam et numerum in quantum fieri potest, in quo utique implicite includitur necessitas respondendi veraciter ad omnes interrogationes confessarii, quibus illa cognitio praeter cognitionem dispositionis acquiratur. (Cf. Conc Lat. IV cap. 'Omnis utriusque sexus'). Voce peccata<sup>\*</sup> complectimur etiam actus externos, qui licet non habeant per se propriam malitiam, tamen participant malitiam actuum internorum et cum iis unum actum moralem constituunt, se. peccata in sua specie completa et consummata. Specifica peccatorum distinctio posita est in morali obiectorum differentia. Porro specifica obiectorum moralium differentia consistit in diversitate bonitatis et in diversitate malitiae. Bonitas autem vel malitia moralis obiectiva exsurgit ex convenientia vel disconvenientia cum natura rationali sive cum recta ratione [norma moralitatis]. Tunc ergo habebimus diversam bonitatem, cum diversa est ratio, cur aliquid bonum sit, et viceversa diversam malitiam habebimus, quando diversa est ratio, cur obiectum non conveniat cum rationali creatura. Ballerini-Palmieri, Opus morale t. I, n. 236. Cf. De Lugo, De poen. disp. 16, n. 221. Singularem hac de re sententiam habet Amort, De saec. poen. disp. 2, qu. 3, ad 1., qui putat hoc pendere a determinatione Ecclesiae, quid exprimendum sit, quatenus „speciem substantialem vocat illam, quae potest variare iudicium confessarii in ordine ad absolutionem suspendendam vel poenitentiam variandam“ et quatenus „lex de absolutione concedenda vel differenda et lex de modo poenitentiarum taxando dependeat a determinatione Ecclesiae. Non omnia, quae nunc pro mortalibus habentur, in ecclesia primorum saeculorum fideles confiteri debuisse alii quoque consentiunt, nt Boudinhon in Canoniste contemporain 1902, p. 408; cf. Dobschütz, Die urchristlichen Gemeinden, 1902 p. 277 ss.: Holl, Enthusiasmus u. Bußgewalt beim griech. Mönchthum 1898, p. 240; Oswald, Teil V § 3. Ad numericam peccatorum distinctionem declarandam haec sunt notanda. Imprimis quoad peccatum externum non videtur posse dari regula aliqua metaphysica unitatis (quando sc. possit dici unum), „quia cum tota unitas haec sit moralis, recurrendum omnino est ad prudentum arbitrium et usum circa pluralitatem vel unitatem actionis. Unde multum pendet ex circumstantiis et ex qualitate actionis. Aliquae enim actiones sunt, quarum partes facilius uniuntur et faciunt unum, quam aliae. Una comedatio v. g. est una actio humana; atque adeo erit unicum peccatum mortale in die Veneris una comedatio carnium: si autem fiat duplex comedatio, erit duplex peccatum. Unde vero iudicandum sit esse unam vel duas comediones carnium colligendum est ex unitate comeditionis humanae Illa ergo unitas, quae sufficit ex parte ipsius comeditionis ad conservandam unitatem comeditionis, sufficiet ad unitatem peccati. Nec licet fuisset interrupta comedatio ad dandam epistolam vel pecunias, aliquis

obligabit ad confitendam illam interruptionem, quantumvis facile posset explicari; neque etiam oporteret dicere, quot buccellas vel quanto tempore prandium duravit. *De Lugo*, *De poen. disp.* 16, n. 542. (Cf. *Dicastillo*, *De sacr. poen. disp.* 9, n. 63 ss.) Quoad peccata interna regula unitatis desumenda est arbitrio prudentis ex proportione ad peccata externa. „Quando enim obiectum perseverat nobis praesens mortaliter, quia non habuimus animum discedendi ab ea cogitatione, sed casu et naturali aliqua distractione interrupitur, censemur adhuc moraliter idem congressus (ut ita dicam) cum obiecto, quod nunquam discessit, sed habet se sicut ille, quem contumelia affici, qui non discedit, licet parum avertas faciem ad loquendum aliquid breve cum alio ibi praesenti. Quando vero discessimus iam voluntarie ab ea cogitatione, licet non per revocationem voluntatis praeteritae, iam censemur congressus ille cum obiecto finitus et completus, data nimirum obiecto licentia discedendi et abeundi. Quodsi postea redeat, censembitur novus congressus et alia iam occasione peccari, non prima, quae iam cessasse videbatur. *De Lugo*, *De poen. disp.* 16, n. 569. Cf. *Dicastillo*, *De sacr. poen. disp.* 9, n. 107.

Venialia autem in genere accusare sufficere ad valorem ita probatur a Noldin, *Summa theol. moralis*<sup>3</sup>, t. III, n. 231. „Ad essentiam sacramenti generica peccatorum confessio sufficiens est. Quod in necessitate sufficit ad validum iudicium instituendum, id etiam extra necessitatem sufficere debet. Hanc confessionem peccatorum in genere tantum extra causam necessitatis etiam licitam esse defendunt Gury-Ballerini, Eschbach, Bucceroni, Apicella, Génicot, Dicastillo. Contra quos Noldin l. c. putat per consuetudinem adesse obligationem venialia specifice confitendi. Hac de re in scholio.

Cum praeceptum confessionis obliget humano modo et ita ut suaviter observari possit, non obligat ad metaphysicam diligentiam in examine faciendo, sed sufficit, ut diligentia sit mediocris et ordinaria, qualem homines prudentes in re magni momenti adhibere solent: nec confessarius tenetur ad procurandam maiorem integritatem, quam poenitens ipse per examen obtinere possit. Quodsi poenitens postea casu certo cognoscat aliquid determinatius, quod sibi in confessione priore proferendum necessario fuisset, illud accusare tenetur. Solum ab his directe est absolutus, quae accusavit; directa sc. absolutio est Dei directa cessio iuri, quod habebat ad aversionem propter illud peccatum. Qui igitur directe est absolutus ab aliquo peccato nunquam debet (contra Dicastillo, *De sacr. poen. disp.* 6, n. 318 ss.) illud iterum confiteri. Qui directe absolvitur ab uno peccato speciali vel a genere peccati, a reliquis peccatis vi concomitantiae absolvitur, seu indirecte.

Circumstantias speciem novam afferentes simulque aggravantes mortaliter (non tantum venialiter cf. *De Lugo*, *De poen. disp.* 16, n. 105) et circumstantias, quae ex peccato veniali faciunt mortale eiusdem speciei per se patet esse accusandas. (Cf. Conc. Trid. Sess. 14, ep. 5, cn. 7.) Sed fuerunt, qui etiam alias circumstantias, aggravantes nempe notabiliter in eadem specie, promendas esse censerent. Ita praeter orientales (cf. Šost'ín, *Prevoshodstvo* ispovědi pravoslavnoj in Věra i

Razum 1887, II, p. 487 ss.: Bronzov in *Hr. Čtenie* 1902, I, p. 771) Alexander Halensis, Maior, Caietanus, Victoria, Cano, uterque Soto, Suarez, Henriquez, Fagundez, Th. Sanchez, Concina, Gonet, Natalis, Platelius etc. Sed communior est sententia s. Thomae, Paludani, Navarri, s. Antonini, Toleti, Durandi, Becani, Vasquez, Lessii, Toleti, De Lugo, Illsung, s. Alphonsi, etc. negans debere eas circumstantias explicari ad confessionis integritatem.

Deinde fuerunt, qui insuper requirerent explicationem temporis, si agitur de peccato iam ante remisso vel nondum remisso; ut Turrianus. Fuerunt etiam, qui negarent omni modo debito esse remissum peccatum, quod ut dubium (secundum veritatem) accusatum erat; velut Th. Sanchez, Dicastillo, Turrianus, Diana, Moya, Viva, Cardenas, s. Alphonsus; quod tamen quoad dubietatem numeri (decies plus minusve) communiter negare nolunt (excipe saltem Cardenam).

Tum multi (practer eos, qui etiam positive dubia mortalia confitenda esse docuerunt, ut Merbes, Concina, Habert et, ut videtur, etiam A. Bronzov in *Hr. Čt. 1902, I, 771*) peccata mortalia ita dubie (vel saltem dubie graviter) commissa, ut ex neutra parte sint rationes positivae, quae ad iudicium prudens probabile sufficient, (prout se habet homo ad hanc propositionem: sidera sunt paria), patefacienda esse censuerunt, inter quos sunt etiam Suarez, Sanchez, De Lugo, immo et s. Thomas. Peccata vero mortalia eodem modo dubie accusata non debere accusari vix quisquam ex auctoribus docet, cum tamen negari non possit posse aliquando ita dubiam esse obligationem, ut ex neutra parte revera sint rationes positivae. puta, si quis ante viginti annos se rite confessum esse scit, sed dubitat utrum peccatum ante confessionem an postea commiserit, nec certe omnes aequiprobabilismum teneant. Ceterum s. Alphonsus et alii ne tunc quidem concedunt cessare obligationem, cum aliquis habeat rationes probabiles credendi se peccatum esse iam confessum. — Sane et nos certitudinem non intellegimus nisi morale eam, quae non excludit tenuem oppositi probabilitatem.

Praeterea D. Soto, Th. Sanchez, Castro-Palaio, Ripalda, Salmaticensis, Tannerus, Collet, Amort, s. Alphonsus, alii ad integritatem confessionis exigunt etiam effectuum peccati declarationem.

Adversariis nostris etiam hic annumerandi sunt illi, quos in praecedenti positione declaranda attulimus negantes valorem absolutionis post cognitionem peccatorum solum genericam etiamsi paenitens sit bona fide.

Sufficere confusam numeri peccatorum expressionem putabant (probabiliter saltem) aliqui Canonistae, Angelus et Silvester; simile quid docere videtur E. Uspenskij, Obličitel'noe bogoslovie. Ufa 1891, p. 145.

Denique Petrus de Osma (damn. a Sixto IV. a. 1478) docuit confessionem in specie ex Ecclesiae universalis statuto, non divino iure esse sancitam. Si credamus scriptori D. Kyriakos in Revue intern.

de théol. V (1897), p. 11: „In der Lehre von der Buße, während die römische Kirche die Konfession der Sünden als absolut notwendig betrachtet, da(?) der Geistliche ohne sie die Satisfactionen nicht auflegen kann, die zur Expiation der nach der Taufe begangenen Sünden notwendig sind, die Protestantent aber jedes Sündenbekenntnis verwerfen, indem sie sich mit der inneren Reue begnügen, fordert die griechische Kirche das Sündenbekenntnis als bloß nützlich, damit der Büßende durch die ihm von dem Geistlichen aufgelegten Strafen sich bloß korrigiere.“ Cum hoc usus conveniret, de quo loquitur Leroy-Beaulieu, L'empire des Tsars et les Russes, III, 1889, p. 154 s. Nihilominus communis theologorum orientalis ecclesiae sententia concordat cum doctrina catholica. Makarij quidem (Pravoslavno-dogmat. bogoslovie<sup>3</sup>. Spb. 1868, p. 437 haec scribit: „Neobhodimost etogo is-povědanija sama soboju očevidna iz togo, čto razrěšit' ili nerazrěšit' kakie libo grěhi, nadobno napered znať ih.“ Similiter Ignatij O tainstvaž edinoj, svjatoj, sobornoj i apostol'skoj cerkvi<sup>2</sup>. Spb. 1863, p. 189: Pokajanie slagaetsja iz dvuh dějstvij, iz ispovědi grěhov so storony kajuščagosja, i iz rěšenija o nih so storony Služitelja Tainstva, o imeni, vo imja, imenem Božiim“ etc. De differentia huius doctrinae a doctrina veterocatholicorum, cf. horum theologos: Schirmer, Grundriß der katholischen Glaubens- u. Sittenlehre, p. 40 s. 55; Moos u. Zdenek, Die katholische Kirchenreform u. d. Altkatholicismus. Schönberg 1900, p. 15. Revue intern. de théol. 1900, No. 31, p. 431—451; No. 32, p. 646—664 — Erasmus atque alii existimabant, primis ecclesiae temporibus nondum fuisse institutam confessionem secretam, sed tantum publicam et generalem. Ac N. Suvorov (Vopros o nomokanoně Ioanna Postnika v novej postanovkě. Jaroslav 1898, p. 98 K voprosu o tajnoj ispovědi 194) cum aliis dicit, etsi fuisse credatur primis saeculis secretam confessionem, absolvendi potestatem iunctam fuisse cum poenitentia publica.

3. Dicimus esse rationes, ob quas poenitens a tali confessione excusat, ita ut absolutio valida (et fructuosa) concedi queat. Causae excusantes reducuntur ad duas impotentiam physicam, qualis est defectus temporis vel defectus loquendi etc., et potentiam moralem, qualis est, si confitetur adstantibus nimis prope aliis, vel confessario voce nimis elata loquenti etc. Hanc esse causam excusantem negatur a Šostin l. c. p. 485—6, qui physicam tantum admittit (cf. Pravosl. Bogosl. Enciklopedija VI, 243).

Posse sacerdotem valide absolvere in tali casu auditio vel uno tantum peccato omnes consentiunt, solus Victoria dubitavit. Plures (quorum aliquos enumeravimus thes. IX., decl. 2.) negaverunt valorem absolutionis, quando poenitens nullum peccatum in particulari confitetur, sed solum in genere, dicendo se multa peccata commisisse. Idem negabant sufficere posse desiderium confitendi manifestatum. Cum iisdem etiam alii consenserunt, cum agitur de desiderio manifestato sacerdoti absenti.

4. Cum homines inter se suos conceptus manifestare non possint nisi per signa sensibilia, patet confessionem debere fieri aliquo signo

sensibili. Omnes consentiunt non ex ipsa sacramenti essentia sequi confessionem debere esse vocalem. Sed fuerunt, qui dicerent per se requiri sub gravi, ut confessio distineta sit vocalis (ut Viva, Amort) et alii, qui negarent (ut Villalobus, Ballerini-Palmieri) vel dubitarent (ut De Lugo) gravem ad hoc esse obligationem et alii, qui negarent graviter peccare eum, qui sine iusta causa sacerdoti absenti scripto confiteatur. Causa excusans ab hoc praecepto praeter impossibilitatem physicam potest contingere, cum aliquis vellet coram aliis confiteri occulte et ad hoc daret sacerdoti proxime sedenti seedulam, qua confiteretur peccatum et peteret absolutionem, ut ipse quasi aliud agens eum absolveret nemine advertente. Frequentias vero continget id fieri posse propter difficultatem proferendi vel duo verba (haec accuso) ex morbo vel alio impedimento; nunquam autem ex verecundia nimia. Scotus (?), Gabriel, Angelus necessitatem confessionis secretæ affirmaverunt et Scotus propterea dubitavit, num possit fieri scriptura. Et culpabilem quidem fore confessionem publicam (sine iusta causa) censem etiam Suarez, sed non puto graviter culpabilem nos vero solum ratione scandali eam peccaminosam esse posse arbitramur.

5. Apud antiquiores theologos communior erat sententia homini in extremo agenti, qui nullum dederit signum (quod se. in aliis adiunctis acciperetur rationabiliter ut signum vel certum vel probabile) petitæ absolutionis, non posse (nec sub condicione interioris dispositionis) absolutionem administrari. Hoc persuasum habebant Suarez, Vasquez, Coninck, Laymann, Henriquez, Diana, De Lugo, Platelius etc. Sed opposita sententia iam communis evasit, licet non ab omnibus eodem pacto explicetur. Eam tenet s. Alphonsus, apud quem enumerantur ex prioribus Merbes, Morinus, Genettus, Holzmann, Sporer, Elbel, Viva, Salmaticenses, Croix, Tamburini et alii. Inter hos tamen plurimi praesumunt saltem aliquod signum sive praecedens sive praesens, quod a confessario non percipiatur et ita tantum posse moribundum absolvi iudicant. Nos vero praescindimus a quovis signo externo et ad hoc tuendum negamus actus suscipientis esse partem essentiale (non tantum condicionem) ritus, quo peccata ex opere operato remittuntur, et dicimus totam essentiam huins sacramenti positam esse in verbis formae, quamvis praerequirat, si proferatur absolute, legitimam confessionem. Ita sentiunt Scotus, Maior, Gabriel, Vivaldus, Dionysius Cisterc., Anton. de Litteratis, Almaynus, Carolus de Baucis, Marcantius, Herinex, Bartholomaeus de s. Fausto, Molfesius, Homobonus de Bonis, Robertus, Pullus, Alexander Ludovis. (postea Gregor. XV.), Maldonatus, Tamburinus, Fr. Brenner, Ballerini, D'Annibale, Berardi, et alii. Praeterea saltem vim seu efficaciam soli absolutioni tribuunt s. Thomas (In l. 4., d. 22, q. 2, a. 1. qc. 1 ad. 2. 3), Capreolus, Ferrariensis, Vega, et consequenter saltem Victoria, Canus, Dom. Soto, Toletus, Navarrus (cf. Gury-Ballerini, t. 2 n. 414 nota). Potest igitur in nostra sententia sacramentum poenitentiae *definiri* sunt verba, quibus sacerdos ei, qui

peccavit post baptismum, gratiam peccatorum remissivam confert: quae definitio certe brevitate sua commendatur.

P. I. Ad valorem absolutionis absolutae, etiam a peccatis venialibus, semper aliqua confessio requiritur.

Dub. 1. **Gregorius VII.** episcopo Leodiensi (Liège) misit absolutionem (Ep. l. 2, 61), quin ille confessus sit. Cf. thes. IX, p. II. dub. 4.

2. **Origenes** eodem modo disserit de necessitate publicae confessionis, quo de necessitate confessionis in genere; ita In ps. 37 hom. 2, n. 1; In Lev. hom. 3. n. 4. Ergo si publica non est necessaria, nec alia requiretur.

3. Ratio, cur a patribus dicatur „confessio“ necessaria, praedclare assignatur ab Ambrosio (De Cain et Abel, l. 2, c. 27) his verbis: „Est quaedam in peccatis verecundia et poenitentiae portio crimen fateri nec derivare culpam, sed recognoscere. . Nam qui peccatum suum ad quandam referunt, ut gentiles asserunt, decreti aut operis sui necessitatem, divina arguere videntur, quasi ipsorum vis causa peccati sit“. Sed tunc non est opus aliqua confessione praeter contritionem.

4. Ad recipienda sacramenta Eucharistiae et Unctionis infirmorum sufficit, quod moribundus per christianam vitam, quam habebat, ostenderit implicite voluntatem accipendi ea sacramenta in illo articulo; sed per similem vitam ostendebat non minus voluntatem recipiendi absolutionem sacramentalem in illo articulo. Ergo illa voluntas sufficit ad dandam ei absolutionem, cum possit haec dari ei, quem constat voluisse confiteri, ut dicitur in rituali romano.

5. Quoad venialia non potest verum iudicium exerceri; ergo nec confessio requiritur, si quis sola venialia habet eaque clavibus subicere vult. Cf. thes. 8. p. II dub. 9. Quodsi ea confitemur, idem est sive sacerdoti sive alii id fit. Haec enim Beda, In Iac. 5 (M. 93, 39): „In hac autem sententia illa debet esse discretio, ut quotidiana leviaque peccata alterutrum coaequalibus confiteamur eorumque quotidiana credamus oratione salvari. Porro gravioris leprae imminunditiem iuxta legem sacerdoti pandamus.“

6. Si possent etiam venialia accusari, iudicium confessario difficile redderetur; nec hoc malum aequatur commodis.

Hanc partem quam posuimus veram esse appareat ex his:

1<sup>o</sup>. Ad absolutionem absolute impertiendam requiritur ex parte absolvientis cognitio saltem desiderii confitendi a poenitente manifestati. Cf. thes. 9. p. II. Ergo ex parte absolvendi aliqua confessio opus est.

2<sup>o</sup>. Idem patet ex doctrina patrum. Secundum Leonem M. (Ep. 108. ad Theod. Foroiul.) „poenitentiae actio“ datur, *confitentibus* et hanc dicit esse traditam „praepositis Ecclesiae potestatem“. Deinde patres eandem prorsus statuunt confessionis necessitatem, quam generaliter usus clavum, in quo certe errassent, si umquam sine confessione dari posset absoluta absolutio (vel quaecumque, cum possibilis est confessio). „Rogo vos fratres etiam pro periculo meo, per illum Dominum, quem occulta non fallunt, desinite vulneratam tegere conscientiam Peccator erubescet perpetuam vitam praesenti pudore mercari an sic illi melius est perire?“ **Pacianus**, Paraen. ad poenit. n. 6. 8.

„Si qui non prius animae suae vitia et peccatorum suorum cognoverit mala, ac proprii oris confessione prodiderit, purgari is absolvique non poterit“ **Rufinus**, Versio Origenis, De princ. l. 3, c. 1, n. 12. „Sine confessione non est indulgentia“ **Alcuinus**, De psalmor. usu c. 9: cf. Ep. 112. Cf. **Chrodegangus**, Reg. c. 32. Ceterum cf. huius thesis. p. II., ubi testimoniis patrum simul probatur necessitas specialis confessionis, utique si possibilis est; sane cum specialis fieri non

potest, generica potest, haec ex iisdem plane rationibus necessaria erit, quas illius necessitatis patres habuerunt vel habere potuerunt.

30. Idem emergit ex Conc. Tridentino, Sess. 14 ep.: „Constat iudicium hoc sacerdotes incognita causa exercere non potuisse“

P II. Ad valorem absolutionis absolute, etiam a peccatis venialibus requiritur, (nisi causa excusans ad sit) confessio omnium mortaliū, quae a se commissa needum sibi directe remissa esse paenitenti certo cognitum est, secundum numerum et speciem infimam, eademque sufficit.

Dub. 1. Reo mortalium ante Eucharistiae susceptionem certe necessaria est absolutio. Atqui non specialem praecipit confessionem Apostolus sed dicit 1 Cor. 11, 28: Δοκιμαζέτω δὲ ἀνθρώπος ἔαυτόν, καὶ οὕτως ἐκ ἄρτου ἐσθίετω καὶ ἐκ τοῦ ποτηρίου πινέτω. Eum sequuntur Clemens Alex. Strom. I. 1. c. 1. Origenes In Ioan. t. 28. Chrysostomus, Hom. de ieunio. Augustinus(?), Serm. 252 de temp. Ep. 54 ad Ianuar. c. 3. Conc. Ca-billonense (an. 813) cn. 46.

2. Petro et Magdalene sine confessione saltem speciali Dominus remisit peccata; sed eandem potestatem tradidit apostolis quam ipse habuit: Sicut Pater me misit, ita ego mitto vos.

3. In primis Ecclesiae saeculis non fuit mos ita confitendi peccata. a) Augustinus S. 352 tres tantum enumerat poenitentiae modos: antebaptismalem, quotidianam fidelium, et publicam lapsorum; atqui ad nullam ex his pertinet confessio secreta et distincta omnium peccatorum. b) S. Cornelius apud Euseb. Hist. I. 6 c. 43 narrat de Novatiano, illum singulos ad Eucharistiam accedentes, eorum manibus apprehensis sibi sacramento obstrinxisse his verbis: „Iura mihi per corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Christi, te numquam meas partes deserturum, nec ad Cornelium reversurum“. At, si mos tunc fuisse fideles privatum sacerdotibus confiteri, facile fuisset secreto iuramentum hoc extorquere. c) In vitiis veterum sanctorum patrum (Cypriani, Ambrosii Gregorii Neoc., Gregorii Naz., Gregorii Nyss., Basili, Augustini, Martini, Fulgentii etc.) numquam refertur confessio ab iis facta saltem in extremo vitae; quod tamen frequentissime memorari solet in historiis posteriorum. d) Initio nullus fuit minister clavium nisi episcopus (S. Smirnov i Bog. Věstnik 1906, I, 611.); qui certe solus non poterat omnium confessiones audire, praesertim cum adeo frequens tunc esset communicandi usus. e) Primis saeculis non exstabant Specula confessariorum, Instructiones, Casuum conscientiae decisiones etc., quae post conc. Lateranense IV. velut agmine eruperunt. Ergo nec opus iis fuit.

4. Nec apud Coptas nec apud Nestorianos confessio viget; unde patet usum eius posterioris temporis esse. Cf. Lactantius, Instit. I. 4, c. 30.

5. Ex Socrate (l. 5, c. 19) et Sozomeno (l. 7 c. 16) constat Nectarium abrogasse confessionem. „Si lex Dei erat auricularis confessio, qui ausus esset Nectarius eam refigere et convellere?“ Calvinus, Instit. I. 3, c. 4. Ita Steitz, Augusti etc. Item Cano, Select. de poen. 5, p. 6 ad 6, Soto In l. 4, d. 18, q. 1. a. 1, Waldensis etc.

6. Confessio secundum patres est solum aliquod naturale remedium. „Ut febres, cum in alto sunt, non queunt mitigari, cum foras erumpunt, spem afferunt desinendi, ita peccatorum morbus dum tegitur inardescit; si confessionibus proditur, evaporat“. Ambrosius In ps. 37, n. 57. Vel etiam ad instruendos poenitentes adhiberi posse, sed non debere, censebatur, ut ab Hieronymo, In Eccles. 10. et Asterio Amaseno, Hom. 14. vers. fin.

7. Confessio ex Iudeorum consuetudine (cf. Num. 5, 6—9; Lev. 5, 6; 6, 2 ss. Prov. 26, 26; 28, 13, Matth. 3, 6. Act. 19, 17; Talmud, Sanhed.

6, 2; Mainon. in Tešubba c. 1 ap. Sepp, Leben Jesu<sup>2</sup>, II., c. 15) pervenit ad christianos; ergo non resultat ex potestate clavium.

8. Lex non obligat cessante fine eius, etiam in casu particulari, nisi praeceps ad oboedientiam exercendam sit imposita. Sed nonnumquam fit, ut confessarius omnia peccata gravia poenitentis optime noverit. Ergo saltem in hoc casu confessio non erit necessaria.

9. Confessionis necessitas probaretur aut ex necessitate cognoscendi dispositionem aut ex necessitate congruae satisfactionis imponendae. Atqui cognitio illa haberi potest sine confessione, praesertim distincta, peccatorum, secus enim requireretur etiam in ordine ad baptismum. (Ceterum cf. Billot, De Eccl. sacr. I. 2, th. 17 § 1. Dices; De San, De paen. n. 767). Si vero altera ratio valeret, deberet etiam explicari in confessione, num peccatum iam sit iudicialiter remissum necne; debet enim leviorem poenitentiam confessarius imponere pro peccatis iam iterum punitis in alia confessione, quam pro nunquam punitis. Idem dic de exponenda intensione vel remissione doloris de peccatis, de exponendo fervore in operibus poenitentiae etc.

10. Cognitio singulorum peccatorum non influit in ipsam sententiam, nec impositio satisfactionis ad valorem opus est. Ergo nec potest confessio singulorum peccatorum esse necessaria.

11. Cognitio singulorum peccatorum non requiritur per essentiam sententiae iudicialis. Nam id, quod per essentiam alicuius rei requiritur, numquam potest omitti. Praeceptum vero divinum extra institutionem clavium ostendi nequit.

12. Si esset obligatio ad confitendum singula peccata, esset obligatio ad prodendum diabolo secretas clades atque infirmitates. Quae enim in voluntate et intellectu fiunt, nisi ad extra prodeunt, eum latent.

13. Saltem non necessario omnia mortalia simul clavibus sunt subicienda. Nam potest aliquis absolvii ab excommunicatione remanente ipso peccati reatu; ergo potest absolvii ab uno peccato, quod confitetur, licet non absolvatur ab alio, quod non confitetur.

14. Saltem nulla est obligatio confitendi omnia peccata nondum iudicialiter remissa simul. Nam haec necessitas non colligitur ex vi institutionis; unde solum sequitur nullum peccatum mortale dimitti posse sine absolutione sacerdotis. Secus semper requireretur talis completa confessio. Ecclesia vero fatetur se obligationi confessionis nihil addidisse praeter temporis determinationem.

15. Ieremias patriarcha Constantinopolitanus, Resp. 1. ad Luth. expresse dicit, si oblivione vel pudore in confessione peccata sint celata, firmiter confidi, Deum etiam eorum indulgentiam largiri. Eadem fuit Germani episcopi Amathuntis sententia (ap. Morin. De poen. append. pag. 137).

16. Non sufficit accusatio in communis de peccatis antea distincte enarratis, sed non accusatis. Nam iudici, postquam iudex est, danda est a reo notitia distincta delicti; quare cum confessio praecedens non fuerit facta iudici, non est eius habenda ratio. Alioquin, si poenitens anno sequenti dicat confessario: status meae conscientiae hoc anno est sicut anno praecedenti, sufficeret haec confessio ad absolutionem. Nam si iudex cum illa sola notitia ita confusa potest absolvere, licet nullam aliam habuerit postquam iudex est, posset etiam pro secundo anno cum aequali et maiore forte notitia, quam accipit, absolvere et poenitentiam imponere.

17. Etiam effectus subsecutus debet explicari. Nam ille, qui venenum porrexit, tunc primum censetur et denominatur homicida, quando is, qui accepit, moritur. Ergo tunc occidit, tunc committit homicidium.

18. Accedit, quod licet talis effectus non sit in se formaliter et intrinsecus liber et malus, est tamen liber et malus extrinsecus et denominative a libertate et malitia voluntatis, a qua procedit; quod sufficit, ut debeat explicari. Nam etiam actus exterius (v. g. dandi venenum) est tantum extrinsecus et denominative a voluntate interna liber. Sane non sufficit dicere: 'proieci sagittam' aut 'explosi sclopetum, ut occiderem', sed debeat dici: 'occidi de facto'. Quod autem parum vel multum temporis intercedat inter voluntatem internam et effectum, videtur esse solum differentia secundum magis et

minus, cum non ideo desinat esse voluntarius effectus, qui post diem vel biduum consequetur ex voluntate hodierna.

19. Ecclesia semper requisivit confessionem effectuum. Ita in antiquo Poenit. rom.: Si quis adulterium commiserit: si filium genuerit, septem annos poeniteat, si vero filium non genuerit, tres annos poeniteat. In Poenit. Egberti: Fecisti vomitum per ebrietatem? duodecim dies poeniteas. (Amort)

20. Actio externa tunc solum est peccatum et materia confessionis, quando fit perseverante libertate interna; sed frequenter contingit, ut quando exercetur actio externa, non perseveret actu voluntas interna formaliter libera. Nam licet applicuerit se homo libere ad aliquam actionem v. g. ad legendum, postea tamen non semper habet advertentiam sufficientem ad libertatem saltem plenam. Contingit ergo saepe actionem externam a mortaliter peccaminosa voluntate procedentem, non esse peccatum saltem mortale. Ergo saltem tunc non sunt confitendi actus externi.

21. Concilium Tridentinum, Sess. 14. ep. 5 ait confitenda esse omnia peccata mortalia, quae sunt in conscientia. Ergo ita sunt confitenda, sicut sunt in conscientia; sed si dubitatur an sint commissa, sunt in conscientia saltem dubia. Ergo ita confitenda sunt, saltem ut illo modo possit index de illis iudicare et ex coniecturis arbitrium ferre de qualitate talis peccati. (Suarez)

22. Debito certo non satisfit per solutionem incertam: ergo confitendum est peccatum, quando constat certo de peccato commisso et solum probabiliter existimatur fuisse dictum in confessione. (Coninek)

23. Est usus fidelibus sane non gratus totius Ecclesiae, ut poenitentes etiam dubia peccata confiteantur, cuius initium non agnoscitur; quare credendum est eum ab ipsis apostolis pro manasse. (De Lugo)

24. Si post maturum examen dubium alicui remaneret, essetne baptizatus necne, deberet sub forma condicionali baptizari; ergo a pari, cui dubitatio insidet de peccato mortali, sive quantum ad ius sive quantum ad factum, tenetur sub condicione declarare; confessio enim lapsis post baptismum non minus est necessaria, quam baptisma nondum renatis. (Drouin)

25. Leo X. damnavit octavum hunc Lutheri articulum: 'In primitiva Ecclesia solum manifeste mortalia confitebantur fideles'. Atqui per 'manifesta' peccata non ea tantum intelligebat novator, quae aliis nota essent, sed et ea, quae certo constarent poenitenti: unde sic loquitur apud Roffensem: 'Ego de his mortalibus locutus sum, quae aut aliis aut sibi manifesta sunt.' (Collet)

26. Lex favorabilis debet ampliari (cf. Sanchez, De matr. l. 1, d. 39, n. 5); atqui lex confitendi est lex favorabilis, quia tendit ad liberationem a peccatis et liberat ab onere gravi contritionis. Ergo debet extendi ad omnia peccata, etiam dubia.

27. Illa spectant ad tribunal sacerdotis, quae spectarent ad tribunal Christi, si adesset, cum sacerdos sit eius vicarius. Atqui hue spectarent etiam mortalia dubia. (De Lugo)

28. In dubiis tuta pars est eligenda; si quis autem omittat confiteri peccatum in dubio, exponit se periculo omittendi aliquid, quod vere commisit; sin illud dicat, nulli periculo se exponit. Ergo tenetur eam partem eligere tanquam tutam.

29. Dubius num peccaverit letaliter tenetur contritionis actum de hoc suo peccato elicere, cum nemini dubio an a gratia Dei exciderit, liceat manere tranquillum, et gratia, si forte amissa est, non per dubium superveniens, sed per contritionem solam reduci possit. Atqui eo ipso quod conteri tenetur, tenetur et confiteri, quia vera contritio votum includit confessionis.

30. In dubio de commisso homicidio incurritur irregularitas. Ergo in dubio de commisso mortali incurritur obligatio confitendi.

31. Saltem qui scit se peccasse mortaliter, dubitat tamen an illud peccatum sit confessus, debet illud confiteri. Nam tunc possessio est contra poenitentem. Constat enim de peccato et de obligatione confitendi; non autem constat de confessione. (De Lugo, Dicastillo).

32. In sacramentis non licet uti opinione probabili reicta tuiore; secus enim valor sacramenti in probabile discrimen adducitur.

33. Etiam circumstantias solum aggravantes oportet accusari. Nam circumstantiae notabiliter aggravantes eae sunt, quae ita mortalem actionis malitiam in eadem specie adaugent, ut unum peccatum pluribus aequivalens efficiant seu ratione durationis, seu ratione quantitatis seu ratione intentionis. Atqui circumstantiae huiusmodi necessario aperiri debent. Ideo enim Tridentinum Sess. 14. cp. 5 aperiri vult circumstantias, quae speciem mutant, quia alioqui confessarii nec ‘de gravitate criminum recte censere possunt’, nec ‘pro illis poenam, quam oportet, poenitentibus imponere’. Atqui eadem ratio militat pro circumstantiis notabiliter aggravantibus. Hae enim, nec raro, criminis gravitatem magis adaugent adeoque maiorem poenitentibus poenam imponi exigunt, quam circumstantiae speciem mutant. Quis enim non videat maiorem esse malitiam in eo, qui, ut hominem interficiat, prius ipsi amputat brachia et pedes, oculos effodit, nasum comburit, ventrem aperit etc. quam in eo, qui solo ictu gladii alterum occidit in templo! (Henno) — Confirmatur: Si circumstantia varians speciem peccati non adderet ipsi novam malitiam, certum est, quod non teneremur eam explicare. Ergo causa necessitatis in explicatione circumstantiae non est differentia specifica, sed adiecta malitia. Ergo ubi est malitia notabilis superaddita, sive sit eiusdem speciei sive alterius, oportebit eam explicare. (Gonet)

34. Circumstantia, quae potest ab ecclesia reservari, est necessario aperienda in confessione; sed circumstantia notabiliter aggravans intra eandem speciem, potest, immo de facto ab Ecclesia reservatur. (Gotti.)

35. Est usus omnium fidelium, timoratorum saltem, confitendi etiam circumstantias aggravantes. Et, si antiqua decreta inspiciamus, intelligimus hanc consuetudinem esse antiquissimam. Nam in VI. synodo en. 102. in Trullo omnes hae circumstantiae describuntur et proponuntur fidelibus ut necessario confitendae. Item habetur expresse in concilio Vormatiensi [a. 668] en. 25 dicente: „Poenitentibus secundum differentiam peccatorum sacerdotis arbitrio poenitentiae decernuntur; debet ergo sacerdos singulorum causas singulatim considerare originem modumque culparum etc.“ Et ex Augustino, De vera et falsa poen. c. 14 et De visit. infirmor. l. 2, c. 5. idem habetur. Praeterea fuerunt antiquitus in Ecclesia canones poenitentiales, in quibus variae satisfactions designantur pro peccatis eiusdem speciei iuxta diversam gravitatem eorum: ergo signum est, non solum haec peccata, sed etiam notabiles gravitates eorum declarandas fuisse in confessione (cf. Conc. Ancyrr. en. 16. 22.) (Suarez) Cf. etiam Catech. Rom., De poen. n. 47. („etiam illa, quae peccatum circumstant et pravitatem valde augent vel minuunt.“)

36. Si circumstantiae eiusmodi non sunt ex necessitate confitendae, ergo licet confessarius poenitentem interroget, poterit ipse eas negare, vel aequivocatione aliqua dissimulare. Nam ipsum tacere tales circumstantias est virtualiter negare peccatum habere tantam gravitatem.

37. Ex institutione clavum colligitur non solum, quod debeat explicari peccatum commissum, sed etiam, quod debeat dici ut certum, quod certum est. Sed qui dicit solum se commisisse furtum grave, solum significat, ut certum furtum in materia certe gravi; furtum vero ulterioris quantitatis non significat certo, nec confessarius potest ferre iudicium certum de illo excessu. Idem est de intensione; nam qui dicit se habuisse odium, solum explicat ut certum primum gradum odii, alias vero non explicat.

38. Si quis decies furatus esset decem aureos, teneretur numerum confiteri; ergo si unico furto furatur centum, debet eam quantitatem declarare. Eadem enim est malitia et gravitas in hoc unico furto, quae esset in aliis decem. Et plerunque maior est gravitas, quae provenit ex circumstantia intra eandem speciem, quam quae provenit ex circumstantia mutante speciem; gravius enim peccat, qui mille aureos furatur extra Ecclesiam, quam qui duos furatur ex Ecclesia.

39. In incestu explicari debet gradus consanguinitatis et affinitatis, licet non afferant ii gradus diversitatem specificam. Ergo solum debent explicari propter maiorem gravitatem intra eandem speciem.

40. Si non oporteret circumstantias aggravantes confiteri, sequeretur nullum actum externum esse in confessione explicandum, sed solum internum affectum efficacem. Cum enim iuxta probabiliorem et communiores sententiam tota malitia peccati desumatur ab effectu interno et nullo modo ex opere externo, opus externum est sola circumstantia peccati, quia nullam novam malitiam, saltem specificam et essentialem ei superaddit. (Gonet.)

41. Qui uno ictu occidit decem homines, debet explicare illam circumstantiam, nec sufficit dicere: ‚feci homicidium‘, sed debet dicere ‚occidi decem homines‘, licet illa sit solum circumstantia aggravans intra eandem speciem; et idem est de voluntate et desiderio interno occidendi decem homines.

42. Debet in confessione explicari an peccatum sit iam remissum necne. Nam magis distat peccatum remissum a non remisso, quam veniale a mortali; nam ens et non ens magis inter se distant, quam ens magnum et parvum. Sed poenitens debet explicare eam circumstantiam, quae facit, quod peccatum transeat de veniali in mortale vel contra. Ergo debet etiam explicare an confessus sit illud peccatum, vel non sit confessus, cum ea circumstantia transferat de materia necessaria in non necessariam, quae est plus quam differentia specifica in genere moris.

43. Qui conlitetur peccatum praesens ut praeteritum non confitetur id peccatum quod commisit sed aliud, quia duratio peccati non distinguitur re ab ipso peccato. Unde sicut is, qui occidit Petrum, si dicat se occidisse Paulum non sufficienter confiteretur, ita nec ille.

44. Is qui confitetur se hodie fecisse, quod reapse fecit heri, fatetur peccatum hodie factum, quod hodie non fecit, et negat peccatum heri factum, quod heri fecit. Ergo duplex grave peccatum committit.

45. Peccata debent exprimi prout sunt in conscientia poenitentis. Atqui si poenitens cognoscit peccatum ante accusatum ut dubium, esse reapse certum, iam est in poenitentis conscientia ut certum vel ut longe certius, neque ut tale confessum est (Turianus).

46. Si peccatum ut dubium accusatum ab initio fuisse certum, debuisset exprimi ut certum. Ergo et exprimi debet ut certum, cum post confessionem detegitur certum esse, quandoquidem needum sub hac ratione clavibus subiectum fuerit (Collet).

47. Aperienda est ea cuiuscumque peccati gravitas, quae ad prudens confessarii iudicium notabiliter conducat. Porro certitudo peccati certam ei gravitatem inurit, quae notabiliter variet iudicium confessarii, cum dubia delicta minoribus quam certa poenis subiaceant (Cardenas).

48. Non est necesse peccata specie diversa distincte confiteri. Nam praecpta moralia, quae omnes obligant, debent esse omnibus moraliter possibilia; discernere autem species peccatorum adeo est difficile, ut vix docti homines id assequantur; ergo non debet ad id obligari totus populus christianus.

49. Saepe parva est diversitas inter species morales; itaque non variatur iudicium morale de peccato propter huiusmodi distinctionem, quae tunc inutilis est.

50. Saltem probabiliter non requiritur ut numerus peccatorum distincte explicetur. Nam explicare distinctionem numericam est moraliter difficultum et nullum habemus de hac re expressum praceptuum, nec ex institutione sufficienter colligitur, quia, cum distinctio numerica accidentaria sit, non potest multum variare iudicium aut medicinam, praesertim si aliquibus verbis generalibus confuse ('saepius' v. g.) dicatur. Nec sane hoc iudicium est sicut iudicium vitae futurae, quod ordinatur ad reddendum condignum praemium vel supplicium. Cf. Io. 3, 17.

Hanc partem per partes ita probabimus: A. *Requiritur confessio omnium mortalium, quae a se commissa necdum sibi directe remissa esse paenitenti certo cognitum est.*

Poenitens debet peccata sua distincte confiteri. Nam A) Christus Dominus auxisset proclivitatem hominum ad peccata, si absolutionem dandam concessisset praemissa sola generica confessione. „Sine confessione et consequenter sine iniunctione debitae et salutaris poenac sacramentum poenitentiae non esset remedium, sed incitamentum peccati, quia sine dubio homines multo facilius peccarent, si scirent se debere ad summum in genere confiteri se peccasse, ut statim impetrarent absolutionem.“ Chr. Pesch, Prael. dogm. t. VII. n. 182.

B) Cum subiectum clavium sit ens rationale, exigitur per se, ut cognoscat crimen secundum omnem eius rationem, cum indicium ferri (actus voluntatis exerceri) debeat in illud et remittere illud, prout est determinatum secundum speciem et numerum; nam quodvis novum peccatum fert secum novum reatum culpae et poenae. Ergo si Christus Dominus rationabiliter hoc peccatorum remedium instituit, non solum essentiam iudicii servari voluit, sed etiam hoc onus subiri, nisi impossibile sit vel ignotum. Cf. De San, De paen. n. 770.

C) „Accedit, quod in potestate remittendi et retinendi evidenter includitur potestas arbitralis imponendi condiciones, sub quibus est concedenda remissio; ut sc. sub alia condicione absolvatur, qui hoc vel illo modo peccavit, sub alia vero. qui alio modo. Ad hoc autem profecto requiritur distincta peccatorum accusatio.“ Billot, l. 2. th. 17 § 1. „Causae pensandae sunt, et tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda. Videndum est, quae culpa praecessit, ant quae sit poenitentia secuta post culpam, ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Gregorius M. Hom. 26 in evang. Cf. Hieronymus, In Matth. 16, 19; Sozomenus, Hist. l. 7, c. 16. Cyprianus (?), De aleotoribus („cum ratione peccata dimitendi“).

D) Idem probatur ex consensu Ecclesiae graecae, quae se saeculo IX. a romana separavit et sectarum orientis, quae iam saeculo V. Ecclesiam reliquerunt. Quarum doctrinam vide ap. Renaudot, Perpetuité de la foi t. 5, l. 3, c. 5. Assemann, Biblioth. Orientalium t. 2., De scriptor. monophys. c. 31. s. Bolland., Acta ss. Iun. V 145. Denzinger, Kritik der Vorlesungen von Thiersch, Heft 3, p. 79 sqq. Mal'cev, Tajnistva pravoslavnoj katholičeskoj vostočnoj cerkvi p. CXLIV. ss. Exemplo sit quod dicit Ebnassalus, Collectio principiorum fidei, c. 55: Confessio est declaratio peccatorum contra Deum et proximum commissorum, quam poenitens sacerdoti potestatem habenti facit; peccata omnia accurate et diligenter enumeranda, sive cogitatione, sive verbo, sive opere perpetrata; nec quicquam eorum sacerdoti occultare fas est; qui contra faciunt, in animi et corporis certissimam perniciem runt. Cf. Sasse, De poen. th. 26, prob. III.

E) Secundum usum Ecclesiae primitivae etiam sponte confessi peccata publicam poenitentiam subire debebant. Hoc certum est in primis de confessis sponte (sacramentaliter) peccata publica quidem, sed

quorum ab aliis accusati non erant. Secus enim dicendum foret canones constitutos fuisse solum pro peccatis, quae in foro externo (cf. Palmieri, De poen. th. 35, V c)) accusata erant sed hoc refellitur ipso usu hodieum in Ecclesia Graeca vigente ut absolvendo imponatur ‘*κανόνια*’ seu ‘kanon’, id quod in ritu Slavico his verbis fieri consuevit: „Čado, tolika lěta povelěvajut božestvenii i svjaščenii zakoni, da ne pričastišja Božestvennyj tain, točju da pieši agiasmu velikuju.“ Deinde certum est occultis etiam sceleribus constitutum fuisse illum poenitentiae gradum, qui ‘consistentia’ vocabatur. Cf. Collet, De poen. p. 2 c. 6 n. 191. Denique probabile saltem est (cum Morino, Natali Alessandro, Witasse, Bickell contra Tournely, Collet, Palmieri, De San) etiam pro peccatis omnino secretis impositam fuisse publicam poenitentiam. Testimonio sint: a) Basilius, Ep. canon. ad Amphilochium en. 63 (‘Ο ἐγ ἀλόγοις τὴν ἁμτοῦ ἀσέβειαν ἔξαγο-  
γεῖων τὸν αὐτὸν ζόρον ἔξομολογούμενος παραφυλάξεται’) cf. 7  
Concil. Ancyranum, en. 16, 17; 20; Cyprianus, De lapsis,  
28; Gregorius Thaumaturgus, Ep. canon. en. 8, 9. Basilius, Ep. can.  
en. 61: 63; cf. en. 34, ubi exceptio statuitur: Greg. Nyss. Ep. ad  
Letoium en. 4. β) Concil. Neocaesareense en. 9: Concil. Iliberitanum en. 76. γ) Ambrosius, De poen. l. 1, c. 16: Augustinus, Serm. 351 (nesciuntur — sponte confessus): Tertullianus,  
De poen. c. 9, 10; Aphraates, Demonstrat. 7, 5, 7 (cf. De San,  
De paen. n. 805); Origenes, In ps. 37 hom. 2 n. 6. δ) Concil. Iliberitanum en. 19 ([et]. et); Concil. Neocaesar. en. 4  
(cur eximuntur peccata mentalia?): Leo M. Ep. 168 (al. 80) ad epp.  
Campaniae (v. F)). Cf. Iren. Haer. l. 1, c. 6; c. 13: Iul. Pomerius, De vita contempl. l. 2, c. 7.

Atqui praeterquam quod iniustum et crudele fuissest publicam imponere poenitentiam, si spontanea confessio opus non fuissest, sane quotusquisque peccator in animum induxisset poenitentiam viginti vel triginta annorum subeundo idem efficere, quod sine distincta confessione alio modo posset obtinere. „Unter dieser Voraussetzung würde man nicht wissen, worüber man mehr staunen müsste, ob über die Naivität der alten Bischöfe und Concilien, welche in ihren Bußkanones voraussetzen, dass irgendjemand ein für sein Seelenheil überflüssiges Bekenntnis ablegen und sich dadurch öffentliche Buße zuziehen werde, oder über den zwecklosen [? cf. Caesar. Arelat., Hom. 1. de poen.] Heroismus der Gläubigen, welche sich dennoch dieser Bürde unterzogen.“ Bickell in Zeitschrift f. kathol. Theologie, Innsbruck 1877, p. 417.

F) Docent sancti patres confessionem distinctam esse necessariam (ad salutem). „Τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἔσται παραλέλυμένα· Διὰ τούτων αἵνιττεται μὴ δεῖ συγχρόπτειν τὰ ἀμαρτήματα, καὶ σκεπίζειν αὐτὰ τὸν τὴν ψυχὴν λελεπούμενον“, Origenes, In Lev. 13, 2; cui sint patefacienda docet In ps. 37 hom. 2, n. 6; In Num. hom. 10 et alibi. „Βούλεται σε ἐλεῆσαι καὶ τῷν ἁμτοῦ οἰκτηριῶν μεταδοῦναι δικαιίους. ἀλλ᾽ εἰς τὸν σε μετὰ τὴν ἀμαρτίαν ταπεινόν, συντετομημένον, πολλὰ μετακλαίσαντα ἐπὶ τοῖς πονηροῖς ἔργοις, τὰ γενόμενα κρυφῆ ἀνεπαισχύντως δημοσιεύσαντα, δεηθέντα ἀδελφῶν συγκα-

*μεῖρ σον πρὸς τὴν λασιν.* Basilius, Hom. in ps. 32 n. — „Ad hanc confessionem festinandum est, quae non labiis tantum, sed corde et operibus impleatur. Neminem vulnus suum pigeat confiteri, quia non potest sine confessione sanari. Apud saeculi iudicem publicatum, hic vero occultum crimen interficit.“ Augustinus, Serm. 171 n. 2 (ed. Mai); cf. Serm. 172, n. 2. „Illam etiam contra apostolicam regulam praesumptionem, quam nuper agnovi a quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo submoveri. De poenitentia sc.. quae a fidelibus postulatur, ne de singulorum peccatorum genere, libello scripta professio publice recitetur, cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quae propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen, quia non omnium sunt huiusmodi peccata, ut ea, qui poenitentiam poscunt, non timeant publicare, removeatur tam improbabilis consuetudo, ne multi a poenitentiae remediis arceantur, dum aut erubescunt aut metuunt inimicis suis sua facta reserari, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quae primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis poenitentium prelator accedit.“ Leo M., Ep. 168 ad epp. Campaniae etc., c. 2. „Pars illa corporis, quae circumciditur, habet quandam similitudinem cordis et est pudenda. Ob hanc causam Deus nudari eam iussit, ut hoc argumento admoneret, ne involutum pectus habemus, i. e. ne quod pudendum facinus intra conscientiae secreta velemus. Haec est cordis circumcisio, de qua prophetae loquuntur, quam Deus a carne mortali ad animam transtulit, quae sola mansura est. Volens enim vitae ac saluti nostrae pro aeterna sua pietate consulere, poenitentiam nobis in illa circumcisione proposuit, ut si cor nudaverimus, i. e., si peccata nostra confessi satis Deo fecerimus, veniam consequamur, quae contumacibus et admissa sua celantibus denegatur ab eo, qui non faciem, sicut homo, sed intima et arcana pectoris intuetur. Lactantius, Div. Instit. l. 4, c. 17. Io. Climacus, Trig. grad., gr. 4 hortatur ad confessionem culparum „venerabili iudici, vel soli, vel coram omnibus, si ita ille iusserit,“ „sine qua nullus remissione peccatorum potietur. Ad haec verba notat Io. Raithuensis: „Quod confiteri simpliciter peccata teneamur ex necessitate divini mandati, patet ex traditionibus apostolicis ac regulis ab eis propositis Ecclesiac sanctae per Spiritum s.: quorum canones et instituta tenentes Dei sacerdotibus iuxta eorum praeceptum peccata confitentes indulgentiam et remissionem peccatorum accipere digni efficimur. Cf. Afrem, Paraen. 10 de poen.; Io. Chrysostomus, Hom. de mul. Samarit.; Sozomenus, Hist. l. 7, c. 16; Io. Ieiunatoris Poenitentiale; Egberti Eboracensis Poenitentiale etc. — Cf. P. A. Kirsch, Zur Geschichte der kathol. Beichte. Würzburg 1902.

G) Patres docent distinctam confessionem necessariam esse ante Eucharistiae susceptionem, ut ex indigno fiat dignus. „Ἐξομολόγησαι τῷ Θεῷ διὰ τῶν ἱερέων τὰς ἀμαρτίας σου. Καταδίκασόν σου τὰς πράξεις, καὶ μὴ αἰσχύνθης ἔστι γὰρ αἰσχύνη ἐπάγοντας ἀμαρτίαν, καὶ ἔστιν αἰσχύνη δόξα καὶ χάρις“ [Eccli, 4, 25]. Κατάκρισον σεαυτὸν

ἐνόπιον ἀνθρώπων, ἵνα ἐνόπιον ἀγγέλων καὶ παντὸς τοῦ κόσμου δικαιίης σε δικαιώσῃ αἴτησαι ἔλεος, αἴτησαι συγγράμμην, αἴτησαι ἄφεσιν τῶν παρεκθόντων, καὶ λύτρωσιν τῶν μελλόντων, ἵνα πρεπόντος τοῖς μαστηφόροις προσέλθῃς, ἵνα καθαρῷ συνειδότι τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος μεταλάβῃς, ἵνα σου εἰς κάθαρσιν, καὶ μὴ εἰς κατάκομπα γένηται.

Anastasius Sinaita, Or. de s. synaxi (ante med.) Fulgentius in formula generali peccatorum confessionis, quae invenitur in Gregorii M. Sacramentario, poenitentem facit se accusantem: Ego corpus Domini et sanguinem eius polluto corde et corpore sine confessione et poenitentia sciens indignus accepi. Eadem habentur in poenitentialibus Alcuini et Egberti et in sacramentario Turonensi. Hoc spectare videtur et Doctrina duod. apostolor. IV, 10: Εὐ ἐκκλησίᾳ ἔξομολογήσῃ τὰ παραπτώματά σου, καὶ οὐ προσελένσῃ ἐπὶ προσευχήρ σου ἐν συνειδήσει πονηρῷ.

H) Patres docent sacerdotes esse medicos (cf. Asterius Amas., Sermo adv. eos, qui alias acerbius iudicant; Origenes, In Num. hom. 10; In Iac. h. 17 v. fin.; Hieronymus, In Eccl. 10, 11; Basilicus, Reg. brev. 229; 288), sine quibus non sanantur vulnera peccatorum. „Rogo ergo vos, fratres, etiam pro periculo meo, per illum Dominum, quem occulta non fallunt, desinite vulneratam tegere conscientiam. Prudentes aegri medicos non verentur, ne in occultis quidem corporum partibus etiam secatueros, etiam perusturos. Peccator erubescet perpetuam vitam praesenti pudore mercari an sic illi melius est perire?“ Pacianus, Paraen. ad poenit. n. 6. 8. „Qui vulneratus est in proelio, non erubescit committere se sapienti medico, eo quod in pugna superatus ceciderit; et sanatum rex non reicit sed exercitui suo iterum adnumerat et adscribit. Sic eum, quem Satanus percussit, non debet pudere delictum suum confiteri et ab eo fugere et poenitentiae remedium petere. Qui erubescit vulnus suum manifestare, gangraena corripietur, totumque corpus damno inficiet. At qui non erubescit vulnus manifestare, sanabitur et ad proelium revertetur, dum ille, qui gangraenam concepit, nec sanitati restitui neque armaturam, quam depositum, induere iterum poterit. Ita prorsus ei, qui in agone nostro, victus est, hoc superest medium sanitatem recipiendi, ut dicat ‘peccavi’ et poenitentiam postulet. Si quis autem erubuerit, sanari non poterit. quia non vult aperire vulnera sua medico, qui accepit duos denarios [potestatem remittendi et retinendi] ut per hos omnibus sauciatis mederetur. Vos igitur medici, qui insignis Medici nostri discipuli estis, non debetis medicinam iis denegare, qui curatione indigent. Quicunque vulnus vobis revelaverit, medicinam poenitentiac imponite; eum antem, qui erubuerit manifestare infirmitatem suam, monete, ne hanc vos celet. Et cum revelaverit eam vobis, nolite eam publicare, ne propter eum et qui innoxii sunt, ab inimicis et ab iis, quibus odio sumus, noxii aestimentur.“ Aphraates, Demonstr. 7, c. 2.

Atqui si sacerdotes sunt tales medici, sane requiritur distineta confessio peccatorum. Nam praeterquam quod Aphraates etiam id explicite doceat, idem exprimit Origenes (Rufinus), In ps. 37 hom. 2: „Proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere,

qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi et compatiendi neverit disciplinam, ut ita demum, si quid ille dixerit, qui se prius et eruditum medicum ostenderit et misericordem, si quid consilii dederit, facias et sequaris, si intellexerit et praeviderit talem esse languorem tuum, qui in conventu totius Ecclesiae exponi debeat et curari, ex quo fortassis et ceteri aedificari poterunt et tu ipse facile sanari, multa hoc deliberatione et satis perito medici illius consilio procurandum est.“ Cf. Synodus Quinisexta seu Trullana (a. 692) cn. 102, ubi ex hoc, quod non est morbus peccati simplex, sed varius et multi-formis deducitur obligatio pro ‘medicis’ ‘qualitatem peccati considerandi’.

I) Patres docent confessionem distinctam peccatorum habere effectum remissionis; quam sane non ut actus virtutis sed ut pars usus clavium conferre potest (cf. Basil., Reg. brev. interrog. 288); est ergo pars huius usus necessarii. „Unde et nos, si peccaverimus, debemus dicere: ‘Peccatum meum notum feci tibi’ etc. Si enim hoc fecerimus et revelaverimus peccata nostra non solum Deo, sed et his, qui possunt mederi vulneribus nostris atque peccatis, delebuntur peccata nostra ab eo, qui ait: ‘Ecce delebo ut nubem impietas tuas et sicut caliginem peccata tua’. Origenes (-Rufinus), In Luc. hom. 17. „Est adhuc et septima [cf. thes. 2 p. II, ad 2], licet dura et laboriosa, per poenitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrimis stratum suum et fiunt ei lacrimae suae panes die ac nocte, et cum non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum suum et quaerere medicinam.“ Origenes (-Rufinus), In Levit. hom. 2 n. 4. „Si forte in alicuius cor vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum latenter irrepserit, non erubescat, qui animae suae curam gerit, confiteri haec ei, qui praeest... quo possit fide integra et operibus bonis poenas aeterni ignis effugere.“ Clemens (?) Epist. ad Iacob. n. 11. „Κατὰ χριστὴν δὲ Κυρίον συναγθέντες κλάσατε ἄρτον καὶ εὐχαριστήσατε προσεξομολογησάμενοι τὰ παραπόματα ἑμῶν, δύπως καθαρὰ ἵνα θνῶντα ἑμῶν γένηται.“ Doctr. duod. apostolor. XIV, 1; ubi vocabulo ἔξομολογεῖσθαι patet significari confessionem, cum additum sit obiectum ‘peccata’ in accusativo; ceterum cf. de hac voce Cyprian., De lapsis n. 28, Socrates, Hist. l. 5, c. 19. Similiter loquuntur Barnabas, Ep. n. 19; Pacianus, Paraen. ad poen. n. 6. 8; Ambrosius, De poen. l. 2, c. 6. 8; Caesarius, Serm. 61; Anastasius Sin, De sacra synaxi n. 5. Cf. etiam veteres libros poenitentiales utriusque Ecclesiae atque sectarum orientalium. (Dionys. Barsalibi etc.)

K. Eadem necessitas statuitur a Concilio Tridentino Sess. 14, cn. 7 „Si quis dixerit in sacramento poenitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure divino confiteri omnia et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita et diligentia praemeditatione habeatur, etiam occulta et quae sunt contra duo ultima decalogi praecepta, et circumstantias, quae peccati speciem mutant.. a.s.“ Cf. Conc. Florent., Decret. pro Armenis; Petri Oxoniensis prop. 2. damnatam a Sixto IV. Conc. Cabillonense II. (a. 813), cn. 32 (cf. Kirsch, Zur Gesch. d. kath. Beichte, p. 165); item Ticinense (a. 850) ad cuius praeceptum de recursu confessarii ad episcopum, immo ad pro-

vincialem synodus sc. in dubiis circa 'secretiora poenitentis 'vulnera' bene notat Collet, De poen. p. 2. c. 5 n. 193: „Mirum si in re libera tot adhibitae fuissent cautiones. Promptius fuisse et multo facilius, soli Deo confiteri.“

Poenitens debet *omnia* peccata mortalia confiteri, quae nondum sunt per claves remissa.

Hoc patet, supposita thesi III. de necessitate usus potestatis clavium, ex A), B), C); item ex D): dein certe ex H); sed et alias patres idem docent, „cum universim, nulla unquam exceptione facta, tradunt peccata admissa revelanda esse sacerdotibus haec enim propositio indefinita de omnibus et de singulis valet.« Palmieri, de poen. th. 33, V Denique idem constat ex K); adde propositionem 11. damnatam ab Alexandro VII.

Poenitens omnia mortalia confiteri debet *ideo*, ut claves ei administrentur. Hoc efficitur saltem ex A), B), C), D), H), I), K).

Denique poenitens debet omnia mortalia *simul* confiteri.

Hoc efficitur ex eo, quod debet omnia confiteri: et quidem saltem quoad peccata nondum ullo modo remissa ideo, quia uno peccato non remisso nequeunt alia remitti cum remissio fiat per gratiae infusionem et sacerdos, si intenderet remissionem dividere nihil efficaret. Ergo et poenitens debet, quando unum confitetur, confiteri omnia, et si intendit dividere confessionem, nihil facit. „Nam confessio debet esse adaequata absolutioni: ideo enim necessaria est, quia absolutio non debet dari de ignotis, ut Concilium Tridentinum dixit. Absolutio autem, quamvis per se respiciat peccata in confessione manifestata, tamen etiam cadit in ipsam personam eamque intendit simpliciter absolvere et iustificare apud Deum, atque adeo ab omnibus peccatis mortalibus liberare. Et ideo, sicut peccata mortalia quoad remissionem conexa sunt, ita etiam quoad confessionem et absolutionem.“ Suarez, De poen. disp. 22, s. 1, n. 6. Cf. Thom. In l. 4. dist. 47. q. 3. a. 4. Quodsi peccatum mortale sit indirecte iam remissum, Ballerini — Palmieri (Opus mor. Vol. V n. 348) provocat ad legem praecipientem integratem confessionis, quae „comprehendit iuxta constantem in Ecclesia interpretationem legis. omnia peccata nondum per absolutionem judicialiter remissa“

Huc spectat etiam argumentum H). „Nam sacerdos ut medicus debet adhibere remedium peccatis etiam in futurum, ut quoad fieri possit, evitentur; sed ad hunc finem saepe ac moraliter necessarium est, ut confessor totam conscientiam poenitentis perspectam habeat, et ideo merito institutum est, ut poenitens totam aperire teneatur. Suarez, De poen. disp. 22, s. 1, n. 10.

Tum ex F) considerentur textus Lactantii et Augustini: cf. eiusdem Augustini Serm. 351, De utilit. agendae poen. c. 7. 9. 1. Tertull., De poen. c. 10 vers. fin.

Invictum est pro hac quoque re argumentum D). Quo modo nunc poenitentes in ritu ecclesiae orthodoxae monentur: „Se čada, Hristos nevidimo stoit, priemlja ispovědanie vaše; neusramitesja, niže ubojtesja, i da neskryete čto ote mene; no ne obinujasja, recyte vsja, elika sodělali este, da priimete ostavlenie ot Gospoda našego Iisusa Hrista... Ašče li čto skryete ot mene súgub gréh imate.“, et paulo post: „Ašče že utaiši predo mnoju ediném, to pred vsemirnym togda soborom obličen budeši, i věčnyja kazni ne gonzneši.“ ita iam monentur in poenitentiiali Ioannis Ieiunatoris.

Denique ex K) praecipue considerandus est cn. 32 concilii Cabillonensis II.: „Sed et hoc emendatione indigere perspeximus. quod quidam, cum confitentur peccata sua sacerdotibus, non plene id faciunt . Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor, ut de octo principalibus vitiis, sine quibus in hac vita difficile vivitur, faciat confessionem, quia aut cogitatione, aut quod gravius est, opere, eorum instinctu peccavit. Clarissime doctrinam hanc utique Tridentinum proponit, Sess. 14, cp. 5: „Qui vero secus faciunt et scienter aliquid reticent, nihil divinae bonitati per sacerdotem remittendum proponunt.

### *B. Non requiritur confessio peccatorum dubiorum.*

A) Praeceptum incertum non potest parere certainam obligationem. Atqui si nulla ex ratione constat peccatum esse commissum vel nondum esse accusatum, non constat de pracepto confessionis quoad hoc peccatum. Nam ex necessitate usus clavium sequitur tantum praceptum confitendi peccata de facto commissa needum directe remissa: ergo saltem hinc non oportet confiteri nisi haec. Aliunde vero, adhibitis sc. aliis principiis, nulla ratione certa probatur necessitas confessionis peccatorum dubiorum. Ergo si dubium est peccatum, dubium est etiam praceptum et consequenter liberum est confiteri vel non confiteri.

B) In sententia contraria eodem modo dicendum esset etiam ea peccata esse manifestanda, de quorum dubietate non constat. Talia peccata non possent revelari nec ut certa nec ut dubia, sed deberent declarari ut non certo dubia; secus enim, si ut dubia simpliciter declararentur, intellegerentur ut certe dubia, quod falsum esset cum ita non esset in conscientia. Sed si poenitens ultra reflecteret, forte neque hoc ei sufficeret, et deberet declarare tale peccatum ut dubium quoad incertitudinem dubietatis et sic porro. Quae sane, maxime si de numero peccatorum quaestio fiat, ab usu fidelium plane aliena sunt.

### *Nec requiritur confessio effectuum peccatorum.*

Nam in confessione necessario accusanda sunt tantum peccata. Effectus autem peccati non est proprie peccatum. Nam non peccas quando is. cui venenum dedisti vel quem vulnerasti post annum moritur nec etiam quando ille aegrotat; secus peccares actu cum dormis nec ante effectum finitum posses iustificari. Nec dici potest voluntatem nondum retractatam moraliter perseverare ab eaque effectum denominari voluntarium et liberum. Nam retractatio nihil mutat, ita ut non iam sit peccatum. quod secus esset. Nam „effectus ille in tantum est voluntarius et liber denominative, in quantum ortum habuit a voluntate libera, non in quan-

tum pendet nunc a voluntate non retractata. Et ratio est clara, quia negatio retractationis non facit voluntatem magis nunc influere in effectum, nec retractatio facit voluntatem minus influere; totus enim influxus ex parte voluntatis est posuisse causam, quam iam nunc tollere non potest. Cum ergo retractatio non minuat positionem causae, nec carentia retractationis addat vires causae iam positae, consequens est, ut voluntas eodem modo influat in effectum sequentem, sive retractet, sive non retractet, quia non influit ullo modo secundum statum praesentem, sed solum secundum statum praeteritum, ut praeteritus est. Cum ergo effectus in tantum sit voluntarius, in quantum procedit a voluntate, et eodem modo procedat, sive retractetur sive non retractetur voluntas praeterita, consequens est, ut retractatio non minuat nec auferat rationem voluntarii, ergo nec rationem peccati, si potest peccatum appellari. Etenim effectus hic non denominatur malus nec peccatum a voluntate praesenti, sed solum a voluntate praeterita; ab illa enim solum voluntate accipit malitiam, a qua dependet, et omnis alia voluntas habet se mere concomitanter, et per consequens non potest influere suam malitiam in illum. Cum ergo solum dependeat in suo esse a voluntate praeterita, consequens est, ut ab ea sola accipiat denominacionem mali et peccaminosi; esse enim malum est procedere a voluntate mala et peccaminosa. Ergo status praesens voluntatis, qui non influit in hunc effectum, non potest illi communicare vel auferre denominacionem mali et peccati. De Lugo, Disp. 16, n. 446.

*Requiritur autem confessio actuum externorum.*

Nam „actio externa simul cum voluntate interna integrat unum et idem peccatum, in quo, licet non sit necesse explicare distincte omnia et singula subiecta malitiae [sufficit explicare malitiam et aliquod subiectum illius, v. g. qui semel tria vulnera infixit, sufficit, si dicat vulneravi; item, qui oscula, amplexus et copulam habuit cum femina sufficit si dicat se habuisse copulam, quae fuit pars consummativa et continens implicite illas alias], oportet tamen explicare subiecta, quae differunt specie in modo participandi illam malitiam [ex C]. Sicut ergo in uno peccato constante ex duabus malitiis partialibus, specie diversis, oportet utrumque explicare, sic quando unum peccatum constat ex duobus subiectis partialibus, quae in modo participandi malitiam differunt specie, oportet utrumque subiectum explicare; alioquin non explicatur species illius peccati tota, quae non sumitur solum ex malitia, sed etiam ex subiectis tali modo eam participantibus. Porro negari non potest diversum esse specie modum, quo actus externus participat malitiam ab eo, quo reperitur in actu interno, in quo reperitur immediate et formaliter, in externo autem solum mediate et denominative. Si ergo solum explices actum internum, nondum explicasti peccatum illud, quantum participat malitiam mediate et denominative, ex qua parte est peccatum specie partiali diversum a peccato interno, componens tamen cum eo unam speciem integrum peccati. De Lugo, De poen. disp. 16 n. 457.

*C. Peccata mortalia accusanda sunt secundum speciem infimam.*

Probatum est in puncto *A* peccata accusanda esse non generice, sed distinete. Iam vero peccata distinguenda sunt non secundum species superiores seu genus proximum sed secundum infimas. Scilicet non potest sufficere confiteri se peccasse contra generalem aliquam virtutem v. g. totiens contra religionem, contra iustitiam, contra temperantiam, castitatem etc. Nam eaedem rationes internae, quae excludunt genericam confessionem, excludunt etiam confessionem secundum species non infimas. Cf. Concil. Trident., Sess. 14, cp. 5, cn. 7. Cf. Sporer, Theol. sacra. P. III. n 377. Coninek, Disp. 7, dub. 3, n. 10.

*Item accusanda sunt secundum numerum.*

Nam quodvis peccatum, simulatque commissum est, parit obligationem confitendi hoc peccatum. Quodsi obligatione hac nondum impleta accedit alterum eiusdem speciei peccatum, oritur nova obligatio confitendi hoc peccatum. Iam non potest dici huic alteri obligationi fieri satis per impletionem prioris (v. g. ‘furtum feci’). Ergo nec tertiae obligationi accedenti satisfiet per impletas duas priores (vel: ‘furtum feci’; et postea iterum: ‘furtum feci’, vel ‘furta (duo) feci’). Sicut enim, si nolit adhibere numerum pluralem poenitens, deberet totiens singularem adhibere, quotiens id peccatum patravit, ita cum vult rem brevius exprimere, debet numerum collectorum peccatorum indicare, nec sufficit indicare numerum dubium, si notus est certus. Cf. Concil. Trid., Sess. 14 ep. 5, ubi particula singillatim ex contextu et ex usu fidelium non imponit obligationem omnia peccata seorsim in individuo confitendi, sed tantum ut peccata etiam in numero accusentur, etiamsi sub uno numerali comprehendantur.

*D. Non est necesse confiteri circumstantias aggravantes in eadem specie.*

A) „Patroni oppositae sententiae fatentur, legem confitendi eiusmodi circumstantias certam non haberi, ita ut saltem probabilis sit opposita sententia. Atqui, ubi lex certa non est, nemo debet obligari. Ergo, utcumque res spectetur, haec obligatio non adest.“ Ballerini-Palmieri, Op. mor. t. V n. 354.

B) „Ex contraria sententia sequitur debere etiam explicari circumstantias notabiliter alleviantes. Nam in hoc iudicio, sicut non possumus minuere delictum, ita nec augere supra veritatem; ergo sicut illud obligat ad non tacendam circumstantiam aggravantem, ne peccatum appareat minus, sic hoc obligabit ad non tacendam circumstantiam alleviantem, ne peccatum appareat gravius.“ De Lugo, De poen. disp. 16 n. 110. Atqui hanc obligationem negant etiam adversarii paucis (v. g. Gonet) exceptis. Et sane quis dicat virum, qui occidit adulterum cum uxore deprehensum, non satisfacere confitendo homicidium a se factum?

C) „Est contra praxim omnium confessariorum et poenitentium vel interrogare vel edicere circumstantias tantum aggravantes, quod saltem verum est de circumstantiis se tenentibus ex parte actus, v. g.

quamdiu duraverit actus peccati, quam fuerit intensus etc., quae omnia etiam cognitu sunt difficillima. Ergo non est obligatio haec addendi: ergo nec alias circumstantias tantum aggravantes se tenentes ex parte obiecti. Argumenta enim adversariorum aequaliter procedunt de omnibus. Nam sicut furtum centum ducatorum moraliter aequivalet centum furtis unius ducati, ita odium Dei per horam continuatum aequivalet pluribus odiis intra eandem horam repetitis. Croix, Theol. mor. l. 6, p. 2, n. 976.

D) „Si quantitas furti declaranda est, debet etiam declarari quantitas in detractione aut aliis damnis illatis. Nam sicut furtum gemmae valentis quattuor aureos infert tantum nocumentum, sic detractio in tali materia graviore infert gravius nocumentum, quam in tali materia minus gravi. Qui excessus non poterit declarari nisi explicando materiam detractionis et qualitatem personae, cui detrahitur et numerum eorum, coram quibus detrahitur et alia similia. Quae omnia declarare in singulis detractionibus esset nimis onerosum et ideo non est in usu de iis omnibus interrogare.“ De Lugo, De poen. disp. 16 n. 112.

E) „Tridentinum, Sess. 14, ep. 5 et en. 7 dum explicat necessitatem confitendi peccata mortalia et circumstantias eorum, semper addit limitationem illam ‘circumstantias, quae speciem peccati mutant’. Qua limitatione videtur tacite excludere alias circumstantias. Nam licet id non dicat expresse, atque adeo videatur esse argumentum solum negativum, non tamen est pure negativum. Aliud enim est, nihil prorsus dicere, aliud vero est agendo de circumstantiis limitare semper positive sermonem ad eas, quae speciem mutant; per quod videtur positive excludere alias, sicut si tradens obligationem confitendi peccata, quae colligitur ex Christi verbis, semper adderet limitationem, sc. esse obligationem confitendi omnia peccata mortalia, quae prodeunt in actum externum, certe videtur positive excludere obligationem confitendi peccata interna. Similiter dicendo non posse aliquem sine speciali privilegio vitare omnia peccata venialia, eo ipso significatur cum speciali privilegio posse. Cum ergo toties Tridentinum addiderit illam limitationem, videtur obiter alias circumstantias excludere ab illa obligatione confitendi, quam ex Christi verbis colligebat. Dicunt, patres concilii voluisse tradere doctrinam certam et abstinere ab incertis, quae sunt in opinione theologorum. Sed contra: 1<sup>o</sup> potuisset id concilium praestare utendo verbis universalibus, v. g. esse obligationem confitendi saltem circumstantias mutantes speciem etc. His enim loquendi formulis non videretur positive excludere obligationem circa alias circumstantias, prout de facto videtur exclusisse. Deinde 2<sup>o</sup> ex hac responsione [adversariorum] habemus non colligi clare ex Christi verbis et sacramenti institutione obligationem confitendi huiusmodi circumstantias, siquidem Ecclesia universalis, Spiritus sancti lumine illustrata in generali synodo non potuit hanc obligationem ex verbis Christi colligere et tradere. Unde fit legem illam non esse clare prolatam circa confessionem circumstantiarum intra eandem speciem; lex autem in dubio legis latae non obligat. Contra eum enim, qui ius clarum dicere potuit et non dixit, interpretatio est facienda. Cum ergo lex clare non praecipiat confessio-

nem circumstantiae non mutantis speciem, nec ex eius verbis colligatur clare talis obligatio (alioqui non limitasset Tridentinum suam illationem), consequens est, ut talis lex non obliget atque adeo nec fuerit lata. Qnorsum enim Christus edidisset legem, cuius vim et obligationem non manifestasset?“ De Lugo, De poen. disp. 16, n. 108 s.

*E. Nec opus est declarato utrum peccatum iam sit directe remissum necne.*

Nam „peccatum idem est, sive illud antea confessus fuerit, sive non, nisi forte mutatio temporis afferat secum circumstantiam specie diversam, ut se accuset coniugatus de peccato contra castitatem commisso, quando erat solitus.“ Cum ergo peccatum idem sit, sive antea illud confessus fuerit, sive non, nec illa circumstantia variet ullo modo peccatum, non est, cur beat necessario explicari. Quae quidem ratio non solum probat in sententia negante obligationem explicandi circumstantias notabiliter aggravantes intra eandem speciem, sed etiam in sententia contraria. Ratio est, quia circumstantia illa se non habet ex parte peccati, sed ex parte poenitentis; quare illa non explicata adhuc explicatur totum peccatum secundum totam suam gravitatem specificam et secundum circumstantias omnes ipsum aggravantes. De Lugo, De poen. disp. 16, n. 47.

*Nec opus est accusare denuo ut certa quae iam ut dubia rite accusata sunt.*

A) Certum est, si poenitens confiteatur peccatum ut certum et postea incipit dubitare de illo, non teneri iterum confiteri illud ut dubium, sicut qui accusavit se de decem peccatis, si postea comperiat fuisse sola sex, non tenetur iterum confiteri et accusare se de solis sex. A pari sicut explicato numero confuso v. g. se periurasse decies plus minusve, postea, licet constet certo fuisse duodecim periuria, non debeant secundum communem theologorum sensum et praxim fidelium illa duo iterum in confessione dici, et tamen certum est non solum illa duo, sed etiam ipsum decimum et nonum, non fuisse prius dicta ut certa, sed sub dubio, ita neque etiamsi unicum periurium in dubio confessus fuisse, deberet postea certior factus illud ut certum confiteri. Cur enim magis unum quam undecimum debet confiteri, quando utrumque cum aequali dubio dixit, et postea de utroque aequalem habet certitudinem? Pone, quod dicat: accuso me de decem periuriis certis et rursus de alio dubio; tunc iam seorsim se accusat de isto undecimo. Idem autem est, si dicat: accuso me decem plus minusve, quia tunc etiam de aliquibus se accusat ut certis et de aliis ut dubiis [cf. C.]. Ergo iuxta communem theologorum sensum et iuxta fidelium praxim non debemus iterum, ut certum confiteri illud peccatum, quod prius sub aliquo dubio confessi fueramus. Cf. De Lugo, De poen. disp. 16, n. 77. 78. 81.

B) „Quando es confessus peccatum ut dubium, si fuit verum peccatum, absolutio cadit supra illud, et non quidem indirecte, sed directe, quia ad hoc ipsum illud confiteris, ut absolvatis ab illo; et probatur clare, quia in aliquo casu [potes] illud solum confiteri et dare

pro materia absolutionis, si aliud non haberet. Ergo tunc sacerdos absolvit directe ab illo peccato: absolvit autem sub condicione implicita, nempe si fuit peccatum. Si enim peccatum non fuit, non absolvit directe vel indirecte ab illo. Ergo, si fuit verum peccatum, absolveris directe ab illo. Ergo licet postea constet certo, fuisse peccatum, non debes iterum ad iudicium illud deferre. Ad quid enim? Non certe ad absolutionem directam obtinendam, quia iam directe absolutus es ab illo. Neque etiam, ut des notitiam certam illius confessario; nam notitia talis debet tota esse in ordine ad absolutionem, qua tamen iam non indiges, cum sis directe absolutus, et quia alioquin sufficeret dare illam notitiam etiam extra sacramentum, cum non ordinetur ad absolutionem. Repugnat ergo, quod absolutionem directam obtinueris totius peccati, et quod adhuc sit obligatio deferendi iterum illud idem peccatum ad iudicem pro obtinenda absolutione. De Lugo, De poen. disp. 16 n. 84. Ad tuendum hoc argumentum v. thes. 9, p. II, ad 7.

*F. Non requiritur formalis accusatio distincta de peccatis.*

Nam accusatio in communi de peccatis ante distincte narratis non sufficeret aut quia poenitens debet simul intendere satisfacere praecepto confessionis distinctae, aut quia debet ita satisfacere praecepto confitendi, ut absolvens sciat fieri distinctam confessionem seu satisficeri praecepto confessionis. Atqui prioris rationis necessitas non appetet; et sane non refert, utrum poenitens, qui scripto (licite) confitetur inopinato pro scedula præparata tradat scedulam in qua ipse sibi notaverat sua peccata, ne eorum oblivisceretur. Nec vero appetet quare talis cognitio in sacerdote vel requiratur ut absoluta condicio ad valorem directae absolutionis, vel saltem ita conveniens sit, ut eius defectus a Christo debuerit per se prohiberi. Et sane peccata inscripta memoriae sacerdotis comparari possunt cum peccatis in scedula inscriptis. Ergo gratis asseritur necessitas formalis accusationis distinctae de peccatis, contra communem antiquorum theologorum persuasionem atque usum.

Ad 1. Secundum s. Paulum certe non sufficit qualisunque probatio, secus nec contritio requireretur. Itaque „probatio ea postulat, ut quis primum consideret sit necne reus peccati, quo indignus efficiatur, deinde medio idoneo utatur ad indignitatem exuendam; hoc alterum indicatur ab apostolo tum habita ratione finis, propter quem probationem praecipit, ne indigne sc. sacramentum accipiatur, tum etiam spectata vi verbi δοκιμάζεσθαι, puod et de probatione auri per ignem dicitur (1 Petr. 1, 7), qua probatione qurgatur. Paulus quidem non diserte significat, quomodo haec completa probatio sit perficienda, sed nec ullum certum modum excludit; neque Tridentina synodus docet id ab apostolo distincte significari, sed dicit, quod ecclesiastica consuetudo declarat probationem pro communione requisitam, qua purgetur quis a peccato mortali, esse confessionem sacramentalem“. Palmieri, De poen. th. 34, IX, ad 2<sup>m</sup>. Quid hac de re patres doceant, colliges ex Doctr. 12 apost. 14, 1, Cypriano, De lapsis n. 15. 16; Augustino, Serm. 351, n. 7.; Paciano, Paraen. ad poen. n. 7. 8.; Gennadio, De eccl. dogmatib. c. 53; Leone M. Ep. 108 ad Theod. For.; Anastasio Sinaita, Or. de s. synaxi; Halitgario, Praef. ad libros de poen. In oppositum „icitati scriptores unumquemque fidelium conscientiae suae permittunt, quantum ad examen et iudicium de animae suae statu, de praeparatione sua vel indignitate ad percipiendam Eucharistiam, non vero quantum ad officium expiandi delicta sua ante communionem sine confessione“ Four-

nely, De poen. qu. 6, a. 2. vers. fin. Augustinus, Ep. 54. duas opponit inter se sententias: alteram non quotidie communicandum, quia purius homo continentiusque solito vivere debet, ut dignus accedat; alteram, si peccata tam gravia sunt, „ut excommunicandus quisque iudicetur“, quotidie communicandum est. Porro in utraque sententia supponitur immunitas a peccato mortali; idcirco non erat locus Augustino in suo consilio commemorandae confessioni. Cf. Palmieri, De poen. th. 34, IX, ad 2<sup>m</sup>. Denique concilium Cabillonense ibi non quidem expresse meminit confessionis, sed eam indicare videtur nomine purificationis animae.

Ad 2. „Etsi non legatur eorum confessio, potuit tamen fieri. Multa enim facta sunt, quae non sunt scripta. Et praeterea Christus habet potestatem excellentiae in sacramentis, unde sine his, quae ad sacramentum pertinent, potuit rei sacramenti conferre“. Thomas, Suppl. qu. 6, a. 1, ad 3.

Ad 3. Ad probandum usus confessionis testimonia non deesse, obiter imprimis tangemus illud Iac. 5, 16, quod licet alii de Iudeorum usu confitendi interpretari conati sint vel de confessione mutuo inter laicos facienda, tamen a plurimis doctoribus explicatur de praecepto confessionis ad claves ordinatae (a Conc. Cabillonensi II. c. 33; Beda, Martinus legion., Smaragdo, Theodoles, Iona aurelian., Rabano Mauro, Haymone halberstad. Werner abb., Hildeberto Cenoman., Bernardo Carthus., Hugone Victorino, Thoma Aqu., Bellarmine, Morino, De San etc.; item in Confessione orthodoxa Petri Mogilae p. I, q. 113). Huius loci nexum ita bene explicat etiam Sušil in h. l.: „Mluvil o odpustění hříchů svátostí pomazby; přidává o podmínce či výminec, za které se hřichové v jiných případech odpouštějí od jednotlivého předpisu k obecnému přecházeje. Vyznávejte se tedy... Dívespolek, člověk člověku sobě podobnému, totiž tomu, jenž od Krista vyznání to přijímati oprávněn jest, totiž knězi od církve ustanovenému. Tak se děje obecné napomínání: Učte druh druhu, starejte se o se vespolek atd., ovšem v tom smyslu, aby, kdo učen jest jiné učil, a ti se od něho učili, aby ti, kdož zbožím oplývají, starali se o ty, jimž se ho nedostává atd. Tak sv. Pavel Ef. 5, 27 velí: Buděte sobě vespolek oddáni. — Nedí, knězi se vyznávejte, nébrž druh druhu, aby lahodněji mluvil, na um klada, že hřišník hřišníkovi se vyznává.“ — Sed clarius loquuntur v. g. Irenaeus Haer. I, c. 13. (καὶ εἰς φανερόν) Cf. de hoc ioco Wilmers, Lehrb. der Religion Band 4., § 67, b. — Cyprianus, De laps. n. 29.; Gregorius Nyss., Homilia in eos, qui alias acerbe iudicant; Basilus, Ep. canon. cn. 34; Theodoreetus, Haer. fab. 4, 10; et de confessariis maxime Paulinus, Vita s. Ambrosii n. 39, et auctor Vitae s. Hilarii c. 13. Ille narrat: „Erat etiam gaudens cum gaudientibus et flens cum flentibus, siquidem quotiescumque illi aliquis ob percipiendam poenitentiam lapsus suos confessus esset, ita flebat, ut et illum flere compelleret; videbatur enim sibi cum iacente iacere. Causas autem criminum, quae ille confitebatur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur“ Et alter: „Quotiescumque poenitentiam dedit, saepe die dominico ad eum turba varia confluebat; volabat ad eius castigationem quicumque adesse volebat, lacrimarum se imbris eluebat, caelestibus iudiciis territus promissisque succensus: tanti gemitus, tanti fletus astantibus nascebantur, ut vitae praesentis horreret habitaculum“.

Igitur ad a) doctrina s. Augustini manifesta est ex Sermone praecedenti (351): ex loco vero opposito non sequitur praeter poenitentiam publicam pro illis tribus praecipuis sceleribus, nullam aliam esse poenitentiam mortalibus peccatis. Cf. Palmieri, De poen. th. 34, VIII, ad 3<sup>m</sup>. Ad b) Sane per corpus Domini iurare aliud est ac simpliciter iurare, et iurare publice et sollemniter ac secreto. Ad c) Nec celebratio missae sacrificii in eorum vitis referri solet. „Possidius, diligentissimus vitae s. Augustini scriptor, nunquam eum narrat celebrasse missam. In vitis quoque sanctorum recentiorum rarissime occurrit mentio suscepti sacramenti confirmationis, quod tamen nemo dubitat eos accepisse. Scilicet haec, quae communia sint omnibus, narrari non solent, praesertim a scriptoribus, qui brevitati

student, nisi aliquid speciale praesetulerint“. Palmieri, De poen. th. 34, VIII ad 7<sup>m</sup>. Ad d) Imprimis non probatur solos episcopos excepisse confessiones poenitentium; nam aliud est reconciliatio aliud absolutio. Cfr. Canones Apostolici, en. 44 (al. 52). Conc. Carthag. II, en. 3, (publica). Praeterea adeo frequens non fuit in vetere Ecclesia communionis usus, ut omnes fideles vel quotidie vel fere quotidie communicarent, cum nec singulis diebus ad mysteriorum celebrationem collectae fierent. Cf. Palmieri, De poen. th. 34, VIII ad 6<sup>m</sup>, qui maxime urget 1 Cor. 7, 5. ( $\piροσευχή$ , cf. A, 6). Ad e) Quatenus spectatur obligatio sacerdotum docendi et respondendi ad quaestiones fidelium non magis urget difficultas posito usu confessionis quam non posito; ad integritatem vero confessionis non erat opus scientia moralis et casuistica. Cf. Sardagna, Theot. dogm.-polem. t. 8, n. 188. Nec opus est responso Amort, primitus ex determinatione Ecclesiae potuisse omitti species infimas. (De sacr. poen. disp. 2, q. 3, obi. 2, ad 3.) — Cf. Io. B. Pighi, De universa poenitentiae ratione in primitiva ecclesia. Veronae 1903, p. 37—46. Ceterum quod discriminem est in commendanda frequentia usus sacramenti et in frequentia confessionis illo et nostro tempore, haud scio an ideo factum sit, quod tum abhorrebatur ab usu „ultimae“ rationis et innocentiae baptismali conservandae studiosius incumbebat.

Ad 4. Apud Coptitas notum est per Abulfetah confessionem esse sublatam (saec. XII). Apud Nestorianos vero Ebedjesu (XIV. saec.) docuit adhuc necessitatem confessionis et Io. Sulaka in sua fidei professione facta Romae a. 1569 testatur: „Erat quidem olim apud nos consuetudo, ut revelaremus peccata nostra inter nos, sed surrexit violentus tyrannus [Simeon Barhamma?] et abolevit eam; orta est caedes ac contentio ac cessare fecit eam.“ A Nestorianisabusus pervenisse ad Malabarenses videtur. Cf. Denzinger, Rit. orient., De conf.

Ad 5. Fuerunt, qui totam hanc narrationem fictam esse censerent, ut Latinus, Francolini. Alii, Thomas Valdensis et Melchior Canus concesserunt abrogasse Nectarium legem confessionis etiam secretae, sed dicunt eum in hoc graviter peccasse. Alii dicunt sublatam esse solum obligationem publicae confessionis occulorum peccatorum (velut Gotti), alii etiam confessionis publicae peccatorum publice; alii obligationem agendi poenitentiam publicam pro peccatis non publice notis (ut Collet), alii eandem etiam pro publice notis et scandalosis; alii licentiam publicae confessionis peccatorum occultorum, alii etiam publicorum (Pesch); alii licentiam publicae poenitentiae pro peccatis occultis (Bellarminus, Io. Pighi), alii etiam pro publicis (Vasquez). Cf. Suvorov, Obem discip. suda 127—130; Jungmann, Dissert. sel. in hist. eccl. II, 137—188. Quidquid hac in re tenendum est, id constat non esse abrogatum a Nectario usum confessionis simpliciter. „Ratio est 1. quia de hac re ne verbum quidem in hac historia; aliud enim prorsus est abolere munus presbyteri institutum ab Ecclesia, aliud abolere confessionis usum, qui et ante illam institutionem vigebat. Porro de abolitione tantum prioris loquuntur historici. 2. Illud abrogavit Nectarius, quod causa fuit vel occasio scandali illius; atqui, etsi ex horum scriptorum narratione haud satis clare constet, quid illi scandalo populi offenditioni occasionem praebuerit, attamen satis est evidens, non indicari hic confessionem sacramentalem. Sed vel fuit quidam modus indebitus confessionis, puta imprudentia mulieris, quae cum sciret se confiteri illi, qui publicae poenitentiae praeverat, crimen coram aliis evulgavit putans id sibi licere, vel abusus quidam fuit presbyteri, qui notitiam secreto acceptam, episcopo communicavit, vel aliquid huiusmodi. [Cf. Battifol, Etud. d' histoire p. 157]. Divinare enim oportet, cum manca sit hac in parte narratio historica. 3. Illud abrogavit Nectarius, quo, ut monet Socrates, siebat, ut delicta sua invicem homines coarguerent. [Ορθός δέ, οὐ πρόφασιν παρέσχε τοῦ μὴ ἐλέγχειν τὰ ἀμαρτήματα μηδὲ φυλάττειν τὸ τοῦ ἀποστόλου παράγγελμα τὸ λέγον· Καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε. (Eph. 5, 11)]. Atqui rursus id non est simpliciter confessio, sed aut publica ipsa poenitentia aut publica etiam repre-

hensio criminum facta ab eo, qui poenitentiae praeverat. 4. Quod iuxta hos historicos sustulit Nectarius, sublatum item fuit in toto oriente a ceteris episcopis [Ἐπηκολούθησαν δὲ σχέδιον οἱ πανταχοῦ ἐπίσκοποι, Σωζόμενος: οἰκονόμος τῆς μετανοίας, quam vocem Vacandard (La confession sacramentelle dans l' église primitive p. 8-9, 10-14.) opponit, potuit etiam episcopus ipse vocari]. At qui usus confessionis viguit post Nectarium ut patet ex poenitentiali Ioannis Ieiunatoris [Ioannis Monachi, Nicephori Cartophylacis, Simeonis archiepiscopi Thessalonicensis, aliorum]“ Palmieri, De poen. th. 34, IV.

Ad 6. S. Ambrosius videtur hortari ad non differendam confessionem post peccatum commissum. Ceterum cf. simile dictum ap. Hurter, Theol. dogm. comp. t. III. n. 487, 1. Illud Hieronymi „magister et frater facile ei prodesse non poterunt etc.“ non est urgendum. Item Asterius licet minus clare loquatur, tamen ita ibi concludit (cum hortatus esset: δεῖξον αὐτῷ (sacerdoti) ἀνεργούμενα τὰ κεκρυμμένα etc.): “Ἄποπον γάρ τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς λελογισμένως ποιουμένους τὴν πρόνοιαν, καθαίρειν ἔχοτοις τῶν ὑλῶν πρὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ λεγομένου κυνός, ἵνα μὴ διασπαὶν ἐν τῇ ἄγρᾳ θερμότητος τὸ ὑγρόν, νοσοποιὸν σῆψιν ἐργάσῃσα· τοὺς δὲ κατὰ διάνοιαν ἐπιμελείας χρήζοντας μὴ προφθάνειν τοῦ θανάτου τὴν ἀδηλίαν καὶ τοῦ κολαστηρίου πυρὸς τὴν κέσιν, τοῦ ἀλικατως φλέγοντος καὶ μηδέποτε ψυχομένου.

Ad 7. Lex vetus erat umbra futurorum.

Ad 8. Concesso hoc Cajetani, Viva, aliorum principio negamus unquam in nostra re cessare finem saltem talis confessionis, qualem in F. sufficere probavimus. Cf. ad 16. vers. fin.

Ad 9. Imprimis disiunctio maioris, ut novimus ex A. et B) est incompleta. Quod vero contra C) obicitur, nihil valet. Nam „primo circumstantiae non mutant species, non semper deserviunt ad variandum iudicium circa poenitentiam imponendam, sicut deservit cognitio malitia species; et circumstantia, quae posset variare illud iudicium, potest inquiri a confessario, quando oportuerit, nec propterea deberet fieri regula generalis explicandi omnes circumstantias. Secundo: potest hoc discrimen provenire ex difficultate maxima, quae esset in explicandis his omnibus circumstantiis. Nam licet una vel altera posset explicari, aliae fere omnes difficilime explicarentur. Lex autem universalis debet attendere ad ea, quae frequenter contingunt, non ad unum vel alterum casum. Tertio in iis casibus, in quibus circumstantiae eiusmodi possunt facile explicari, et eorum notitia necessaria est ad iudicium debite exercendum, possunt facile inquisitione confessariorum indagari, qui cognita iam specie peccati potest scire, an sit talis species, in qua oporteat ulterius procedi ad cognoscendam circumstantiam individualem, prout saepe (? cf. Ballerini-Palmieri, Op. mor. t. V, n. 361) oportet facere in peccato furti, et tunc debet interrogare; quod ius datum confessario sufficit ad convenientem institutionem huius iudicii, in quo id, quod ex se manifestat poenitens, nempe species peccati, dat occasione in confessario interrogandi id, quod restat, quando in aliquo casu oportet illud scire ad poenitentiam vel ad restitutionem, vel ad medicinam, vel ad alios fines. Si autem species non manifestaretur, non haberet, unde sciret sacerdos, an in hoc casu de circumstantiis deberet interrogare speciem; immo semper deberet ulterius interrogare speciem; id autem, quod semper debet inquiri, debet etiam poenitens ex se manifestare.“ De Lugo, De poen. disp. 16, n. 121.

Ad 10. Cognitio singulorum peccatorum non ita quidem influit in sententiam iudicis, ut secundum eam se determinet ad absolvendum vel retinendum, sed certe ita, ut sit obiectum sententiae per se necessario requiritum.

Ad 11. Per essentiam sententiae judicialis absolutae requiritur cognitio causae; quodsi peccator generice confitetur, iam habetur cognitio causae judicialiter propositae, sacerdos novit judicialiter poenitentem esse ligatum vinculo peccati et poenae. Non potest quidem in illud peccatum, quod poenitens commisit, secundum rationem specificam ferre sententiam, sed in tantum, in quantum cognoscit; at essentia non postulat cognitionem

secundum rationem specificam. Ergo, licet potestas iudicialis per se exigat, ut iudicium feratur in crimen secundum omnem eius rationem, tamen possibilis est sententia iudicialis cum cognitione causae solum secundum rationem genericam. Nec Christus Dominus vetuit eo modo exerceri potestatem iudicialem; instituit enim claves in bonum hominum, in favorem poenitentium. Cf. Ballerini-Palmieri, Opus mor. n. 414 in nota; Palmieri, De poen. th. 33, IV, α), γ).

Ad 12. Si diabolus scientia infusa intellegit omnes linguas, intellegit etiam phantasmata vocabulorum eorum in cerebro, quae cogitationem comitantur, ideoque et assensum vel eius negationem. Ceterum, etsi res ita esset, sicut singitur in dubitatione, maior sane utilitas resultaret ex confessione quam ex cognitione diaboli documentum; nec in soliloquii inutilibus talia attenduntur.

Ad 13. „Disparitas est, quia per absolutionem ab excommunicatione homo praeceps iustus non redditur, sed Ecclesiae dunitaxat restituitur, a qua fuerat praeceps; et contra per absolutionem a peccatis, si valida sit, homo gratiam adipiscitur et reconciliatur Deo; at implicat aliquem iustum fieri ac Deo reconciliari, cui omnia simul peccata mortalia dimissa non fuerint; si enim vel unum remaneret, exularet ab eo gratia sanctificans.“ Tournely, De sacr. poen. qu. 6, a. 4, init.

Ad 14. „Per se est, ut peccata simul dimittantur, adeo ut de facto nunquam unum sine aliis dimittatur; et ideo etiam institutio sacramenti per se postulat, ut peccata, quae sunt materia necessaria talis sacramenti et ad illius forum pertinent (ut sic dicam) simul et ex vi eius sacramenti tollantur. Et propterea baptismus ita est institutus, ut per se et vi sua tollat non solum originale peccatum, sed etiam omnia mortalia, quae ante susceptionem eius cum originali sunt coniuncta, alia vero subsequentia ad illum non pertinent, et quod illa interdum sint coniuncta cum originali est per accidens et praeter institutionem baptismi, propter impedimentum illi positum. Et idem omnino contingit, quoties aliquod peccatum non confessum per absolutionem tollitur; id enim per accidens est; sicut in universum leges morales respiciunt ea, quae frequentius accidunt, non easus accidentiales, (ut ad hoc propositum recte notavit Petrus Soto lectione nona de confessione).“ Suarez, De poen. disp. 22, s. 1, n. 9.

Ad 15. „Ieremias contra omnium Graecorum sententiam singularem hanc opinionem effutiit; quin et ipse sibi ipsi contrarius fuit. In hac enim ad Lutheranos responsione paulo ante dixerat ‘oportere poenitentem, quantum quidem potest et memoria suggesterit, minutatim peccata omnia, quorum sibi conscius est, cum corde contrito et humiliato poenitentiaro patescere’ .. Verba Germani ‘Si oblivione aut pudore aliqua peccata occultavit, tu misericors Domine condona illi’ nihil habent praeter formam benedictionis et indulgentiae, a prece sacramentali longe diversae; nihilque aliud orat sacerdos, nisi gratiam conversionis, qua fiat, ut poenitentes pudore deposito, quod ante celaverant, revelare non erubescant, atque ita reconciliationis beneficium consequantur.“ Drouin, De re sacram. t. 2., c. 2, q. 3.

Ad 16. „Confessarius ita est iudex ipse solus in hoc tribunali, ut ipse solus debeat ex peccatorum notitia formare iudicium de eorum gravitate ad proferendam prudenter sententiam. Unde reddi potest ratio differentiae inter nostrum casum et illud exemplum, quod opponebatur. In casu nostro totum iudicium de statu poenitentis fit a solo confessario, qui ex notitia, quam ipsem habuit distinctam de illis peccatis formavit iudicium de eorum gravitate, quod idem iudicium ex illa memoria confusa tunc retinet et secundum illud regulat et taxat poenitentiam imponendam. At vero in illo alio exemplo, quando poenitens solum diceret statum suae conscientiae esse sicut anno praecedenti, iam tunc non tam confessarius, quam ipse poenitens fuisse iudex, qui ex notitia, quam habet de suis peccatis formaret illud iudicium de statu suo, quod iudicium formatum daret confessario, qui certe non ut iudex illud formasset, cum ipse non habeat nec habuerit notitiam de peccatis huius anni. Praeciperet ergo poenitens officium confessarii, ad quem spectat visa et considerata natura et multitudine pec-

catorum iudicium formare de eorum gravitate et de statu poenitentis, a quo non debet accipere hoc iudicium factum, sed materiam ad id faciendum. Est enim ipse solus medicus, ad quem spectat attenta qualitate morbi iudicare de eius gravitate et de remediis etiam adhibendis. Debet ergo ipse ex se facere utrumque iudicium, quorum primum ex se non posset facere, si ipse non audiret peccata, sed statum conscientiae iuxta iudicium ab ipso poenitente factum. At vero in nostro casu aliter se res habet. Nam confessarius ex se facit utrumque iudicium per notitiam de peccatis, quam ipse habuit. Quam licet non habuerit, quando erat iudex, nihil refert; non est enim necessarium, quod tota notitia, a qua dirigitur ad hoc iudicium, fuerit sacramentaliter accepta. Nam si confessarius aliunde vidit, vel cognovit distincte peccatum, potest poenitens se accusare, dicendo: ‘accuso me de illo peccato, quod tu scis me fecisse’; quae confessio sine illa notitia praecedente non sufficeret, sed cum illa sufficit, ut confessarius ex se possit iudicare. Itaque quod omnino requiritur est, quod accusatio sit sacramentalis; quod vero accusatio secundum se det notitiam distincte de peccatis, non requiritur, nisi quando confessarius aliunde non habet notitiam distinctam; si enim illam habet, sufficit accusatio sacramentalis, quae se remittat ad illam aliam notitiam aliunde habitam.“ *De Lugo, De poen. disp.* 16, n. 639 s.

Ad 17. Respondeo, si opus spectetur, quatenus habens bonitatem et malitiam moralem coram Deo et in quantum est opus proveniens a creatura libere operante cum iis, quae requiruntur ad moralem denominationem actus liberi et peccati, tunc tantum censeri homicidam, quando adhibuit causam et fecit, quod ex parte sua erat faciendum, sive postea sequatur effectus sive non sequatur; quando vero iam physice effectus ponitur, dicitur tunc homo occidi physice per actionem remote provenientem ab illo, qui causam applicuit, et tunc dicitur satis improprie et remote occidere ille, qui causam dedit porrigo venenum, absque ulteriore concursu, cum posset iam esse mortuus . Non tamen in nostro casu potest dici actu peccare, quia ea denominatio actu peccantis est personalis et pendens ab actuali libertate.“ *Dicastillo, De sacr. poen. disp.* 9, n. 39.

Ad 18. „Licet actus externus non addat malitiam novam supra actum internum, adhuc per illum dicimur proprie peccatores et mereri poenam, sicut etiam dicimur mereri praemium per eleemosynas et alia opera bona externa, quae denominantur merita, atque adeo proprie dicimur mereri et demereri per eos actus, ergo et peccare. Debent ergo explicari in confessione, cum sint vere peccata, quia licet non afferant malitiam distinctam ab actu interno, ab eadem tamen malitia possunt duo subiecta diversa accipere denominationem peccati et mali. In effectu autem postea secuto non datur talis denominatio, quia non potest esse peccatum actuale in eo, qui actu non peccat, nec potest actu peccare, qui actu non agit, ut ille, qui dormit, dum eius inimicus veneno moritur.“ *De Lugo, De poen. disp.* 16, n. 449.

Ad 19. Cf. ad 28.

Ad 20. „Poenitens (non habet in nostra sententia obligationem explicandi effectus peccati, sed solum peccata interna et externa. Cui debito satisfacit) accusando se de detractione externa v. g. per hoc non intendit dicere fuisse peccatum quoad omnes partes externas; quis enim hoc potest scire? Sed solum dicit quod certum est, incepisse sc. cum libertate actuali, vel aliquamdiu eam habuisse; per quod explicatur, quantum sufficit illud peccatum, sive plures, sive pauciores partes habuerit actu liberas et peccaminosas; omnes enim faciunt moraliter unum peccatum, quod sufficit sub illa generalitate explicare.“ *De Lugo, De poen. disp.* 16, n. 460.

Ad 21. „Tridentinum non obligat poenitentes nisi ad confitenda ‘omnia peccata mortalia, quorum conscientiam habent’. Non dicit ‘uti sunt in conscientia’, nempe vel ut certa, vel ut dubia, sed ‘quorum conscientiam habent’, quod importat habere notitiam certam peccati . Conscientia dubia neque est scientia, neque iudicium, sed suspensio iudicii, unde minime dici potest habere conscientiam peccati, qui nullam rationem habet, quod illud commiserit.“ *Alphonsus Liguori, Theol. mor. I. 6, n. 474.*

Ad 22. „In aliis quoque praeceptis obligatio est certa v. g. audiendi sacram, iejunandi, recitandi officium etc. et tamen satisfacit homo, si iuxta probabilem sententiam iejunet, audiat sacram vel recitet officium. Cur ergo non satisfaciat per confessionem probabilem obligationi confitendi?“ De Lugo, De poen. disp. 16, n. 59.

Ad 23. „Haec praxis servatur quidem a timoratis ad levamen maius conscientiae et forte ex quodam errore. Haec autem non inducunt consuetudinem, quae obliget; quia haec exigit voluntatem se obligandi in eo, qui alioquin scit, obligationem alias non existere. Ceterum quomodo cum certitudine constare potest haec praxis universalis?“ Ballerini-Palmieri, Opus mor., t. V, n. 377. „Eiusmodi praxis varia potest habere motiva. 1. ut deleatur peccatum saltem veniale, quod frequenter intervenit in eiusmodi actibus, de quibus dubitatur an sint peccatum grave. 2. ut ipsa humiliazione confessionis profundius menti imprimatur admonitio divina, qua Deus per intentis anxietates monet maiorem esse in posterum adhibendam cautelam. 3. ut per firmius propositum et mulctam confessionis animus obsfirmetur contra omnes incursiones temptationum similium. 4. ut ex consuetudine confitendi peccata dubia seipso absterrent a relapsu. 5. ut tali humiliazione daemon confundatur, sieque saepius non solum victus, sed etiam flagello piae exercitationis mulctatus a temptatione ulteriore abstineat etc.“ A mort, De sacr. poen. disp. 4., q. 2, ad 13.

Ad 24. Ratio discriminis in hoc est, quod, sicut adhibere materiam dubiam ad confienda sacramenta, ita et per dubietatem baptismi ea nullitati exponere graviter illicitum sit. Quodsi quis sit in talibus circumstantiis, ut sacramenta suspicere non possit, tamen adhuc teneretur ad iterandum sub condicione baptismum quatenus per votum eius non accipit characterem, qui non est quidem absolute necessarius, sed ex ordinatione Dei requisitus.

Ad 25. Quocumque modo illud ‘manifeste’ est intellegendum, certe falsa est propositio etiam in nostra sententia, cum saltem venialia et dubie mortalia a fidelibus primitivae Ecclesiae in confessionibus non sint exclusa.

Ad 26. „Licet institutio huius sacramenti et potestas confitendi sit favorabilis, ideoque extendatur etiam ad venialia, non ideo obligatio confitendi est favorabilis, cum minuat et restringat libertatem illorum, ad quos hoc praeceptum dirigitur: et ideo etiam, si Christus obligasset ad confitenda venialia, fuisset obligatio onerosa, sicuti potestas absolvendi a reservato est favorabilis, non tamen reservatio. Nec obstat, quod confessio sit ad bonum animae. Nam etiam ad bonum animae sunt excommunicatio, reservatio, immo omnes leges ecclesiasticae; et tamen multae dicuntur odiosae ideoque sunt restringendae.“ Croix, Theol. mor. I, 6, p. 2, n. 609. Cf. Diacono, De sacr. poen. disp. 9, n. 284.

Ad 27. Negandum est talem futuram esse obligationem, si loco sacerdotis Christus Dominus ipse excipiendo confessiones peccata condonaret.

Ad 28. Hoc principium ‘in dubio pars tutior est eligenda’ valet solum, ubi agitur de medio ad salutem necessario vel de valore sacramenti, vel de certo iure alterius. Cf. Noldin, De principiis n. 210.

Ad 29. Vera contritio votum includit confitendi id quod confiteri tenetur; et, si quis non habeat aliud peccatum nisi dubium (quod de facto commisit) et de eo conteratur, votum confessionis in contritione contentum non potest esse nisi condicionatum: confitendi si necesse est.

Ad 30. „Quod [in solo sacerdote!] incurrit irregularitas per homicidium dubium est ex speciali dispositione iuris. In dubiis autem circa alias materias non incurrit irregularitas, quia hoc nullibi exprimitur. Ergo cum etiam nullibi exprimatur obligatio confitendi dubia, haec non est asserenda“ Croix, Theol. mor. I, 6, p. 2, n. 609.

Ad 31. „Existentia legis prius certa, nullam pro lege potest fundare praesumptionem: Nam praesumptionem fundat possessio (hic existentia legis); possessio autem, ut praesumptionem fundet, debet esse certa, atque id quidem eo tempore, quo praesumptionem fundat; atqui existentia legis prius certa nunc est dubia. Ergo immineto ex principio possessionis quicquam in favorem legis deducitur.“ Noldin, De principiis n. 221.

Ad 32. „Eatenus non licet in sacramentis uti opinione probabili relictia tuiore, quatenus ex usu opinionis probabilis sacramenti valor in probabile discriuen adduceretur, dum sc. amplius non habetur nisi probabilis materia vel probabilis forma in concurrentia materiae certae, quam tutioris opinionis usus suppeditaret. Nunc autem, cum confessio certo sufficiens in ratione materiae illa ipsa sit, quae attentis praesentibus subiecti circumstantiis per veram adeoque certam confitendi obligationem mensuratur, omnis probabilitas, per quam eximeris ab obligatione aliquid declarandi, consequenter efficit, ut declaratio ista iam certo non pertineat ad necessariam materiaem sacramenti poenitentiae“. Billot, De Eccl. sacr. I. 2, th. 18. Cf. Cardenas, Crisis theol., diss. 2, n. 107 118.

Ad 33. „Rationes illae non aequae probant de utrisque circumstantiis, quod quidem adversarii ipsi fateri coguntur; nam si aequae probarent, sine causa concilium limitasset totam doctrinam illam ad circumstantias, quae mutant speciem; debuisset enim de utrisque in genere loqui absque limitatione et discriminine. Agnovit ergo concilium rationes illas non aequae probare de utrisque. Oritur autem haec inaequalitas et differentia potissimum ex eo, quod absque explicatione circumstantiae non mutantis speciem vere et proprie declaratur peccatum; nam quidditas peccati sumitur ex ratione specifica ipsius; ergo declarando speciem, declaratur quidditas et essentia talis peccati; reliqua autem sunt extra essentiam illius atque adeo reputantur quasi eius accidentia, logice loquendo. Qui ergo dicit se commisso furtum grave, iam explicuit suum peccatum, et integre quidem, quia totam eius essentiam specificam aperuit, quoad genus et differentiam ultimam. Hinc ratio adducta a concilio ad obligationem confitendi species ex eo, quod alias sacerdos nec possit censere de gravitate criminis, non aequae procedit in ordine ad explicandas alias circumstantias aggravantes. Nam sine harum explicatione cognita specie peccati mortalis iam cognoscitur eius gravitas specifica et essentialis, licet non cognoscatur distincte tota gravitas individualis. Si autem species non explicetur, iam ignorabitur eius peccati gravitas; quia sicut ignorata specie ignoratur simpliciter peccatum, sic ignoratur simpliciter eius gravitas. Noluit autem Christus exigere talem omnino notitiam, qua sacerdos censere possit de gravitate specifica et essentiali peccati et de gravitate etiam individuali eiusdem.

Restat itaque ratio adducta in Tridentino pro necessitate confitendi et explicandi species, illa, ut possit servari aequitas in poenitentiis imponendis pro peccatis; quae ratio videtur etiam probare necessitatem explicandi alias circumstantias aggravantes, iuxta quarum etiam gravitatem poenitentia debet mensurari. Sed nec haec ratio procedit in his circumstantiis; nam si species peccati ignoratur, nulla potest aequitas servari in poenitentia imponenda. Si enim aliquis dicat solum se peccasse mortaliter, non potest nisi caeco modo poenitentia imponi. Si autem dicat se habuisse ter vel quater odium proximi, iam potest ei poenitentia proportionata imponi, licet non explicet intensionem odii; quae poenitentia quamvis non sit omnino aequalis, nisi cognoscantur circumstantiae aggravantes, non tamen semper requiritur tam exacta aequalitas in poenitentia imponenda.“ De Lugo, De poen. disp. 16, n. 115. 119. 120. Cf. ad 9.

Ad 34. Cf. thes. 8, p. II. ad 6. Et certum est „Ecclesiam posse reservare peccatum mortale ratione circumstantiae alicuius, quae non aggraviat notabiliter intra eandem speciem; immo de facto id facere, quia furtum de bonis naufragorum habet excommunicationem reservatam, cum tamen circumstantia illa naufragii praecedentis non aggraviat notabiliter, nec esset exprimenda, si non accessisset reservatio Ecclesiae.“ De Lugo De poen. disp. 16, n. 124.

Ad 35. „Non omnia, quae hisce et aliis antiquis canonibus suadentur, simpliciter necessaria sunt ad veritatem sacramenti. Quaedam enim circumstantiae notantur, quae ne quidem rationem habent peccati saltem mortalis ut complexus coniugis gravidae aut tempore festivo, etc., quibus etiam poenitentia praescripta dictabatur; non quod ista aperiri in confessione sacramenti necessitas exigeret, sed quod rigor disciplinae ecclesiasticae et

fidelium fervor ad tantam accurationem procedebant.“ *Virceburgenses.* De sacr. poen. n. 201. Cf. *Vasquez*, Tom. IX., qu. 91, a. 1, dub. 2, n. 2 ss. — Similiter in libris Augustini (?) „aliquae etiam circumstantiae numerantur, quae nec ab adversariis dicuntur ex necessitate explicandae, v. g. si peccatum contingit in die ieiunii vel orationis, vel in domo domini sui etc. Quare fatendum est eum auctorem non loqui de debito obligationis, sed perfectionis, in ponderandis iis omnibus circumstantiis, vel eius doctrina temperanda est.“ *De Lugo*, De poen. disp. 16, n. 122. — „Catechismus Rom. 1<sup>o</sup> addit: „Quaedam enim circumstantiae adeo graves sunt, ut peccati mortiferi ratio ex illis tantum constet; quare haec omnia confiteri semper oportet“. Atqui ratio culpae letalis ex circumstantia tantum non habetur, nisi haec speciem mutet aut moralem, aut theologicam. 2<sup>o</sup>. Iubet fatendas circumstantias valde minuentes, quod et adversarii concedunt valere solum, quando imminutio mutat speciem theologicam. 3<sup>o</sup>. Ita probant exempla a catechismo adducta de persona sacra, coniugata. 4<sup>o</sup>. Si de furti gravitate loquitur, non potest probari ibi non agi de circumstantia mutante speciem theologicam. Neque dicas exemplum afferri etiam furti diversarum quantitatum. Nam quod dicit de uno aureo, potest recipi ut exemplum circumstantiae, quae levem facit culpam atque adeo speciem diversam theologicam affert.“ *Ballerini-Palmieri*, Opus mor. t. V, n. 355.

Ad 36. „Aliqua sunt, quae poenitens ex se non tenetur manifestare, et tamen inquisitus debet ea confiteri. Confessarius enim ut iudex et ut medicus ius habet inquirendi plura, ut debitam medicinam applicet.“ *De Lugo*, De poen. disp. 16, n. 123. Secus autem non tenetur poenitens sequi sententiam oppositam confessarii, qui forte interrogat. Cf. *Dicastillo*, De sacr. poen. disp. 9, n. 147 et n. 193 ss.

Ad 37. „Non explicata quantitate furti (et idem est de intensione odii)“ nullum peccatum manet, quod non explicetur certo; nam totum illud furtum est unum et idem peccatum, quod licet non explicetur quoad totam suam individuationem, illud tamen re vera explicatur quoad suam speciem et quidditatem, atque adeo poenitens dicit certo se commisso illud peccatum, nec celat aliquid peccatum a se commissum et per consequens satisfacit toti pracepto confitendi omnia peccata.“ *De Lugo*, De poen. disp. 16, n. 118. Cf. *Virceburgenses*, De sacr. poen. n. 202. At vero „si poenitens interrogatus de furto, v. g. an fuisset decem vel viginti aureorum, diceret fuisse decem, cum revera fuissent viginti, jam non daret pro materia confessionis illud peccatum, quod fecit, sed aliud... Si enim qui occidit Petrum accusaret se de homicidio dicens: ‘Occidi Paulum’ (volens celare hominem occisum) non confiteretur peccatum, quod fecit, sed aliud, quod non fecit.“ *De Lugo*, De poen. disp. 1, n. 123. Cf. *Vasquez*, tom. IX, qu. 91, art. 1, dub. 3.

Ad 38. „Obligatio explicandi numerum non est praecise, ut explicetur maior gravitas utcumque, sed ut manifestentur omnia peccata eaque certo et non in dubio, si sunt certa.“ *De Lugo*, De poen. disp. 16, n. 125.

Ad 39. „Si incestus non sint specie diversi ex graduum diversitate, non sunt gradus in confessione explicandi.“ *De Lugo*, De poen. disp. 16, n. 143.

Ad 40. vide B. fin.

Ad 41. „Licet in peccato habente plures malitias specie diversas debeant omnes explicari, non sequitur idem in peccato habente plures numero distinctas. Ratio differentiae est, quod in primo casu non explicaretur distincte tota [completa] species illius peccati, si aliqua malitia specifica illius taceretur; cum autem debeant explicari distincte omnia peccata quoad suam speciem, consequens est, quod debeant explicari distincte omnes illae malitiae specie diversae. At vero in secundo casu etiam non explicata distincte tota malitia individuali explicatur illud numero peccatum, quod ad suam speciem distincte, et quoad differentiam numericam confuse, quod sufficit ad satisfaciendum pracepto confessionis, cum nullum peccatum maneat non explicatum quoad suam speciem et aliunde dicatur totus nu-

merus malitiarum, de quo explicando non invenimus aliquod praeceptum.“ De Lugo, De poen. disp. 16, n. 134.

Ad 42. „Peccatum non est materia confessionis prout est habituale, seu prout habet maculam habitualem perseverantem; nam poenitens non se accusat de peccato habituali nec de perseverantia maculae, sed praecise de actu praeterito et de peccato actuali, quod fuit. Alioquin si peccatum fuisset paulo post per contritionem deletum, deberet etiam explicari illa circumstantia. Cum ergo solum detur pro materia actus peccati, prout fuit, quando fuit commissum, et prout sic non sit differentia inter illud, quod iam nunc est ablatum, consequens est totam illam differentiam esse extrinsecam et per accidens in ordine ad accusationem. Peccatum autem veniale et mortale differunt penes id, quod habuerunt, quando fuerunt commissa. Quare differentia illa explicanda omnino est, quando deferuntur ad hoc iudicium“ De Lugo, De poen. disp. 16, n. 49.

Ad 43 et 44. Respondet Noldin, De sacram. n. 270 „Quod opponi solet: diversum est peccatum hoc tempore commissum a peccato alio tempore commisso, solvitur hac distinctione: aliud est peccatum individuale, non autem peccatum specificum; atqui sufficit, ut species peccati in confessione declaretur“. Sed hoc responsum non videtur esse necessarium. Scilicet idem individuum potest postea et antea esse. Etiam ii, qui dicunt durationem esse tantum ratione distinctam ab exsistentia, debent concedere rem constitutam in sua essentia individuali indifferentem esse ad exsistendum nunc vel postea, etiam actionem individuatam; utique dicunt rem, quae iam exstitit non posse denuo exsistere. — Ceterum sequeretur, quod „qui bona fide confiteretur peccatum v. g. homicidii, quod fecit ante unum annum et diceret se occidisse ante duos, quia per errorem ita putabat, si postea deprehendat [errorem] .. teneretur homicidium iterum confiteri“ Dicastillo, De sacr. poen. disp. 9, n. 152.

Ad 45. Cf. ad 21. Ceterum sequeretur „quod etiam peccatum vigesimum primum, cognitum postea ut certum debet confiteri de novo poenitens, qui confessus est ‚viginti, plus minusve‘, quia iam illud peccatum certum in conscientia poenitentis“. De Lugo, De poen. disp. 16, n. 87.

Ad 46. „Idem argumentum fieri potest de censura et irregularitate; item de peccato illo, quod ut dubium comprehenditur sub illis verbis ‚plus minusve‘. Fatendum ergo est debuisse a principio dici, ut certum fuisset in conscientia; fuisse item impeditam illam obligationem per accidens propter ignorantiam vel dubium, sed postea non resurgere illam obligationem cessante impedimento; quia iam cessat etiam finis obligationis illius, qui erat obtinere absolutionem directam illius peccati; quod cum iam supponatur directe solutum per claves, non est cur iterum clavibus subiciatur“. De Lugo, De poen. disp. 16, n. 88.

Ad 47. Ex hoc sequeretur etiam, contra communissimam doctrinam teneri poenitentem ad fatendum peccatum, quod deprehendit esse mortale, cum prius nec ipse nec confessarius cognovissent uti mortale. Ceterum certitudo non est circumstantia vel aliquid se tenens ex parte ipsius peccati, sed ex parte manifestationis seu notitiae.

Ad 48. „Sufficit quod species morales regulariter notae sint, saltem quodam vulgari modo per diversitatem praeceptorum et rerum seu materialium, circa quas peccatur vel etiam virtutum, quibus peccata opponuntur“. Suarez, De poen. disp. 22, s. 2, n. 5.

Ad 49. „Non refert quod interdum parva sit diversitas inter has species morales, et ideo parum etiam mutet iudicium, tum 1<sup>o</sup> quia non propterea admittenda est exceptio a generali lege. Nam lex, cum generatim feratur, considerat ea, quae frequentius accidunt. Neque debuit hoc electioni et arbitrio ipsorum poenitentium relinqui, sed stabili ac certa lege statui. Quod fieri aliter non potuit moraliter loquendo, nisi universalem statuendo legem. Tum 2<sup>o</sup> etiam, quia hic semper intercedit diversitas iudicii, quod novum et distinctum peccatum remittendum est et puniendum. Nec enim semper necesse est, ut diversa satisfactio aut medicina sit applicanda. Nam hoc etiam in peccatis multum diversis non semper necessarium est“ Suarez, De poen. disp. 22, s. 2, n. 5.

Ad 50. Cf. argumentum supra allatum. Ceterum interdum magis variat iudicium multitudo peccatorum in eadem specie, quam diversitas specifica.

P. III. Valida est absolutio praevia confessione non integra, si ab eius integritate aliqua causa sive ex parte poenitentis, sive ex parte confessarii excusaverit.

Dub. 1. Potestas clavium est iudicialis. Iudex autem non potest prudenter iudicare, nisi cognita causa in particulari. „Quare sive absolvat sive retineat, utraque sententia erit imprudens“ Cano, Rel. de poen. p. 5. Sed Christus non potuit velle, ut iudicet iudex unquam aliter ac prudenter.

2. Peccata remitti nequeunt vi clavium, nisi iis subiciantur. Sed peccata, quae tacentur, non subiciuntur clavibus Ecclesiae, quia nequit peccatum subici clavibus, nisi manifestetur confessario. Ergo peccata, quae tacentur, nequeunt remitti vi clavium.

3. Si impotentia excusaret a distincta confessione, obligatio eius esset tantum ex aliquo praecepto positivo, quod veluti superadditum sit sacramento, non vero esset ex ipsa institutione sacramenti.

4. In nullo prorsus casu licetum est dimidiare sacramentum Eucharistiae, consecrando unam materiam sine alia, panem v. g. sine vino. Ergo nec confessionem sacramentalem.

5. A confessione peccatorum, quorum poenitens recordatur, non habetur causa excusans. Ita enim definit Concilium Tridentinum Sess. 14. en. 7.: „Si quis dixerit in sacramento poenitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure divino confiteri omnia et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita et diligentि prae meditatione habeatur, anathema sit“.

6. Saltem non potest unquam sufficere confessio late dicta seu desiderium confitendi manifestatum. Nam velle confiteri non est vere confiteri. Velle enim sumere Eucharistiam aut velle ieiunare, non est vere sumere Eucharistiam aut ieiunare. Ergo nec velle confiteri et ostendere hanc voluntatem erit ullo modo confiteri. Sed sine confessione invalida est certe absolutio.

7. Si semel liceret facere confessionem non integrum et ita reconciliari cum Deo, facile sibi quisque persuaderet hic et nunc adesse causam ab integritate excusantem, quod sane cederet in detrimentum salutaris clavium instituti.

Quid tenendum sit patebit ex his:

1º. Vidimus per se ideoque ordinarie requiri confessionem distinctam in re integrum, ut peccatum vi clavium possit remitti. Nam rectus et a Christo statutus ordo exigit, ut totiens comparetur distincta causae notitia, quotiens haberi potest. Sed per hoc non excluditur, ut per accidens sufficiat confessio distincta in voto tantum integra ad absolutionem validam. In hac confessione reapse accusantur ea peccata, a quorum patetactione poenitens non excusatur, cum implieato saltem proposito peccata hic et nunc omissa vel in genere tantum manifestata omnia singillatim tempore suo confitendi, ut tunc etiam directe, non ut nunc vi concomitantiae tantum, propter aliud peccatum vel genus directe remissum, remittantur. Porro talem indirectam remissionem de facto obtinere docuimus iam P. II. B. relate ad peccata dubia et relate saltem ad memoria elapsa docet etiam Tridentinum, Se. 14, ep. 5: „Itaque dum omnia, quae memoriae occurruunt peccata Christi fideles confiteri student, procul dubio omnia divinae misericordiae ignoscenda exponunt; qui vero secus faciunt et scienter aliquid reticent, nihil divinae bonitati per sacerdotem remittendum proponunt. Reliqua autem peccata, quae diligenter cogitanti non occurruunt in uni-

versum, eadem confessione inclusa esse intelliguntur". „Quae autem est ratio de obliuione, eadem est de quavis alia impotentia physica vel morali; quia integritas confessionis debet esse moraliter possibilis, nec repugnare aliis praeceptis maioribus, quale est praeceptum caritatis". Gonet, Clipeus theol. thom. t. V tract. V. disp. 10. a. 2. Cf. p. II. ad 11.

2<sup>o</sup> et 3<sup>o</sup> Cf. thes. IX., P. II. 1. et 2.

Ad 6. respondemus: Neganda est consequentia. „Nam qui vult sumere Eucharistiam aut ieunare, non habet ullo modo talen actum, sed solum in voto. At vero qui ostendit et dicit se velle confiteri eo ipso confitetur. Nam confiteri in genere loquendo est dicere et fateri proprium delictum, qui autem dicit se velle confiteri suum delictum eo ipso dicit et fatetur se habere delictum, quod confiteatur; non potest ergo ostendere voluntatem confitendi, quin eo ipso aliquo modo confiteatur in actu exercito suum peccatum saltem in genere". De Lugo, De poen. disp. 17, n. 74.

Ad 7. Argumenta ex semel licto generatim nimis debilia sunt, quam ut certam aliquam obligationem licet levem, nedum gravem, pariant. Nec iis unquam opus est. Cf. Costa-Rossetti, Philos. mor. th. 100, not. ad conf.

P. IV. Confessio saltem in genere propria voce proferri debet, utique nisi ab hac gravi obligatione excusans causa adsit. Non autem per se requiritur ut sit secreta.

Dub. 1. Ad hoc, ut confessio sit vocalis, non obligamur certe ex speciali pracepto divino ab ipsa institutione distinto. Nam neque ex scriptura divina, neque ex traditione constat de huiusmodi pracepto. Nec ex sola institutione satis colligitur huiusmodi praeceptum. Sit quidem maxime consentaneum institutioni, ut ita fiat, sive quod hoc modo facilius et clarius manifestentur, sive quod confessio proprio ore facta magis sit satisfactoria, tamen ex vi institutionis solum postulatur, ut possit sufficiens notitia dari confessario. Denique non tenemur ad vocalem confessionem ex consuetudine. Nam ad consuetudinem obligantem introducendam plurima requiruntur, praesertim quod ea sit introducta a populo animo se obligandi et quod ab episcopis saltem sit approbata. Sed non apparet consuetudinem illam inductam esse quasi ex obligatione et non magis propter commununem modum, quem homines in aliis materiis servant, de quibus nunquam loquuntur cum praesentibus per scripturam vel nutus, si loqui possunt per voces, et volunt se bene explicare. Quare cum in dubio melior sit condicio libertatis possidentis, nec ex hac parte probatur gravis obligatio ad vocalem confessionem.

2. Non sufficit per se confessio solum in genere vocalis, ubi poenitens exhibet cartam legendam confessario ac dicit „De his omnibus me accuso". Nam hac ratione frustraretur finis consuetudinis introductae, sc. ut magis peccator erubescat et ad veniam obtinendam disponatur. (Viva.)

3. Concilium Florentinum (decr. pro Armenis) dicit materiam poenitentiae esse oris confessionem. Ergo nunquam licet adhibere alia signa.

4. Saltem scriptura non potest fieri confessio. Nam scriptura ex sui natura nata est esse publica. (Scotus.)

5. Qui invenit cartam, in qua poenitens sua peccata scripsit ad confessionem faciendam, secundum Coninck, Laymann, alios non tenetur ad sigillum confessionis. Cuius rei alia ratio esse non potest, quam per scripturam non posse fieri confessionem. Nec enim dici potest minorem obligationem habere eum qui (casu) audit confessionem quam ipsum confessarium. Nam eaedem rationes, quibus probant auctores (cf. Suarez, De poen. disp. 33, s. 4., n. 7) casu audientem teneri sigillo, probant eum habere totam obligationem religionis et iustitiae quam confessarius, cum „res transeat ad alios cum suo onere". Atqui confessarius tenetur non solum in omni casu ex religione et iustitia (cf. De Lugo, Disp. 23 n. 16) cum certa est obligatio, sed etiam cum dubium sive facti sive iuris habetur.

6. Concilium Tridentinum Sess. 14, en. 6 dicit modum secrete confitendi quem Ecclesia catholica semper observavit non esse inventum hominum; ergo est ex institutione divina.

7. Sextus IV. damnavit inter alias propositionem Petri Oxoniensis: „non necessario exigitur, quod confessio sit secreta“

8. Nunquam in Ecclesia fuit usus confessionis sacramentalis publicae. Ergo usus confessionis secretæ fundatur in perpetua Ecclesiae traditione, qua Christi Domini institutionem declarat. Antecedenti non obstare usum confessionis publicae in Antiqua Ecclesia patet tum ex Orig., Hom. 2 in ps. 37., ex Cone. Agathensi c. 15. etc., tum ex ratione, quia non est credibile fuisse liberum cuicunque fideli dicere crimina, quando vellet et quam vellet de illis publicam poenitentiam agere. Hoc enim posset cedere in magnum fidelium scandalum et alia multa parere incommoda. Ergo ad providentiam pastorum Ecclesiae pertinebat, ut hoc non fieret sine eorum iudicio et prudenti consilio.

9. Saltem concilium Lateranense IV. praecepit, ut omnis sua solus peccata confiteatur.

10. Est dishonestum, utpote contra caritatem propriam, infamiam quaerere.

Dieendum est: Graviter peccat ideoque invalide confitetur, qui extra casum physicae vel moralis impotentiae scripto aut nutibus, non autem voce confitetur. Esset enim haec mutatio gravis consuetudinis Ecclesiae, quae vim legis obtinuit. Nam „estō requiratur ad consuetudinem obligatoriam, ut animo se obligandi fuerit introducta, et quod consuetudo tanquam ex obligatione (non ex devotione v. g.) introducta, deinde a pontifice vel ab episcopo approbetur, certo certius asserendum, requisita isthaec omnia in casu nostro adfuisse, etsi aliunde probari non possint, nisi a posteriori, videlicet ex hac firma et communissima persuasione, quod ista consuetudo obliget. Aliter de qualibet consuetudine immemorabiliter introducta dubitare possemus, an fuerit cum debitiss requisitis introducta, et sic ab eius obligatione essemus liberi. Quod quam sit absonum, nemo est quin videat. Confirmatur, quia Concilium Trident. Sess. 13, c. 7 non aliunde nobis declarat obligationem praemittendi confessionem mortalium communioni, quam ex ecclesiastica consuetudine; et cap. 7 loquens de consuetudine servata semper ab Ecclesia, quod laici a sacerdotibus communionem accipient, sacerdotes vero celebrantes seipsos communicent, addit morem hunc tanquam ex traditione apostolica descendenter retineri debere: idemque passim docet de similibus consuetudinibus, quamvis aliunde non constet illas esse obligatorias, quam ex communi fidelium persuasione, quod ex apostolica traditione emanarint.“ Viva, Damn. thes., prop. 32. Alex. VII, n. 6.

Tamen, quando confessio vocalis moraliter saltem seu sine magna difficultate est impossibilis, non est necessaria. Nam sicut Deus suis praeceptis positivis non obligat nos, ubi adest huiusmodi impossibilitas, ita a fortiori non obligat ista consuetudo confitendi vocibus. Nec aliunde talis obligatio manat. Ceterum est Ecclesiae usus, ut moribundos vocis usu carentes ac mutos per nutus vel alia signa confitentes absolvat. Cf. Benedictus XI. in extrav. ‘Inter cunctas’, De privilegiis. („Nisi articulus necessitatis occurrat“.)

Sed distineta confessio vocalis nunquam opus est ad absolutionem obtinendam. Hoc probatur ex *F.* partis II. huius thesis. Nam, si sufficit dicere sacerdoti: ‘Accuso me de peccatis tibi nunc iam notis’ „quando

aliunde per visum vel narrationem extra sacramentum confessarius habet notitiam peccatorum, cur non sufficiet post lectam scripturam ab ipso sacerdote et habita iam notitia omnium peccatorum dicere illi: accuso me de omnibus iis peccatis, quae ex scriptura cognovisti?“ Nec iuvat opponere cum Viva (Damn. thes., Thesis confixa de confess. et absol. per litt. § 12). Verum quidem illud est cum hoc ferat communis sensus doctorum et Ecclesiae praxis; et ratio est, quia in his casibus per accidens praefuit in confessario notitia peccatorum, unde sufficit, quod eorum memoria excitetur. At in casu nostro data opera daretur confessario carta legenda ad effugiendam erubescientiam, quae haberetur in exprimendis distincte peccatis; quod est contra Ecclesiae consuetudinem. Nam malus finis operantis accidentarius non potest rem licitam reddere per se illicitam. Et cum res per se illicita non est, finis ille accidentarius operantis non potest malus dici. Saltem non potest dici oppositum certum, nec obligat quod non certo obligat.

Secretam confessionem esse debere certe non sequitur ex ipsa institutione. Id patet etiam ex multiplici usu confessionis non secretæ; ut quando aliquis confitetur sacramentaliter per interpretem vel quando poenitens non potest nisi alta voce confiteri vel quando confessarius non habet sufficientem scientiam, et poenitens ei facultatem concedit, ut rem conferat cum alio doctiore, etiam nominata persona ipsius poenitentis, si ipse voluerit et oportuerit, id quod aequivalet publicae confessioni. Sed nec aliunde potest necessitas secretæ confessionis concludi. Nec enim habetur praeceptum Christi de hoc, ut testatur ipsum Tridentinum Sess. 14 ep. 5 (cf. Pesch, Prael. dogm. t. VII, n. 221), nec praeceptum Ecclesiae, nec consuetudo obligans sub gravi; sed habetur communis consensus (contra Valentia, Fagundez, Granadum) saltem grave peccatum non committi ab eo, qui sine iusta causa (praecliso scandalo) publice confiteretur.

Ad 3. „Ibi largius accipitur illud nomen, sicut paulo superius dictum etiam fuerat, omnia sacramenta novae legis constare verbis tanquam forma; quod intelligi debet de verbis largius acceptis, cum matrimonium possit fieri absque vocibus aut verbis strictis. Sic etiam requiritur in sacramento poenitentiae ‚oris confessio‘ largius accepta prout explicatur statim ab eodem Eugenio; subiungit enim statim declarans, quid intelligat illo nomine: ‚Ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quoram memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter‘. Id ergo sufficit, ut homo sua peccata sacerdoti manifestet, intelligitur per ‚oris confessionem‘. Unde in Tridentino Sess. 14, c. 3 inter partes huius sacramenti non assignatur ‚oris confessio‘, sed ‚confessio‘ simpliciter, ut omnis confessio comprehenderetur.“ De Lugo, De poen. disp. 15, n. 77.

Ad 5. Si scriptura est vera actualis confessio (manens) v. g. muti, legens tenetur sigillo. Quodsi dubium est sitne talis an solum contineat materiam ad confessionem praeparatam, ut facilius fiat confessio, nolumus obligare eum, qui non est confessarius, ad tale sigillum. Nam rationes illae ex Suarez indicatae valent tantum cum de obligatione constat.

Ad 7. Nomine confessionis secretæ intellegenda est confessio de secretis peccatis in illa propositione. Cf. Vasquez q. 91. a. 4, dub. 1, n. 5.

Ad 9. „Hoc non dicitur, ut ille modus praescribatur; sed ut alias non exigatur“ Suarez, De poen. disp. 21, s. 2, n. 12.

P. V. Ad valorem absolutionis condicionatae probabiliter nulla confessio requiritur, si fieri non potest.

Dub. 1. Concil. Trid., Sess. 14, en. 9 definit: Si quis dixerit, non requiri confessionem poenitentis, ut sacerdos eum absolvere possit, anathema sit.

2. Confessio aliqua saltem generalis est de essentia sacramenti poenitentiae, cum actus poenitentis sint pars intrinseca signi efficacis gratiae. Hoc probatur:

a) Eugenius IV. in instructione Armenorum ipsam poenitentiam vocat sacramentum et eius partes materiales esse dicit actus poenitentis, formam autem verba sacerdotis: „Ego te absolvo etc.“ (Bellarminus).

b) A concilio Tridentino, Sess. 14, ep. 3 actus illi appellantur partes poenitentiae; at partes componunt totum; unde merito concilium ait eos actus partes appellari, quatenus requiruntur ad integratem sacramenti. Non igitur eo tantum sensu dicuntur partes, ut volunt Scotistae, quod sint requisitae ad integratam effectus sacramentalis; secus pari iure actus fidei, spei et caritatis, qui debent in adultis praetere baptismatis perceptioni dici quoque possent baptismatis partes (Tournely).

c) Inauditum est in theologia dispositiones suscipientis sacramentum dici pertinere ad integratem sacramenti.

d) Concilium Tridentinum eodem modo actus poenitentis appellat materiam vel partes sacramenti, quo verba absolutionis appellat formam. Sed verba illa veram habent formae sacramenti poenitentiae rationem.

e) Sess. 14. ep. 3. aut dicitur forma in oppositione ad materiam aut non, sed eo sensu ac Deum vel angelum vocamus formam. Si illud, patet essentiam sacramenti non consistere in sola forma; si hoc, inintelligibilis est usus vocabuli materiae.

f) Concilium Tridentinum Sess. 14. ep. 2 dicit essentiam sacramenti (etiam poenitentiae) perfici materia et forma; et hac ratione differre poenitentiam „longissime“ a baptismo. Ergo debent adesse partes constitutivae.

g) Actus poenitentis aut sunt materia „circa quam“, aut sunt materia „ex qua“ est sacramentum. Atqui evidens est eos non esse materiam circa quam. Nam si essent materia circa quam, totum sacramentum esset absolutio, ideoque essent actus materia, circa quam versatur absolutio. Atqui evidens est absolutionem non versari circa actus poenitentis, sed circa peccata; ab his enim absolvit, non a contritione aut a confessione. Restat ergo, ut actus sint materia ex qua est sacramentum. Materia autem ex qua, si pars est, est pars essentialis constitutiva eius, cuius est pars.

h) Secundum concilium Tridentinum vis sacramenti praecipue sita est in forma ipsius, quae est „Ego te absolvo etc.“ Ergo non unice. Ergo etiam actus poenitentis sunt efficaces gratiae, sunt pars signi efficacis gratiae, eaque constitutiva. Et sane vel ideo dicitur vis sacramenti praecipue sita esse in forma ipsius, quia actus aliqui poenitentis tamquam materia causaliter concurrunt ad effectum sacramenti, vel quia idem actus sunt condicio externa quidem causae effectus sacramentalis, sed sine qua tamen vis sacramentalis exerci nequit. Atqui hoc alterum admitti nequit. Nam si haec est ratio, cur vis sacramenti dicatur sita praecipue in forma, quae tamen est totum sacramentum, pari iure dici poterit, quod vis baptismi sita est praecipue in toto ritu constante ex verbis: „Ego te baptizo etc.“, et ablutione, et ita porro in aliis sacramentis, quia et in iis, si debita dispositio subiecti desit, sacramentum nihil facit. Nemo autem feret hunc loquendi morem quoad cetera sacramenta. Et quidem merito. Dispositiones enim subiecti non sunt ex parte causae agentis; et hoc est commune omni causae activae in subiecto, ut subiectum dispositum supponat, quamvis vis agendi tota sit a causa. Cum ergo nequeat dici quoad alia sacramenta, quod vis eorum sita est praecipue in ipsis, sive in eorum materia et forma, quibus essentialiter constant, eo quod dispositiones subiecti requiruntur, ita si absolutio est tota essentia sacramenti nequit dici quod vis eius sit praecipue in forma, eo quod dispositiones exiguntur ex parte subiecti, sed dicendum est simpliciter quod totaliter vis sacramenti est in absolutione, sicut totaliter vis sacramentalis regenerandi est in materia et forma baptismi.

i) Contritio, confessio et satisfactio sunt partes sacramenti. Satisfactio ex opere operato producit remissionem poenae temporalis. Ideo etiam reliquae ex opere operato (ita intelligitur, cur vocentur partes sacramenti) producunt remissionem — culpae et poenae aeternae. (De San.)

k) Posita absolutione si desit omissio confessio et dolor de peccatis non datur sacramentum; ergo non est sola absolutio totum esse internum huius sacramenti. Dices non quamcumque absolutionem sufficere, sed absolutionem peccati per confessionem dolorosam explicati. Sed contra, quia iam in hoc ipso includit confessionem et dolorem tanquam partes sacramenti internas; nam includit absolutionem non quamcumque, sed a peccato per confessionem dolorosam explicato. Absolutio autem illa, prout sic, constituitur formaliter ab ipsa confessione et dolore praecedente; nam ab illis habet formaliter, quod denominatur absolutio peccati cum dolore accusati. Ergo si absolutio, prout sic denominata, intrat ad constituendum sacramentum, necesse est, quod intrent illa, a quibus formaliter denominatur talis absolutio. (De Lugo.)

l) Dum Christus instituit potestatem in ministris non simpliciter absolvendi peccata, sed absolvendi et retinendi per modum iudicii, eo ipso instituit tanquam partem huius sacramentalis iudicii submissionem poenitentem culparum, quantum a peccatore moraliter fieri potest, et satisfactionem sub potestate iudicium absolvientium ac retinentium, adeo, ut sine hac poenitente submissione non solum absolutio effectum non consequatur, sed neque sit ad modum iudicii a Christo instituti, atque ideo neque sacramentum. Iam vero ex duplice hoc constitutivo iudicii sacramentalis poenitens submissio culparum sub potestate iudicis supponitur ut res determinanda et perficienda, verba absolutionis determinant et perficiunt signum efficax sacramentale. Illa ergo se habet ad modum materiae, haec sunt forma sacramenti. Porro ubi sunt plures partes materiae, non necessario omnes sunt essentiales ad esse rei simpliciter, sed possunt aliquae esse solum integrantes. Ita in praesenti pars materialis integrans sacramenti est satisfactio, quae tamen utpote pars sacramentalis in sua morali unione cum forma, cum actu sc. iudiciali retentionis et absolutionis vim etiam habet sacramentalem satisfaciendi ex opere operato (Franzelin).

Verum 1º docuimus thes. 9., p. II. per se, i. e. habita tantum ratione eorum, quae ex essentia sententiae iudicialis postulantur, non requiri ullam notitiam causae et dispositionis acceptam a poenitente ad ferendam sententiam absolutionis hypothetice: et hoc modo valide exerceri potestatem clavium non posse, si cognitio ad absolutam absolutionem requisita haberi potest. Iam opus est demonstrare nihil obstare aliunde, quominus valeat absolutio talis (utique si condicio dispositionis verificatur) in casu necessitatis. Porro non alia ratio invenitur, quae obstare possit, nisi talis clavium institutione, ut actus poenitentis sint internum constitutivum sensibilis signi, per quod gratia sanctificans eauatur; seu, cum absolutio ipsa concipiatur tanquam elementum signi determinans, actus poenitentis sint materia ex qua (est sacramentum), seu pars interna signi determinanda. Atqui claves non esse ita institutas his probamus argumentis.

A) Vis remittendi peccata annexa est soli absolutioni. Hoc patet ex verbis institutionis ap. Io. 20, 23: Ἐν τῷ οὐρανῷ ἀφίγε τὰς ἁμαρτίας ἀφέωνται αὐτοῖς, ἐν τῷ οὐρανῷ χρωτῆτε, κενούτηνται. (Cf. Conc. Trident. Sess. 6, ep. 14). Ergo non potest causa vel signum gratiae compositum esse ex actibus poenitentis, cum adaequata causa gratiae sit absolutio.

B) Confessio et contritio et satisfactio a Concilio Tridentino, Sess. 14, ep. 3 non dicuntur partes poenitentiae simpliciter, sed „hac ratione, quatenus in poenitente ad integratatem sacramenti, ad plenamque et perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requi-

runtur. Sed, si essent materia sensu stricto, non ceterus tantum requirerentur (et vocabulum quatenus hic retinere suam significationem restrictivam patet ex addito ‘haec ratione’, quod secus „plane inutiliter locum occuparet“ [Ballerini-Palmieri, Opus mor. t. V, n. 7]), sed quatenus constituant integrum practicum (efficax) signum, partes essent. Nec enim restrictio, quae in illo „quatenus“ posita est ad solam satisfactionem pertinet sed ad omnes actus. — Idem Tridentinum expresse docet actus poenitentis requiri ut dispositionem et condicionem; secundum Thomistas autem maxime requiruntur ut internum constitutivum. Cf. Ant. Hiquaens, In Scoti l. 4 d. 14 q. 4 (n. 6).

C) Si vera esset sententia Thomistarum eodem iure posset poenitens dicere: ‘ego mihi remisi peccata’, sicut sacerdos dicit: ‘ego te absolvō’: esset enim ipse quoque minister. Nec enim negari potest cuim Suarez et aliis, ex eo, quod actus sint essentialis pars sacramenti sequi eos participare rationem causae ad producendam gratiam: „Nam ceterus fieri potest, quod aliquid sit pars essentialis alicuius compositi et tamen nullam exerat activitatem quoad alias operationes, quatenus sint aliquae aliae operationes, effectus vel proprietates propriae compositi, quae ab ipso pendent. Ita quamvis corpus non sit principium intelligendi et volendi est tamen principium aliarum operationum aliorumque effectuum vel proprietatum, quae essentiales sunt homini. Quod si ita non esset, negaremus corpus esse partem essentialiem hominis.“ Palmieri, De poen. th. 14, IV

D) Si actus poenitentis essent constitutivum signi efficacis, significarent aut ipsam gratiam aut effectum quandam praevium, sc. ius, quo detentus liberari debeat. Atqui significant ad summum recessum a peccato, sed non futurum, verum praeteritum vel praesentem.

E) cf. 20.

20. Ex usu Ecclesiae certum est posse sacramentalem absolutiō nem administrari etiam illi, qui nullum signum exterius vel per se vel per alium edit confessionis aut doloris. Ubi opinionem actus esse signi efficacis partem constitutivam non posse adaptari patet. „Ubi enim materia essentialis deest, qui potest esse sacramentum? An vita christiana (si talis fuit) praecedens est quaedam postulatio sacramenti et subiectio clavibus pro articulo mortis? Verum, ut cum Lugo, Disp. 17, n. 39 loquamur: »ridiculum enim esset, quod hodie quis vellet se accusare de peccato eras committendo, ut eras ab eo absolvatur in virtute huius accusationis.« Voluntas ergo habitualis, quam tota vita gerere christianus dicitur, ut ei in morte per sacramenta Ecclesiae provideatur, non admodum conferre videtur. Profecto, si a parte rei verum est, talem esse naturam huius sacramenti, ut infirmo, qui nullum signum poenitentiae aut petitiae absolutionis dedit, possit dari absolutio sub condicione exsistentis tantum interioris dispositionis, negandum est, actus poenitentis esse materiam ex qua essentialiem sacramenti. At affirmare actus poenitentis esse materiam ex qua essentialiem sacramenti et simul affirmare posse in iis adiunctis (atque exinde debere) absolvi moribundum, duae sunt affirmationes, quae speculative et scientifice non cohaerent, immo repugnant.“ (Ballerini) - Palmieri, Opus mor. t. V, n. 419<sup>a)</sup>.

Hunc usum nullo decreto Ecclesiae directe confirmatum et approbatum esse verum est; at indirecte satis est approbatus, ita ut nunc officio suo plane deesse dicendus sit sacerdos, qui moribundum sensibus destitutum in illis adiunctis non absolveret. Ex quo enim s. Alphonsus illam praxim docuit atque eius sententias quemlibet confessarum sequi posse Ecclesia sollemniter declaravit, nefas esset nolle moribundo illud auxilium ferre, quod ferri liceat et possit.

Ad 1. Sensus definitionis potest tantum esse requiri confessionem per se, et si fieri possit; secus dicendum fuisse: „aliquando non requiri“.

Ad 2. a) 1. Etiam a ritu impositionis manuum (qui certe necessarius non est) usus clavum nomen accepit. 2. Philosophi scholastici vocant materiam omnes dispositiones, quae praecedunt formam, quia omnes referuntur ad genus causae materialis.

b) Actus poenitentis sunt partes illius ritus, quo, ut ait Tridentinum „ex Dei institutione“ administrandum est ordinarie hoc sacramentum. — In aliis sacramentis dispositio ad fructum consequendum requiritur, hic ad valorem.

c) Sit haec singularitas inaudita, si sensus non explicatur; sed hic explicatur. Integritas sacramenti comprehendit plenam et perfectam peccatorum remissionem.

d) et e) et f) Materia et forma dicuntur esse de essentia (cuiuslibet) sacramenti vel essentia eius illis perfici (sed non constitui) sensu non univoco, sed analogo. Materia etiam latiore sensu vere, si non proprie dici potest. Ita in decreto pro Armenis panis triticeus et vinum de vite dicuntur materia Eucharistiae; hae tamen non sunt constitutivae partes Eucharistiae. Materia scilicet vocatur quidquid tam necessario requiritur, ut secus sit prorsus invalida actio ministri, si illud non praeiaceat. Igitur potest etiam dici in oppositione ad formam, dummodo forma intellegatur elementum determinans sensu latiore. — Praeterea actus illi dicuntur „quasi materia“, non ut in aliis sacramentis simpliciter materia aliquid designatur. „Respondet Soto dici quasi materiam, non quod non sit talis absolute, sed quia non est extrinsecus apposita, sicut aqua v. g. in baptismo, oleum in chrismate. Alter Vasquez ait, quia nempe non esse substantias sicut in aliis sacramentis contingit, ideo dici quasi materiam actus poenitentis. Contra: haec est libera interpretatio, quia in aliis sacramentis v. g. baptismo ablutio, non aqua, est proxima materia, in chrismate unctione, in matrimonio consensus mutuus coniugum“ Ant. Hiquaeus, In Scotti l. 4, d. 14, p. 4, n. 11.

g) Si materia circa quam intellegitur omne, quod non est internum constitutivum, et tamen aliquo modo elementum determinabile, disiunctio concedi potest; secus assignatur tertium membrum: materia in qua.

h) 1. Tō, praecipue in rigore non excludit tō „unice“. 2. Etiam in sententia Scotistarum non unice in forma sita est vis sacramenti, quatenus aliter atque in baptismo sine contritione, confessione, satisfactione sacramentum poenitentiae aut non est validum aut non est integrum. 3. Illud „praecipue“ potest sumi et fortasse sumendum est in oppositione ad vim preicationum formae absolutionis indicativae adiunctarum, quae certe non carent omni vi Deum movendi, non ex opere operato sed operantis.

i) „Integer effectus sacramenti in duos partiales distingui potest, quorum alter est remissio culpae ac poenae aeternae, alter remissio reliquae poenae temporalis. Cum hic sit integer et totalis effectus sacramenti, requiritur pro utroque partiali effectu, qui seorsim obtinetur, aliquod opus operatum; cum autem remissio reliquae poenae obtineatur per satisfactionem impositam potestate clavum, quae tamen sine ipsa actuali satisfactione nequit formaliter concurrere ad remissionem poenae, opus est, ut dignitas operis operati in ipsa satisfactione reperiatur. Id vero non valet pro aliis actibus: nam etsi ii solum ut dispositiones concurrent ad gratiam remissionis obtainendam, in absolutione sacerdotis reperitur efficientia ex opere operato. eademque absolutio formaliter efficit remissionem culpae, quam

significat“ Palmieri, De poen. th. 40, VI. Ceterum alii, ut Oswald, negant satisfactionem esse efficacem ex opere operato.

k) „Eo quod ex actibus poenitentis denominatur partialiter sententia iudicialis efficax, non sequitur quod actus poenitentis sint pars signi efficacis, pars inquam intrinseca determinabilis eius signi, sed solum, quod sint condicio, ut ea virtus exseri possit, sicut contestatio causae et cetera praecedentia condicio sunt necessaria, ut verba iudicis valorem habeant iudicialem“. Palmieri, De poen. th. 14.. IV.

l) Retorquemus argumentum: Ad essentiam iudicij spectat solum sententia efficax iudicis, quae est absolutio. Ergo reliqua sunt tantum condiciones. Nam quod dicunt adversarii „iudicium intrinsecus consistit non in sola sententia iudicis, sed etiam in actibus accusatoris et testium“ (Pesch, Prael. dogm. t. VII., n. 79; cf. Mastrius, disp. 5, q. 11, a. 1, n. 309), confundunt processum iudicialem et iudicium; causa ad aquata damnationis est sane sola sententia iudicis. Cf. De San, De paen. n. 318. Haec ratio pro nostra sententia certe efficax esset, nisi superesset effugium, in iudicio sacramentali propter rationem sacramenti essentiam non consistere in sola absolutione. — Quod autem Sasse dicit: „Sacramentum poenitentiae divinitus institutum est instar processus judicialis quo homo peccator cum Deo reconciliatur“ (De poen. th. 16 prob. II.) debuit probare.

Schol. 1. De confessionis convenientia. Totum hoc institutum divina sapientia dignum esse negari non potest, et si quid aliud, hoc certe in christiana religione praeclarum et laudabile est, quod et Sinenses et Japoneuses sunt admirati: nam et a peccatis multos deterret confitendi necessitas, eos maxime, qui nondum obdurati sunt, et lapsis magnam consolationem praestat: et adeo puto pium, gravem et prudentem confessarium magnum IDei organum esse ad animarum salutem: prodest enim consilium eius ad omnia animae mala aut tollenda aut mitiganda; et cum fideli amico vix quicquam in rebus humanis praestantius reperiatur, quanti est eum ipsa sacramenti divini inviolabili religione ad fidem servandam openque ferendam adstringi?“ Leibnitz, Syst. theol., De conf.

Confessio 1<sup>o</sup> consentanea est iustitiae divinae. Omne enim peccatum includit quandam inoboedientiam et superbiam; superbiae medetur confessionis humilitas, inoboedientiam reparat prompta subiectio sub sacerdotis indicio. Quam ob rem nulla satisfactio confessione est melior, nil adeo placat offensum, quam humiliis culpae agnitus et confessio. Hurter, Theol. dogm. comp. t. III n. 187, Plura v. ap. Nicolas, Etudes philos. t. III chap. 16. n.

2<sup>o</sup> Consentanea est confessio ipsi peccatori christiano a) quia homo natura inclinatur ad quaerendum aliquem, cui eorū suum aperiat: cf. Nicolas l. c. n. 1 Špáček in Aletheia I 322; Oswald, D. dogm. Lehre v. d. h. Sacram. II § 11, 1 A. Rehák in Č. pro k. d. 1846 (XIX) 448—460. — b) quia accuratius occupare nos cogitatione nostrorum peccatorum cogimur. Cf. Möhler, Neue Untersuchungen ü. Lehrgegens. zw. d. Kath. u Prot. § 61; Špáček, Aletheia I, 325. — c) quia medicum et magistrum adimus, a quo instruimur et monemur. Cf. Oswald § 11, 2; Nicolas n. 2: Alb. Weiss, Apol. d. Christ. III, Vortr. 16, n. 11. — d) quia confessio est optimum exercitium virtutis humilitatis. Cf. Oswald § 11, 2. — e) quia liberat nos a pusillanimitate (Cf. Nicolas n. 4.) et quietem nobis conciliat (Weiss, Apol. III, 15, 10; Oswald § 11, n. 2; Wilmer Lehrb. d. Rel. IV § 67, e; N. Gühr, Die h. Sacramente

II 175—183). — f) quia „ille ipse rubor, quem inter confitendum patimur est frenum cohibens, ne deinceps talia admittantur. Bellarmi nus, De poen. l. 3, c. 12 Cf. Špaček, Aleth. I, 326.

3<sup>o</sup> Consentanea est confessio ipsi societati humanae. Cf. Catech. Rom. p. 2, de sacr. poen. n. 45; Oswald § 11, 3. Lites et discidia componuntur, reconciliantur inimici, procuratur bonorum ablatorum restitutio, impediuntur et reparantur scandala etc. Cf. Oswald n. 1. 3: Pascal, Pensées, Suppl. p. 1, a. 5; Nicola s n. 3: Špaček I 363 ss.; Zamjatin, Pokajanie i ego značenie 1904 p. 191.

4<sup>o</sup> „Ad pastores animarum magna utilitas redit, dum per confessionem morbos ovium suarum intellegunt et eo modo tum singulis seorsim convenientia remedia adhibere possunt, tum in publicis contionibus generatim ea vitia potissimum reprehendere, quibus gregem suum magis obnoxium esse sciunt.“ Bellarm., De poen. l. 3, 12. Cf. Oswald n. 4.

Schol. 2. Cum remitti nobis volumus iterum, quae iam directe remissa sunt, nec habemus, quae directe remittenda primo essent, tamen requiritur confessio eius, a quo iteratam cupimus absolutionem. Patet ex indiciali clavium natura. „Neque sufficit se accusare de culpa omnino generaliter: ‘Peccavi, peto absolutionem’ Quando enim adest moralis possibilitas plus dicendi, Christus censendus est noluisse, ut absolutio daretur, nisi aliquod peccatum sit determinate cognitum. Talis enim accusatio per se ex natura actionis indicialis postulatur.“ Chr. Pesch, Prael. dogm. t. VII n. 203. Cf. Navarrus, De poen. dist. 1. cap. Quem poenitet n. 10. V huius thesis p. II. A, B), quod argumentum sustinendum mihi videtur esse ob argumentationem Tridentini (quamquam cf. Schiffini, De gratia div. 1901, p. 565), unde (contra eundem Pesch n. 204) effici videtur non sufficere minorem speciei determinationem, quam in peccato nondum remisso. Sed nihil obstat, quominus talis peccati species omittatur, si absolutio cadit simul in aliud peccatum, quod secundum speciem (et numerum, si est grave needum directe remissum) manifestatur, etiamsi hoc sit veniale. Idem, quod de peccatis directe iam remissis, dicendum est ex eadem ratione de peccatis venialibus. Et haec est praecipua ratio, cur absolutio ministrantium in missa et accessorum ad communionem non possit putari esse sacramentum.

Ad. Špaldák

## EXTERNA AD NOS PERTINENTIA.

**Echos d' Orient**, t. X., 1907. Paris, Rue Bayard, 5, paginæ 384 in 8<sup>o</sup>.

M. Jugie, Le mot transsubstantiation chez les Grecs avant 1629 (p. 5—12), après 1629 (p. 65—77). Verbum μετουσιωσην, ex quo formatum est postea substantivum μετουσιωσις, apparet prima vice ut litteralis traductio verbi transsubstantiare in Graeca versione professionis fidei Michaelis VIII<sup>i</sup> Palaeologi, cuius latinus textus lectus est in concilio Lugdunensi II<sup>o</sup>, die 6 Iulii 1274 (Mansi, t. XXIV, col. 67—72). Confessio autem patriarchae Cyrilli Lucaris, quae anno 1629 in lucem venit, occasionem praebuit definite accipiendi in theologia graeca vocem μετουσιωσις, ad clarioram declarationem rectae doctrinae contra minitantem Calvinistarum haeresim. Legitur namque illa vox

in catechismo Petri Mohilae, in confessione Dosithei neenon in confessione Chrysanthi patriarchae. Utinam saepe etiam nunc Orientales theologi talia arma a catholiceis mutuarent aduersus lutheranas vel calvinisticas doctrinas!

*J. Bois*, Les débuts du catholicisme à Moscou. P. 12—21; 84—90. Scribit auctor de initiis primarum catholicarum communitatum, quae toleratae fuerunt in Russia. Primi catholici sacerdotes, qui Mosquae suam sedem fixerunt, sunt duo Iesuitae ex Bohemica provincia: PP. Ioannes Schmidt et Albertus de Boye, anno 1684. Narratur historia missionis Mosquensis usque ad annum 1720, quo Fratres Minores Capucini illius directionem suscepserunt.

*C. Charon*, Le concile melkite de Jérusalem en 1849. P. 21—31. Agitur de synodo, quam congregavit patriarcha Maximos III. Mazlum eo fine ut post compositas res externas Ecclesiae gentisque suae, ecclesiastica disciplina meliore modo ordinaretur ac reformaretur. Collectio actorum huius synodi utilitatem haud parvam habet pro statu rerum actuali in Ecclesiis catholicis orientalis ritus.

*R. Janin*, Les groupements chrétiens en Orient. P. 43—49; 107—112; 136—139. Valde utilis erit conspectus ille generalis de diversis Ecclesiis ritibusque in Oriente constitutis vel ad Orientalem Ecclesiam pertinentibus. Ut titulos aliquot memoremus, ibi invenietur accurata notitia cum numeris »statisticis«, Slavorum orthodoxorum Slavorumque catholicorum; item pro Rumenis; item etiam pro ritu armeno ac ritu syriaco, neenon pro Chaldaeis, Maronitis et Coptis.

*V. Istinoe*, Dans l' Eglise orthodoxe de Bulgarie. P. 50—55. Plura refert cognitu utilia de tertio Congressu Bulgarorum sacerdotum, de relationibus inter superiorem inferioremque clerum, de secundo matrimonio sacerdotum, de quartis laicorum nuptiis, quae mense augusto anni 1906 a Synodo Sofiana ut legitimae acceptae fuerunt.

*J. Bois*, L' Eglise russe et la réforme projetée. P. 112—122. Analysis laborum congregationis praeparatoriae ad futurum concilium.

*M. Jugie*, Le Canon de l' Ancien Testament dans l' Eglise grecque et l' Eglise russe. P. 129—135; 193—199; 263—274; 344—357. Vide Slavorum litterae theologicae, t. V. (1909), p. 115—116.

*J. Bois*, L' église Sainte-Catherine à Saint-Pétersbourg. P. 145—151; 230—235. Describit initia catholicismi in civitate Petropolitana. Ecclesia Sanctae Catharinae prima fuit Petropoli ecclesia latina. Catholici extiterunt Petropoli ex eo ipso tempore, quo civitas fundata fuit, 1703. Prosequitur auctor brevem historiam huius catholicae communitatis usque ad nostram aetatem.

*G. Bartas*, Le patriarchat du Phanar. P. 175—182.

*J. Pargoire*, Oeuvres de saint Joseph de Thessalonique. P. 207—210. Dissertatio litteraria et critica de operibus praeclaris istius hymnographi atque oratoris.

*S. Vailhé*, Les patriarches grecs de Constantinople. P. 210—221. Notae historicae ac »statisticae« circa catalogum et seriem Constantinopolitanorum patriarcharum, cum animadversionibus, quas hae notae suggerunt. Illae animadversiones optime possunt inservire fini apologetico catholicorum theologorum.

*C. Charon*, La hiérarchie melkite du patriarchat d' Antioche. P. 223—230.

*E. Goudal*, L' Eglise de Serbie. P. 235—244. Summarius conspectus historicus de serbica Ecclesia, cum descriptione status actualis.

*G. Bartas*, En Bulgarie. P. 244—250. Notae statisticae circa instructionem primariam, ut aiunt, in Bulgaria et in Graecia.

*L. Petit*, Le R. P. Jules Pargoire. P. 257—259. Necrologia notitia huius diligentis scrutatoris byzantinarum rerum, praesertim ecclesiasticarum, cum nomenclatura praecipuorum illius scriptorum.

*S. Vailhé*, Origines de l' Eglise de Constantinople. P. 287—295. Tres opiniones, tribus traditionibus innixae, existunt circa origines byzantini episcopatus. Prima quidem opinio fundationem illius

Ecclesiae tribuit sancto Andreae apostolo, qui suum discipulum, nomine Stachys, ut successorem designaverit. Secunda opinio primum Byzantii episcopum Metrophanem ponit, quarto ineunte saeculo. Tertia denique, quae medium viam tenet, putat Byzantii episcopum fuisse iam ab initio tertii saeculi. Prima opinio omni critico fundamento caret; secunda hodie fere communis est inter viros criticae historiae addictos; tertiam tamen potius amplectitur dissertationis auctor. Utcumque sit, sic ait in conclusione, certum est Byzantinam sedem episcopalem, quidquid ipsa sibi hodie vindicet, nullo modo esse sedem apostolicam.

*E. Goudal*, L'élection du patriarche grec orthodoxe d'Antioche. P. 293—305.

*J. Bois*, Chronique de Russie. P. 306—313. De futuro concilio; de orthodoxiae desertoribus, praesertim in occidentalibus Russiae provinciis; de mariavitismo in Polonia; de »politiciis directionibus« S. Synodi; aliquae statisticae.

*E. Goudal*, La révolution dans les séminaires russes. P. 321—329. Facta quaedam notat circa tumultuosas agitationes, quae his recentibus annis in russicis Seminariis spiritualibus pluries acciderunt.

*D. Placide de Meester*, O. S. B., L'office décrit dans la règle bénédictine et l'office grec. P. 336—344. Instituit comparationem, quae viris liturgicae scientiae addictis utilis erit, inter ordinem divini officii iuxta benedictinam regulam atque horas canoniales graecas.

*H. Boustani*, Règlement général des patriarchats melkites. P. 357—362.

*Th. Khoury*, Le Séminaire Sainte-Anne à Jérusalem. P. 368—371. Seminarium ecclesiasticum pro Melchitis anno 1907 celebravit vicesimum quintum suae erectionis anniversarium.

*G. Bartas*, Chronique. P. 371—380. Notatu digna sunt ea, quae dicuntur de Societate imperiali orthodoxa Palaestinae in Russia, necnon de primo Congressu Velehradensi. Post enumerata vota Congressus ita concludit auctor: »Haec omnia optima sunt, et valde cupimus haec vota executioni mandatumiri, ad maius catholicae unitatis bonum atque ad maiorem slavicarum gentium felicitatem.«

*S. Salaville*.

### Revue internationale de Théologie. 1908. No. 61.

Prof. Dr. *E. Michaud*, La papauté romaine d'après le pape Gélase (492—496). P. 38—58.

*M.* epistulas Gelasii I. sub nomine: »Decreta Gelasii papae I.« notissimas aliaque eiusdem pontificis documenta examini subicit quo ostendat, Gelasium non sibi iurisdictionem super omnem ecclesiam tribuere nec ex eius verbis legitime id deduci posse. Sed *M.* rem non evincere, facile tibi persuadebis, si legeris v. g. locum ex Epistola Gelasii papae ad episcopos Dardaniae, qua ostenditur, Acacium a sede apostolica competenter fuisse damnatum (t. II, p. 447—452): patres nostri . pontifices ., quicquid pro fide . sanxerunt, inconvulsum voluerint deinceps firmumque constare.« Paulo post legitur: »Nec plane tacemus, quod cuncta per mundum novit ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata pontificum, sedes beati Petri apostoli ius habeat iudicandi, neque cuiquam de eius licet iudicare iudicio. Si quidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permisso.« Dicimus enim contra id, quod *M.* affirmat: 1. Nihil inde roboris perit, quod Damasus idem omnino dixerit; nam non de re historica sed de re dogmatica agitur. 2. Non agitur de quibusdam solum casibus, in quibus appellatio facta est, sed de iure et lege. 3. Ex verbis: »Si quidem ad illam . canones .«, non sequitur fontem ultimum huius iuris papae his esse a Gelasio »canones« designatum, sed idem Gelasius solum affirmit, canones agnoscere et confirmare ius sedi Romanae utpote »sedi b. Petri« aliunde iam debitum.

4. »Quorumlibet sententiis ligata pontificum« obvio sensu intel-

leges: causas, quas sententiae quorumlibet pontificum praeter Romanum ligaverunt; hic sensus ex oppositione ad verba »sedes beati Petri apostoli« elucet; sensum, quem *M.* verbis subicit, sine artificiose interpretatione non invenies, ipsaque adhibita non tenebis.

Simile specimen ex »Epistola Gelasii papae ad Euphemianum (T. II. [coll. Sixtii] p. 457—460) colligitur. Legitur ibi: »Nunc autem cum societatem praeferre malitis extraneam, quam ad beati Petri purum redire illibatumque consortium, quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?« Manifesto Gelasius se successorem s. Petri nominat et hinc satis aperte infallibilitatem sedis suae deducit. Sequitur in illa epistula locus: »Lege sententiam. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei: illud scilicet verbum, quod confessioni beati apostoli Petri portas inferni nunquam praevalituras esse promisit.« Notum illud effugium: confessionem s. Petri de divinitate Christi Tu es Christus, Filius Dei vivi intellegi, saepe iam refutatum est. (Cf. v. g. Palmieri, De Rom. Pontifice, Pars I., ep. I., th. II.) — Tertio ponemus locum ex »Decretali de recipiendis et non recipiendis libris (scripturis apocryphis) P. Gelasii I.« »Est ergo prima Petri apostoli sedes, Romana ecclesia, non habens maculam neque rugam, nec aliquid huiusmodi.« Gelasius argumentum ex illis verbis deducit: »Tu es Petrus« et »Tibi dabo claves«, ex quibus legitime et primatum et infallibilitatem concludit, quod *M.* non refutavit. — Quando Gelasius sedem Rom. saepissime »apostolicam« appellat, non solum originem apostolicam extollit, quod etiam aliis sedibus v. g. Alexandrinae competit, sed permanentem quandam apostolicam praeeminentiam, quam ceterae sedes ab apostolis fundatae non habent, sibi tribuit. Quae a *M.* sine ulla ratione ad priumatum honoris restringitur, quae honoris praerogativa cum appellatione »apostolica sedes« per se non componitur, sed haec appellatio quandam excellentiam iurisdictionis i. e. universalitatem et infallibilitatem comprehendit.

*A. Kiréeff, Le futur concile de l' Eglise de Russie.*  
P. 94—104.

*K.* rationes proponit, ob quas futurum concilium in Russia convocandum est, quaeque ipsi negotia tractanda sint. Quae *K.* primo loco de opinionibus et doctrinis falsis, quae in populo grassantur, ne articuli fidei seu dogmata evadant, abolendis disserit, in vera ecclesia Christi, utpote sponsa eius et corpore, locum non habent. Quod attinet ad veritates in necessarias seu fidei et accidentales, nationales, Russicas (ritus etc.) a concilio dividendas, ut unio cum aliis confessionibus Christianis facilis obtineatur, haud scio num ex re futura sit. Dein de restitutione patriarchatus agetur, sed ipsum in omnibus concilio subesse oportere *K.* existimat. Nonnullae dignitates timent, ne sit periculosum, quaestiones religiosas assumere; sed non potest esse, quin id fiat, certe de raskolniciis qui vocantur uniendis. Potissimum *K.* agit de duabus confessionibus uniendis cum orthodoxia, de Anglicana ecclesia et de Vetero-catholicis. Cum Anglicanis *K.* non videt, cur unio perfici non possit, modo ecclesia episcopal is a sororibus suis se separat. Cum veterocatholicis coalescendi contendit spem adesse, sed adagium »Festina lente« ab ecclesia Russica hucusque recte observatum esse. Maximam vero difficultatem *K.* in unione cum ecclesia Romano-catholica videt, quia haec vult dominari, superior esse, et haec est maior difficultas quam omnia discrimina dogmatica. Hoc non est verum. Ecclesia Romana dominii cupida non est, sed non potest omittere, quod Christus Dominus ei mandavit. Hunc nempe sermonem de elatione Romani episcopi patriarchae Constantinopolitani protulerunt, quia Romae subici nolebant, quod recte Solov'ev in suo clarissimo opere »De Russia et ecclesia universalis« inscripto, ipsis Russis demonstravit. Haec quaestio non est humana sed maxime divina, utrum Christus Dominus ecclesiam suam cum capite et centro visibili, praedito plenitudine potestatis, instituerit, necne. Cur futurum, concilium hanc omnino seriam quaestionem solutam supponit? *O. Židek.*

# INDEX

## nominum et rerum

### I. Iustri Slav. lit. theol.\*)

- Aberci epitaphium IV 243—4  
 Abnegatio sui: vide: Temperantia  
 Abrahae sinus III 196  
 \* Abraham W I 56; III 38; IV 330;  
     V 139  
 \* Abramovič D II 53; III 317  
 Absolutio absentis V 98—102  
 Absolutio acatholici V 123  
 Absolutio condicionata V 110—113  
 Absolutio iterata II 68  
 Absolutio per telephonum V 90.  
     98—102  
 Absolutio simultanea complurium V  
     113—115  
 Absolutionis forma deprecatoria II  
     232; IV 199; V 105—110  
 Absolutionis formulae IV 199—200  
 Absolutionis sacram. significatio II  
     68. 231 IV 132—133  
 Absolutionis valor in ecclesia ortho-  
     doxa III 286. 295. V 43  
 Acathistorum historia I 257  
 Acathistus V 4  
 Acathistus Deiparae II 120  
 Achridensis ecclesia III 92  
 Achridensis patriarchatus I 39  
 Acoemeti IV 200  
 Acominatos IV 200  
 Acropolita Const. IV 200  
 Actus Ap. I 15. 141; V 70  
 Act 1, 15 ss.: V 19  
 Act 2, 4: V 19  
 Act 2, 15: V 21  
 Act 3, 1 ss.: V 19  
 Act 4, 8—30: V 19  
 Act 5, 1 ss.: V 19  
 Act 5, 29—32: V 19  
 Act 5, 38—40: III 25  
 Act 8, 18—24: V 19  
 Act 9, 21: III 25  
 Act 9, 32 ss.: V 19  
 Act 10, 1 ss.: V 19
- Act 11, 2 ss.: V 19  
 Act 12, 3—19: V 19  
 Act 13, 6. 8: III 228  
 Act 15, 7—9: V 19. 21—22  
 Act 15, 29: V 31  
 Act 17, 5—6: V 13  
 Act 17, 27. 29: II 258  
 Act 18: IV 340  
 Act 22, 31: III 26  
 Act 23, 2—5: III 24  
 Actuum intensio III 336; IV 61. 62  
 Adalbertus s. I 47; III 7. 371  
 Adam: v. Grafa sanctif. Spir. s.  
     inhab.; Paradisus  
 Adami peccatum IV 28. 210  
 Adami redemptorium munus III 105  
 \* Adamski IV 7  
 \* Adamski S. I 20. 110. 250. 251  
 Adiaphora III 250  
 Adoptio III 106  
 Adoptionis finis V 84  
 Adrianus III 87  
 Adrianus patr. II 114  
 Adulterium: v. Matrimonii insolub.  
 Aegypti antiquitates II 5  
 Aegyptiorum religio III 315  
 Afrem II 117  
 Agapae IV 108  
 \* Agapit II 119  
 \* Agapit archim. V 17  
 Agar V 144—145  
 \* Agathodor III 53  
 \* Aggeev K. III 53  
 Agnetis B. monasterium I 47  
 Agnosticismus IV 329  
 \* Ajvazov I. III 221  
 \* Aksakov N. II 276. 277; III 42.  
     241; V 195  
 \* Akvilonov E. I 141; II 53. 154.  
     279; III 53. 318. 369; IV 14  
 Alacoque IV 240  
 Albania V 68

\*) Nomina eorum, quorum scripta commemorantur vel recensentur, vel eduntur asterisco notantur. Ordo litterarum: a (ą), b, c, č, (ę, ķ), d (đ), e (ę, ĸ, ę), f, g, h (boh. pol.), h (ch, x), i, j (ı, į), k, l, m, n (ń, ň), o, p, q, r (ř), s, š (ś, ſ), t (ť), u, v (w), y, z, ž (ž, ţ); ę et ą negleguntur.

Albertus M. III 88  
 \* Al'bov A. I 268  
 \* Aleksandr ep. I 153  
 \* Aleksandr ierom. I 142  
 \* Aleksandrov D. IV 105  
 \* Aleksandrov diak. IV 100  
 \* Aleksij V 84  
 \* Aleksij ep. IV 233; V 15  
 Alexander I. I 232  
 Alexander Alensis III 86  
 Alexander Helladius V 118  
 Alexander Severus I 194  
 Alexandrini episcopi III 12—13  
 Alexandrinus patriarchatus I 166; II 46; V 54  
 \* Alfirevič V 201  
 Allatius L. II 36. 233  
 \* Almazov A. II 62. 156; IV 344; V 36. 160  
 Altare privilegiatum IV 242  
 Altaria I 8  
 Ambrosius III 255; V 75  
 Americanismus II 90; IV 246  
 Amor concupiscentiae et benevolentiae III 336—6. 351  
 Amor Dei IV 11; V 220. 333. 334  
 Amor purus III 334  
 Amorienses Martyres III 90  
 Amoris Dei appetitiativae summi vis III 332—361; IV 49—53  
 Amort E. III 361  
 Amos V 163  
 Anamnesis III 196  
 \* Andreas archim. I 254  
 \* Andreev I. IV 31; V 84  
 Andreev L. IV 237  
 \* Andrej vide Szeptycki  
 \* Andrutsos Ch. III 194; IV 316  
 Angeli III 31—33. 256; v. Gratia sanctif.  
 \* Angelov G. II 20  
 Anglicanae ecclesiae status v. Eccl. Angl. st.  
 Anglicanae reformationis historia III 332  
 Anglicani V 85. 118. 122  
 Anglicanorum articuli IV 21—23. 228—230. 339; V 86. 146—150  
 Anglicanorum liturgia V 150—151  
 Anglicanorum ordinatio III 90; V 158—160  
 Anima brutorum v. Brutorum a.  
 Anima humana I 16. 42. 138; III 144  
 Anima sitne principium formationis III 302  
 Anna imper. I 142  
 D'Annibale III 85  
 Anomoei V 10  
 \* Anserov P. III 36. 221

Anthropologia v. Hom.  
 Anthropomorphismi I 254  
 Anthropomorphismus III 301  
 Antichristus II 256; III 308  
 Antiochena ecclesia II 255; III 222; cf. Hist. eccl. Ant.  
 Antiocheni episcopi III 13  
 Antiochenus patriarchatus II 46  
 Antitypus III 372  
 Antonia abbatissa III 56  
 Antonij aep. V 27  
 \* Antonij aep. III 53; IV 105; V 27. 82  
 Antonij amd. III 20  
 \* Antonij ep. I 259; II 276  
 \* Antonin A. V 78  
 Antonius M. III 55  
 Antonius s. I 275; IV 107. 348  
 Apocalypsis I 141  
 Apoc 2: I 272  
 Apoc 20, 14: II 306  
 Apocatastasis I 88  
 Apocrypha II 122; IV 78; V 74. 81  
 Apocrypha Acta Martyrum IV 324  
 Apocrypha N. T. II 11  
 Apologetica I 15. 28. 135. 141. 233; II 4. 52. 54. 116. 256. 257; III 3. 53. 59. 60. 61. 106. 122. 219. 245. 301. 319; IV 2. 214—5. 237. 353; V 5. 69. 83. 86. 199  
 Apologeticae bibliogr. IV 104  
 Apologeticae historia V 82  
 Apologeticae munus IV 207  
 Apologeticae ratio et methodus II 250; IV 34—37  
 Apologeticae vis V 194  
 Apostolatus II 87  
 Apostoli in Eccl. ant. III 37. 122  
 Apostolus palaeoslav. V 87  
 Approbatio confessarii V 51  
 Aquila IV 340  
 Aquileienses patriarchae I 37. 214  
 Aquileiensis patriarchatus V 164  
 Arabia Petraea IV 325—6. 328 V 134  
 Aramaicae inscriptiones I 8  
 Arbor vitae IV 210  
 Archaeologia biblica I 46; II 5—6. 7. 8. 243; V 68  
 Archaeologia christiana I 42. 58—60. 215. 247; II 274  
 Archaeol. eccl. russ. I 86  
 Archaeologiae studium III 317  
 Archelaus III 251  
 Archisynagogus V 198  
 Architectura relig. I 213; III 209. 210; IV 107. 216; V 133. 201—2  
 \*Ared G. I 78  
 \*Argamakov S. I 29  
 Arhangel'skij A. II 120

- \*Arhangel'skij M. II 156. 314; III 365; V 93  
 \*Arhangel'skij N. I 29. 31  
 Ariana haeresis II 122  
 Ariana V 8  
 Ariani in Polonia IV 80. 217. 329  
 Arianorum historia IV 30  
 Ariminense concilium IV 161  
 Aristides Ath. II 98—102  
 Aristoteles I 29 (moral.); IV 205  
 Aristotelis auctoritas V 8  
 Arkaum II 153  
 Armeni III 275; IV 71; F. Hist. eccl. Arm.  
 Armenochalcedonitae II 55  
 Armenorum ecclesiae dogm. I 78  
 Armenorum Kalendarium III 375  
 \*Arribas C. III 278  
 Ars christiana I 48. 250; cf. Artificia e.  
 Ars dicendi: vide Homilet., Eloqu. s.  
 \*Arsenev K. I 187; II 53  
 Arsenij aep. I 255  
 \*Arsenij ep. II 51.265  
 Arsenij ep. Tver. s. V 18  
 Arsenij (Macëevič) metrop. II 56. 102. 105; V 82  
 Arsenij (Mogilevskij) metrop. V 157  
 Arsenius et Arsenitae I 78  
 Artemius monachus IV 27  
 Artes: moralitas I 16; nuditas I 16; finis III 230  
 Artificia ecclesiastica I 146; III 89; V 133—4. 201—2; cf. Iconogr. Architect. relig.  
 Artis relatio ad religionem IV 4  
 \*Artobolevskij S. II 53  
 Ascesis (notio) IV 7—8  
 Ascetica I 16. 78. 141. 142. 168. 171. 189. 206. 208. 251; II 56. 94. 255. 256; III 56. 89. 215. 256; IV 7. 7—12. 81. 236. 246; V 73. 79  
 Ascetismus I 84. 260; II 56. 115; III 246; IV 317; V 83  
 Asiae oppida I 78  
 Aspersio II 26  
 Assyriorum religio III 21  
 Astrahan I 89  
 Astryk-Anast. III 7  
 Athanasii s. doctrina I 210  
 Athanasius I 239; III 177. 268; IV 147; V 8—9  
 Atheismi origo IV 343—4  
 Athenagoras IV 277. 278  
 Athonenses picturae IV 102  
 Athos I 69—70; IV 97—98; V 68—69  
 Atomismus I 137  
 Attritio in articulo mortis II 159  
 Attritionis vis III 93. 283; IV 129—133  
 Augustini IV 74  
 Augustini s. philosophia IV 344  
 Augustinus I 88. 121; II 38; III 211—13; IV 26—7 (de eccl.). 218  
 Aula Regia IV 74  
 Autocratia imperatoris in Russia III 37. 222  
 Autosuggestio III 69  
 Auxilii divini supernaturalitas: vide Supernaturalitas; necessitas: v. Hominis inopia; gratuitas: v. Gratia actualis  
 Auxilium gratiae: v. Dei aux.  
 \*Avdaškevič M. II 114  
 Avsenev Th. III 232  
 Azyma I 21. 248; III 373—6. 378; IV 72. 226; cf. Christi cena ultima  
 \*Babák E. II 161  
 \*Babunovič S. IV 239  
 \*Babuškin S. II 255  
 Babylonia et biblia I 28; II 7—8. 19. 91  
 Babylonica inventa IV 247  
 Babylonica turris III 54  
 Babyloniorum mythi I 51  
 Babyloniorum mores V 1—2  
 Baius III 339  
 \*Bajazitov I 194  
 \*Bajkov A. II 40. 179  
 Bakumin III 19  
 \*Balanos D. V 55  
 Balbín B. IV 324—5  
 Ballerini III 85  
 \*Bandurski W. II 97  
 Banulesko-Bodoni I 90—91; III 230  
 Baptismi effectus III 102  
 Baptismi historia II 156  
 Baptismi necessitas III 339  
 Baptismus I 94—5. 110; II 55. 77; V 144; v. Rebaptizatio  
 Baptismus Christi III 62  
 Baptismus per infusionem III 279; V 144  
 \*Barac F. IV 34  
 \*Barac G. V 85  
 \*Baranowski T. IV 329  
 \*Baranovskij I. IV 346  
 \*Baranovskyj Iu. V 5  
 Barese concilium V 118  
 Barlow ep. V 160  
 Barnabae epist. I 213  
 Barnabas ap. I 146  
 \*Barsov N. II 117  
 \*Barsov T. I 78. 139. 162; IV 268. 273. 287; V 17  
 \*Barsukov V. I 114  
 \*Barsukovo Z. II 53

- \*Bartas G. II 78
- \*Bartoník J. III 100
- \*Bartoszewski I 34
- \*Bartošík II 10
- Baruch II 6. 113; V 78
- Basiliani I 110. 251; II 57; III 249
- Basilicae minores III 257
- Basilius aep. Novgor. II 53
- Basilius Macedo III 53
- Basilius metrop. Mont. II 153
- Basilius M. I 9. 30 (moral.). 161. 212. 276. 277; III 56; IV 286—7; V 11
- \*Bauer Fr. aep. V 174
- \*Baurain L. I 167; II 313
- \*Bažanov N. II 53
- \*Bažanov V 16
- \*Baženov V. I 141
- \*Baženov I 100. 233. 331
- Beatitude desiderium II 195; V 71
- Beatitude notio I 130—131
- Beatitudo: v. vita aeterna
- Beatitudo ante resurrectionem II 306—313; cf. Iustorum sors p. m.
- \*Bědnov V. V 85
- \*Belanidiotes I. III 281
- \*Běleckij A. IV 100
- \*Belen V. III 310
- \*Bělevič-Stankevič V. II 51
- Běgorodenses episcopi I 257
- \*Bělickij E. V 85
- \*Bělikov D. II 53
- \*Bělina J. II 12; III 1
- \*Běljaev A. I 29; II 273. 314; III 37. 220. 243. 371; IV 223; V 82
- \*Běljaev N. I 223. 271; II 158; III 148; IV 137. 364
- \*Běljaev V. V 85
- \*Běljavskij F. IV 100
- Bellum II 43; III 57
- \*Bělokurov III 57
- \*Bělokurov S. I 255
- \*Beluhan M. IV 244
- Benedictini III 117; IV 74
- Benedictio professorum III 228
- \*Beneševič V. II 53; III 53
- Benjamin aep. III 320
- \*Berdnikov I. I 29. 268. 268; II 118; III 306; IV 224. 231; V 85
- \*Berend's A. III 91
- \*Berezovskyj P. III 58
- Berka (Zbyněk de Dubá) III 1
- Berlo ep. V 142
- \*Bernhard S. V 121
- \*Bessmer J. III 197
- Běžjukov m. II 256
- Bezpopovština III 320
- Biblia IV 102
- Biblia propag. I 71—2

- Biblia prohib. I 72
- Biblia explic. I 45; v. Evangelium etc.
- Biblia Bohem. II 6. 11; V 130
- Biblia Bulgar. II 78
- Biblia Finland. III 317
- Biblia Polon. I 19; II 94; V 69—70
- Biblia Slav. I 46. 215; II 11; v. Palaeosl.
- Biblica I 34. 37; II 5—13; v. Acta; Anthropomorph.; Chron.; David; Diaetet.; Eccl.; Evang.; Gemmac; Genes.; Ierem.; Introductio; Morbi; Patriarchae; Paulus; Saul etc.
- Bibliographia Polon. IV 212
- Bibliographia Russ. IV 195
- Bibliographia Serb. I 93
- Bibliorum historia V 67
- Bibliothecae descriptio I 60. 257; II 53. 54. 56. 96. 122; V 74. 82. 86
- \*Bieliński IV 6
- \*Bilbasov V II 177
- \*Bilczewski J. I 42. 246; IV 331; V 71. 139
- \*Bílek F. V 130
- Billot III 340
- \*Bilyňskyj S. III 59
- \*Binički F. I 174; II 91
- Biographica III 62. 110. 215 et passim
- \*Birjukov N. V 67
- \*Blagorazumov N. II 118
- \*Blagověščenskij M. II 131
- Blumenberg, W. F. C. a III 110
- \*Bobronikov I 30
- \*Bocian J. V 3. 4. 186. 191
- \*Bočkarev V. IV 24. 105
- Boethius I 215. 283; II 60—1
- \*Bogačev N. III 53
- \*Bogdalski Cz. V 139
- \*Bogdanov M. III 274
- \*Bogdanovič L. IV 354
- \*Bogdanovskij L. I 30
- \*Bogdaševskij D. I 88. 89. 148; II 112. 154; III 20. 228. 274. 327; IV 221. 224. 225. 226. 340; V 85. 144. 145
- \*Bogoljubov D. I 141
- \*Bogoljubov N. IV 94
- \*Bogoljubskij M. II 119
- Bogomili II 52; IV 106
- Bogoris v. Boris
- \*Bogorodskij A. II 41. 42; III 53
- \*Bogorodskij Ja. IV 28. 105. 344
- Bohemiae hist. I 46
- Bohemicae litt. theol. I 105—7
- Bohemorum munus IV 186
- \*Bois J. II 77; V 246
- \*Bojanov D. III 36. 37. 220. 222
- \*Bojovič I. I 214

- \*Bok I. III 122; IV 245  
 \*Bolek F. II 8  
 Bolotov V. III 317  
 \*Bolotov V. IV 100; V 85  
 \*Bol'sakov S. II 54  
*Bona ecclesiastica* IV 101; V 25  
*Bona temporalia* IV 7  
*Bonaventura* S. III 74  
 \*Bonč-Bruevič V 85  
*Bonum* IV 95  
 \*Bordun D. V 4  
*Boris Aleksandrovič* V 86  
*Boris-Michael* II 120  
*Boris s. rex* IV 33. 34. 237. 351  
*Borkov* I. III 53  
 \*Borový C. I 46  
 \*Borozdin A. II 54  
*Bosna Hercegovina* V 68; v. Serbi  
*Bossuet* V 140  
 \*Bošnjaković V. III 62  
*Bozveli* IV 238  
 \*Božkov D. IV 34  
 \*Brandi III 276; V 160  
*Branimir* V 52  
*Branković* G. III 250  
 \*Bratkov S. II 53. 274; III 48. 49;  
     V 23. 196  
*Braunaviensis sedis* I 5  
*Bresciense concilium* I 19; V 81  
*Bresciensis catechismus* V 140  
*Bresciensis unio* I 19; V 162; cf.  
     *Unitorum historia*  
 \*Bretholz B. III 89  
 \*Bretšnajdr Z. I 171. 236  
*Breviarium* II 26  
*Breviarium emendandum* V 155  
 \*Brilliantov A. III 317. 319  
 \*Brilliantov I. III 316  
 \*Brinzen M. V 54  
 \*Brjancev D. I 138; III 220. 222;  
     IV 94  
 \*Brodović I. II 254  
 \*Brodskij L. III 319  
 \*Bronzov A. I 29. 30. 63. 64—5. 78;  
     II 110. 114. 119; III 17. 318; IV  
     122; V 161. 206  
 \*Brückner A. I 19—20. 87; IV 78.  
     80. 329  
*Brückner* III 209  
*Bruno Giord.* IV 2  
*Brus* A. I 46; IV 316  
*Bruta* I 8. 15. 235; III 58  
*Bruta et homo* I 194; III 301. 302  
*Brutorum anima* III 301—304; IV  
     232  
 \*Brychta A. I 7  
*Bucceroni* III 85  
 \*Bucher S. F. III 276  
*Buchwald* IV 71  
*Buddhismus* I 15. 137; III 59. 121.  
     220  
*Buharev* A. IV 30  
*Buharev Th.* III 260  
 \*Bujon Ch. IV 72  
 \*Bukowski A. IV 309. 342; V 191  
 \*Bulgakov IV 260  
 \*Bulgakov A. I 167; II 110; III 39.  
     49. 224; IV 105; V 158  
 \*Bulgakov S. II 113; V 85. 122  
 \*Bulgakov S. D. III 54  
 \*Bulgakov S. N. III 54  
*Bulgaria catholica* I 172; V 124  
*Bulgaricae litterae* I 51. 239; II 89  
*Bulgarorum independentia a patr.*  
     Cp.: v. *Constantinop. patr. iura*;  
     *Eccl. orth. discid.*  
*Bulgarorum patriarchatus* IV 237  
 \*Bulgarov A. I 206  
 \*Bulić F. V 29  
 \*Bulla F. I 107; II 87  
 \*Burgov A. II 154. 156  
 \*Butkevič T. I 29. 138. 187; II 111;  
     III 221. 274; V 82  
 \*Bystrickij V. IV 236  
*Byzantinismi effectus* III 61  
 \*Cabrol F. III 196. 273  
*Caelibatus* III 117. 277; IV 38. 196;  
     cf. *Matrimon. et cael.*  
*Caelibatus universalis* III 320  
*Caelum: locus an status* II 160  
*Caesaropapismus* III 307. 325; IV 6.  
     14. 26. 29—30; F. *Ecclesia et pot.*  
     *civ.*; Eccl. Russ. *administratio*  
*Caietanus* III 75. 361  
*Calabria Byzantina* IV 222. 333—5  
*Calicis symbolum* IV 107  
*Calix* IV 79  
*Callinicus patr.* IV 223  
*Callixti edictum* II 220  
*Callixtus I.* IV 223; V 7  
 \*Calvet J. IV 72  
*Calvinismus in Polonia* III 7  
*Calvinus* III 68; IV 223  
*Camblak* v. *Grigorij*  
*Campanella Th.* IV 27. 224  
 \*Cankov S. II 19. 20. 89; IV 32. 237.  
     238  
*Canon in liturg.* IV 224  
*Canon s. Script.* II 101; V. T III  
     194; v. *Deuterocan. libri*  
*Canon Alexandrinus* III 265  
*Canon Esdrinus* III 265  
*Canones* IV 224  
*Canones apostolici* II 117; can. 34:  
     V 81. 196  
*Canonici libri* I 46  
*Canonicorum institutum* IV 243  
*Canonistae orientales* I 261—5

Canonistae Russorum I 265—9  
 Canonizatio III 106; IV 224; in eccl.  
     Russ. I 114—119; v. Euthymius  
 Canticum Cant. IV 234. 236  
 Cantus eccl. Graecus I 78  
 Cantus eccl. Latinae IV 74  
 Cantus eccl. orthodoxae II 55. 256;  
     III 309; IV 236  
 Cantus eccl. Russ. IV 108  
 Cantus eccl. Ruthen. III 59  
 Cantus sacer palaeoboh. I 48  
 Capellani III 4  
 Capitula III 117; IV 225  
 Capreolus III 360  
 Capuccini IV 75  
 Cardenas III 361  
 Cardinales IV 225  
 \*Carevskij A. V 14  
 Caritatis actus: v. Amor  
 Caritatis christianaem momentum III  
     323  
 Caritatis exercitium III 220  
 Caritatis virtus I 143; III 335. 338  
 Carnes (moral.) I 78; III 318  
 \*Caro L. I 19; IV 80  
 Caroli M. matrimonia III 100  
 Carolus IV. IV 4  
 Cartesius III 322  
 Carthusianorum ordo III 2  
 Catechetae cura pastoralis V 71  
 Catechetica I 213; II 92; III 55.  
     246; IV 81. 218. 353  
 Catechismi apologia V 71  
 Catechismi Serb. I 93—94  
 Catechismus I 141; IV 6  
 Catechismus orthod. V 87  
 Categoriae II 15  
 Catharina II. I 195  
 Catholicae sententiae ap. Russos III  
     292. 306; V 73  
 Catholicismi defectus III 228. 321.  
     322; IV 198. 310. 342; V 123; cf.  
     Theol. cath. formal.  
 Catholicismi laus III 14  
 Catholicismi proselytismus IV 239;  
     V 61  
 Catholicismus in Polonia III 213  
 Catholicitas I 148. 155; II 313; III  
     15—16. 112. 256; IV 41—48.  
     112—125; V 173; v. Ecclesiae no-  
     tae  
 Catholicitatis notio I 261  
 Catholicorum receptio: v. Rebapti-  
     zatio; Receptio in eccl. R.  
 Celsus III 221  
 \*Cěnev G. IV 351  
 \*Cengić M. III 62  
 \*Cenkić J. IV 242. 243  
 Censura (eccl.) librorum II 278; III  
     16. 43. 44. 240. 243; IV 194

Censurae ecclesiasticae III 240  
 \*Cepelić V 88  
 Cereus episc. praefectus II 52  
 Certitudo de contritione (gratia)  
     III 81  
 Cerularius V 118  
 Cessatio ab opera III 246  
 Character sacramentalis I 175. 248  
 Charismata IV 84—92. 104  
 \*Charon C. III 90; V 122. 246  
 Chersonenses martyres V 81  
 Cherubin IV 210  
 Chomiates IV 200  
 Chorepiscopi V 23  
 Christi adventus secundus III 53; V  
     75. 156—7; baptismus III 62; cena  
     ultima I 20; II 60; III 274;  
     IV 226. 333; V 74; condemnatio III  
     16; Cor II 112; III 256; IV 239;  
     Cor colendum V 185. 186; Cor  
     perforatum? I 132—3; descensus  
     in infernum II 307; discipuli LXX  
     IV 83. 392; divinitas I 17; II 85.  
     111; III 59. 61; V 9. 201; existen-  
     tia II 12; fratres I 141. 188; II  
     112; IV 100; fuga in Aegyptum  
     III 251; genealogia II 47—49; IV  
     322. 353; idea apud ethnicos I 92;  
     idea in Israel IV 329; V 76; ima-  
     gines I 142; II 112; III 55; incar-  
     nationis causa III 105; V 83. 84;  
     lotio pedum III 47; magisterium  
     III 107; miracula I 36; II 12. 52;  
     mors I 132; nativitas I 36. 207;  
     II 12; nativitas repraesentata IV  
     1—2; parabolae I 36. 89; passio  
     I 43; III 16; pueri sapientia III  
     62; resurrectio I 28. 43. 60.  
     131—4; III 256; IV 344; V 71. 85;  
     sanctitas II 112; satisfactionis ap-  
     plicatio II 63; V 72; scientia V  
     76; sermo eschatologicus V 75.  
     157; sermo montanus I 35; tenta-  
     tio IV 109; V 144; transfiguratio  
     III 56; vaticinia V 75; vita I 90;  
     IV 218; voluntas III 159—178  
 Christiani legenda I 6; II 86; III  
     89. 371  
 Christianityi idea V 87; origo IV  
     243; praestantia II 254; propaga-  
     tio I 194; v. Japonia orthod. etc.;  
     vis socialis I 143; III 220; IV 14.  
     79—80. 80. 218. 329  
 Chronologia biblica I 27. 194; II  
     12; N. T.: III 110—1. 274; IV  
     226; F. Christi cena ult.; patri-  
     arch.: IV 28. 79  
 Chrysostomus v. Ioannes Chrys.  
 \*Ciemniowski M. IV 217  
 \*Cieplak I. III 260

\*Cincadze K. II 255  
 Cisterciensium ordo III 2  
 Clemens I. s. (Rom.) II 117—8; III 119; IV 78; (vita) V 74  
 Clemens XI. IV 187  
 Clemens Alex. I 29 (moral.) 30. 30; II 254; III 219; IV 278—9  
 Clemens Bulgarus (Velicensis) I 6. 76—7; II 76. 195; III 39. 128  
 Clementis s. basilica III 118  
 Cleri educatio: v. Scholae eccl.  
 Cleri eruditio theologica I 194; III 322  
 Cleri negotia saecularia III 43. 49. 52. 319. 322—3; IV 338; V 5  
 Clerus Gallicus III 224  
 Clerus Graecus IV 348  
 Clerus Latinus V 183  
 Clerus Russicus I 196; III 240; IV 191—2. 196. 344; V 160  
 Coemeteria I 7. 7  
 Coena Domini v. Christi cena ult.  
 Cognitio II 14—15  
 Cognitio Dei I 125  
 Cognitio terrena I 85  
 Cognitionis nostrae defectus IV 208  
 Collegium Graecum II 36  
 Collet III 78. 86. 362  
 Colores II 108  
 Colossensis ecclesia IV 108  
 Colossenses ep. ad IV 108  
 Coloss 2, 15. 18: III 34  
 Coloss 3, 17: III 251  
 Comma Ioanneum I 78  
 Communicatio in sacris II 280; V 123  
 Communio quotidiana IV 4. 245; V 73  
 Communio sub utraque II 4; IV 72  
 Communismus III 224; V 161  
 Conceptio Immaculata: v. Mariae c.  
 Concilia III 9—10  
 Concilia oecumenica I 141; II 30; III 54. 306—7; V 197—8  
 Concilia Polonica IV 215  
 Conciliorum acta I 82  
 Conciliorum auctoritas III 11. 317. 328; IV 253  
 Conciliorum compositio II 276; III 11. 44. 49. 55. 57. 240. 241. 242. 306. 309. 328—330; IV 29. 106  
 Conciliorum oecumenicitas v. Oecumen.  
 Conciliorum oecum. numerus IV 259  
 Concilium apostolorum II 111; Araucanum II. III 105; Basileense II 233; Bresciense I 19; V 81; Constantiense II 96—7; IV 235; Constantinop. I. (oec. II.) III 224; V 11; Cp. II. (oec. V.) II 280; Cp.

III. III 178—197; Cp. IV. IV 200; Cp. a. 1166: II 121; Ephesum II 281; III 192; Florentinum I 270; II 123. 268; III 216; IV 71. 220; V 118; Hierosolym. II 111; IV 392; V 19; Illiberitanum II 219; Leopolitanum (1896) II 191; Nicaenum II 141. 281; III 13; IV 30; V 9; Russicum futurum III 56. 241. 278; IV 92. 101. 188. 195. 231. 236. 237; V 248; Sirmiense II 122; Tridentinum I 10; III 35. 76. 105. 285; — de gratia III 105. 321; — de matrimonio IV 273. 305—6; Trullanum III 237. 372; Viennense III 302—3.  
 Concordantiae e ss. Patribus IV 213  
 Concordata I 157  
 Concordia inter Occid. et Orient. in studiis V 63—64  
 Concupiscentia I 273; quo sensu naturalis III 104; sitne peccatum III 321  
 Concursus divinus III 104. 206  
 Confessio I 85; facta non sacerdotibus (monachis) II 272; III 243; V 33. 36—7; v. Poenitentiaé minister; papae III 106; V 41; prima III 246; publica sacramentalis IV 31; quomodo peragenda V 73; secreta II 26 (hist.); III 4. 57. 75. 80; V 237—9; vocalis V 237—9  
 Confessionis institutio divina V 203—236; eius convenientia V 244—5  
 Confessionis integritas necessaria V 205—6. 210—236  
 Confessionis praeceptum III 86—8. 307—8; IV 136—7  
 Confessionis sigillum V 237. 239  
 Confirmatio in bono v. Impeccabilitas  
 Confirmationis (sacramenti) historia II 156; iteratio III 373; materia III 91; minister III 66—7  
 Confraternitates orthod. I 255—6  
 Coninck III 87  
 Consanguinitas V 86. 123  
 Conscientia (ethica) III 250  
 Conscientia (psycholog.) II 19; III 303; atomorum IV 232  
 Conservativismus catholicus V 71  
 Consilia evangelica I 28; III 276—7; IV 8; V 194  
 Constantiense concilium: v. Conc. Const.  
 Constantini M. conversio I 142. 260  
 Constantinopolis occupatio (1204) III 227

- Constantinopolitana ecclesia I 257; II 111. 255; III 222; IV 31; V 118  
 Constantinopol. ecclesia s. Mamæ IV 235  
 Constantinopolitani episcopi dignitas III 372  
 Constantinopolitani episcopatus origo V 85. 246—7  
 Constantinopolitani patriarchae II 45. 120; IV 103. 198; V 246  
 Constantinopolitani patriarchæ iura I 78; III 91. 92; IV 33. 238. 316. 352  
 Constantinopolitanum concil.: v. Concil. Cp.  
 Constantinus M. I 84  
 Constantius IV 147  
 Constitutiones apostolicae II 118; IV 105  
 Contritio II 110  
 Contritionis intensitas IV 54. 57—66; necessitas III 361—4; IV 49. 52—53. 70. 134—7; notio III 332—3. 337. 338; vis II 202; III 332—361; IV 54—71  
 Controversæ quaestiones (inter cath. et orthod.) I 77. 269; II 20. 120. 153. 238—9. 255. 271; III 260. 291. 320; IV 198. 236. 237. 261. 342; V 119. 193; sing. III 15. 17—18. 28. 61. 90. 92—7. 102—3. 106. 147—194. 196. 198. 208. 259—273. 273—6. 277. 291. 293. 365—368 etc.; v. Maria, Moralis Latinorum etc.  
 Controversarum quaestionum tractatio III 373; V 180. 181—182. 183.  
 Conversio: v. Receptio in eccl.  
 Conversio post mortem II 307; v. Mors, Damniat.  
 Coptorum ritus sacramentalis III 367  
 Cor Iesu: v. Cristi Cor  
 Coram natura II 252  
 1 Cor IV 340—1  
 1 Cor 1, 12: IV 341  
 1 Cor 2, 7—8. 10: III 27  
 1 Cor 3, 15: II 159  
 1 Cor 4, 6: IV 341  
 1 Cor 5, 5: III 34  
 1 Cor 5, 9: IV 340  
 1 Cor 5, 13: I 150  
 1 Cor 7, 14: I 89  
 1 Cor 10, 4: III 26  
 1 Cor 10, 31: III 251  
 1 Cor 11, 28: III 76; V 210. 226  
 1 Cor 12: IV 85. 87—89  
 1 Cor 13, 12: I 85; IV 86  
 1 Cor 14, 12. 16: II 194  
 1 Cor 14, 20—25: I 261  
 1 Cor 15, 12—13: I 150  
 1 Cor 15, 12—23: I 187  
 1 Cor 15, 29: III 228  
 1 Cor 15, 32: II 258  
 1 Cor 15, 43: IV 207  
 1 Cor 15, 45—48: III 28  
 1 Cor 15, 55: II 308  
 1 Cor 16, 15: IV 340  
 2 Cor 4, 6: III 27  
 2 Cor 5, 6—8: II 307. 310  
 2 Cor 5, 16: III 25  
 2 Cor 12, 4: IV 210  
 2 Cor 12, 7: II 12  
 Corporis notio et natura IV 231  
 Corsunensis legenda IV 108  
 Cosmologia IV 330  
 Cosmologicum argumentum II 27  
 Creatio I 43  
 Creationis notio I 137; II 163  
 Creationis ratio III 105. 302. 303; IV 207. 211  
 Criticismus I 16  
 Croatiae apostoli V 52  
 Crucis imagines II 121  
 Crucis signum I 77; III 218  
 Crucis vis IV 104  
 Crux I 60  
 Crystallorum formae II 174  
 Cytiologia II 163; III 302; cf. Creationis ratio  
 Culmensis ecclesia III 5  
 Cultura christiana I 37  
 Cultus externus I 30  
 Cultus humani notio V 200—201  
 Cultus humanus V 157—8  
 Cunegundis IV 216  
 Cunigundi III 88  
 \*Cvětaev D. IV 235  
 Cyprianus: haeret.? I 151; de patatu III 90; V 54  
 Cyrillic-Const. sepulcrum III 118—120  
 Cyrilli et Methodii imago III 310; statuae II 245  
 Cyrillus Alexandrinus III 117; V 87  
 Cyrillus-Constantinus II 233  
 Cyrillus et Methodius I 7. 19. 37. 72. 87. 107. 109. 111. 171. 214. 238. 251. 272; II 28. 120. 249; III 207—9. 251—5. 257; IV 78. 205—6. 207—8. 329; V 52. 81—82; cf. Methodii d.  
 Cyrillus Hierosolymitanus III 268  
 Cyrillus Lucaris II 233; III 276; V 118  
 \*Czapla B. I 250  
 \*Czarnecki J. I 109  
 \*Czaykowski K. I 19; IV 330  
 \*Czernawski W. IV 6  
 \*Czermiński M. V 68

- \*Čeframov M. IV 236. 237  
 \*Čehovskij V. I 90  
 \*Čel'cov I. I 78; II 32  
 \*Čel'cov M. III 318. 319  
 \*Čel'cov N. III 54  
 \*Čenkić J. III 4  
 \*Černík J. II 7; III 2  
 Černín I 44  
 \*Černjajskij A. III 54  
 \*Černocký K. I 107; II 45  
 \*Černý J. III 2. 115  
 \*Červík J. II 8  
 \*Četverikov I. III 226. 231  
 Četvertynskij ep. V 142  
 \*Čičerin B. I 138  
 \*Čireckij A. III 243  
 \*Čirić I. IV 354; V 163  
 \*Čížek A. I 215  
 \*Číževskij I. II 54  
 Cjaadaev P. III 305; IV 23  
 \*Čokljan I. II 276  
 \*Cornodolja I. III 246; V 5  
 \*Cupić J. I 95; II 296
- Dadianus III 131  
 Daemones I 24; III 33; V 26  
 \*Dagaev N. II 131. 291  
 \*Dalberg H. III 89  
 Dalmatiae clerus orthod. III 3  
 Damasus (de primatu) V 247—8  
 \*Damian III 54  
 Damianus II 268  
 Damnatorum obduratio II 309; v.  
 Obstinatio  
 Damnatorum sors II 159. 306—7  
 Daniel II 10. 54  
 Daniel (Perejasl.) thaumat. V 87.  
 196  
 Darwin III 231  
 Darwinismus: v. Transformismus  
 David I 173  
 \*Davydenko B. IV 93  
 \*Davydenko V. I 138  
 \*Dębicki M. V. I 15  
 \*Dębecki W. II 93  
 Debitum: v. Obligatio  
 Definitio dogmatica IV 253. 263  
 Dei attributa III 369  
 Dei auxilium ad actus salutares III  
 104—5; cognitio III 121; apud  
 ethnicos II 195; in phil. Graeca  
 IV 205; essentia III 369; existen-  
 tia I 17. 28. 135—6. 233—4; II  
 13. 27. 53; III 59. 212. 226. 369;  
 immutabilitas III 205; misericor-  
 dia III 283; natura II 15; natura  
 communicata cum creaturis III  
 105; IV 10. 11; V 83—84; nomen,  
 quomodo homini conveniat III  
 104; notio IV 330; potentia II  
 174; simplicitas III 369; unitas III  
 369; voluntas immutabilis III 359  
 Deificatio hominis I 113. 131. 175—6.  
 210; II 157; III 105; V 83  
 \*Delekanes III 92  
 Demetrius Rostov. II 103  
 Demetrius Sambikin aep. IV 391—2  
 \*Deml J. I 8  
 \*Demisov L. V 76  
 \*Derevickij A. I 30  
 Derviš II 253  
 Determinismus: v. Libertas  
 Deus-homo I 143  
 Deuterocanonicali libri I 26. 96.  
 252—3; II 113. 123—138. 282—296;  
 III 194. 264—273. 372; IV 23. 224.  
 350. 351; V 23. 68. 77—79. 115—116.  
 246  
 \*De Skrohovskij III 57  
 Deuteronom. 25, 4: III 26  
 Diabolus cognitio secretorum V 230  
 Diaconatus V 23  
 Diaconi IV 230  
 Diaconissae III 224; IV 190; V 160  
 Diaconorum potestas V 33—4. 36—7  
 Diaetetica bibl. V 83  
 Diaikovarensis ecclesia V 88  
 \*Dianin A. I 91  
 Dicastillo III 82. 87  
 Dietrichstejn IV 2  
 Diluvium I 51. 187; IV 28. 79  
 \*Dimitrij aep. IV 83  
 \*Dimitrij ep. V 14  
 Dimitrij (Muretov) III 53  
 \*Dimitrijevič V. IV 110. 353  
 Dionysius Alexandrinus V 12  
 Dionysius Bar Salibi II 236  
 Discipuli Christi: v. Christi disc.  
 Dispositio ad finem supernaturalem  
 III 104. 321; ad gratiam III 105  
 Divinationes I 60  
 \*Djakov A. III 51  
 \*Djuric N. III 49  
 \*Dmitrievskij I. II 156  
 \*Dmitrievskij A. I 89. 255. 257; II  
 155. 314; III 19. 21. 54. 230; IV  
 227. 346  
 Dobričeviense monasterium V 163  
 \*Dobronravov II 62  
 \*Dobronravov I. II 119  
 \*Dobronravov N. I 133; V 23  
 \*Dobrosmyšlov I 29  
 \*Dobrynnin I 65  
 \*Dobschütz E. I 167  
 Docetae V 196—7  
 Doctrina 12 apost. II 118; III 122;  
 IV 105  
 Doctrinarum defectus IV 227  
 \*Dočkal K. III 3; IV 37. 241. 243.  
 244. 245. 248; V 30. 31. 125

Dogmata „fundamentalia“ I 148; IV 257. 262  
 Dogmata nova III 317; IV 259—260  
 Dogmatica I 97. 187; II 55. 157. 159.  
 235; III 17. 54. 61. 63—8. 72—88.  
 101—4. 110. 168—188. 195. 197.  
 205. 220. 255. 273. 283—287; IV  
 341; V 86; v. sing.  
 Dogmatica orthodoxa IV 316; cf.  
 Eccl. orthod. doctr.  
 Dogmatis notio I 79; II 235; IV  
 249—253  
 Dogmatum obscuratio III 104; IV  
 262  
 Dogmatum progressio I 79. 197; II  
 234. 235—6; III 57. 103. 197. 304.  
 327—328; IV 260. 320; V 12  
 \*Dohnal F. IV 4  
 \*Dolivo-Dobrovolskij A. IV 226  
 \*Dolivo-Dobrovskij I 65  
 Dolus in matrimonio IV 73  
 \*Dombrovskij A. II 125  
 \*Domentijan S. I 213. 214; II 123  
 Domitillae MM. III 100  
 Domino s. V 29  
 \*Donarovyč I. III 246  
 \*Dorockyj M. V 5  
 \*Dorožynskij D. V 184  
 Dositheus patr. Hieros. II 153; IV  
 14; V 118  
 Dostoevskij Th. I 142; IV 231  
 Draper I. W. III 245  
 \*Drozdov N. V 78. 157  
 \*Družinin A. I 133; II 46  
 \*Dubický A. V 4. 5  
 Duchesne III 371; IV 183—5  
 \*Dudarev P. II 156  
 Duellum I 30  
 \*Dujmušić A. III 3  
 \*Dujmušić D. III 304  
 \*Dujmušić I. I 174  
 Duhoborci III 39  
 \*Dvořák R. II 6. 8. 9. 10  
 Dvorský IV 2  
 Dynamistae V 7  
 \*Dyobuniotes K. II 306; IV 316  
 \*Dzerovyč I. III 246  
 \*Džavatzov I. IV 219

Ecclesia IV 331  
 Ecclesia ac status I 61. 80; II 49.  
 183; III 89. 245; IV 102; V 5  
 Ecclesia ac status in Russia IV 107  
 Ecclesia corpus Christi I 175. 248-9;  
 II 157; IV 87  
 Ecclesia et potestas civilis I 78; II  
 105; III 225. 307; IV 74. 101. 208.  
 283—4; V 22. 25  
 Ecclesiae: ab imperio separatio IV  
 347; accommodatio I 62. IV 246;

Anglic. status V 26; anima II 157,  
 apostolicitas III 256; V 122; Bul-  
 garicae status V 246; caput I 88;  
 II 156—7; III 278—9. 327; IV 87.  
 196; catholicae falsitas IV 23. 339  
 (cf. Catholicismi defectus); catho-  
 licae merita III 245; IV 218 (cf.  
 Christian. vis soc. etc.); catho-  
 licae spiritus: v. Catholicismi def.;  
 catholicae veritas I 17. 270; III  
 256; catholicitas: v. Catholicitas;  
 finis I 99—101; II 53; forma I  
 185—6; III 221; IV 29. 88. 203-4;  
 V 120. 173. 196. 191. 198—9 (cf.  
 Hierarch.; Primatus); Graecae de-  
 fectus V 119; historia: v. Hist.  
 eccl.; institutio II 112; ius convo-  
 candi conc. oec. IV 259; membra  
 I 147—153; III 250. 291. 325; mu-  
 nus I 138; II 153; munus docendi  
 IV 152; notae I 83. 84—5. 153—157.  
 261; II 28—9. 153; III 256. 291;  
 IV 259; motio I 88; orthodoxae  
 administratio V 118; orthodoxae  
 defectus III 323—4; IV 84. 196.  
 253. 259. 344. 347; V 119. 123;  
 orthodoxae discidia III 252. 325;  
 IV 254. 316; V 119; orthodoxae  
 doctrina III 291. 324—5; V 182—3;  
 orthodoxae mutata doctrina et u-  
 sus III 317; V 122; orthodoxae  
 praestantia III 326; IV 198; or-  
 thodoxae proselytismus V 135;  
 orthodoxae status I 71; III 317;  
 V 246; persecutio II 275; Russi-  
 cae administratio III 325; IV 30.  
 192; V 22 (cf. Synodus s.); Russi-  
 cae reformatio I 279 (necessitas  
 ref.); II 56. 77. 97. 154. 254. 255.  
 256. 273. 275. 277; III 15. 36. 43.  
 48. 49. 52. 56. 220. 222. 241. 243.  
 281—3. 305. 309. 322. 373. 374;  
 IV 85. 92. 101. 106; V 22. 246;  
 Russicae status III 89. 241. 261.  
 305. 325; IV 19. 188. 198. 329; V  
 4. 193; sanctitas I 154—5; Serbi-  
 cae status V 246; temperatio: v.  
 Eccl. forma; terrestris et caele-  
 stis conjunctio IV 102; thesaurus;  
 v. Indumentiae; unitas III 256. 252;  
 IV 87. 88. 204; V 88. 119. 191;  
 visibilitas I 83; III 318. 325; IV  
 204  
 Ecclesiarum decoratio V 4  
 Ecclesiastes I 7; IV 233  
 Ecoli 15, 11—12: III 105  
 Ecclesiasticus V 78  
 Ecstasis I 283; V 196  
 Edom V 134  
 Educatio: v. Paedagogica

- Educatio religiosa II 46; V 17. 201  
 Educationis ius V 5  
 Egoismus I 29  
 \*Ejngorn V. I 256  
 \*Ekzempljarskij V. III 232  
 \*Elčaninov A. III 48  
 \*El'čukov A. I 93; III 230; IV 93  
 Electio papae I 7  
 \*Eleonskij N. IV 224; V 82  
 \*Eleonskij Th. I 27; III 40  
 Eloquentia sacra: v. Homiletica  
 Eloquentia sacra Graeca V 156;  
 Russica IV 93; Slovenica III 255  
 Emancipatio feminae I 8. 16. 29; II  
 38. 57; III 58. 214. 220  
 Emigrantes III 2  
 Empirismus I 87—88; V 5  
 Encyclica Patriarch. Orient. (1859)  
 III 306  
 Encyclopaedia theologica I 19. 119  
 —124. 251. 251; II 78. 109. 254  
 Eph (Comment.) II 154  
 Eph 1, 1: III 228  
 Eph 1, 16—19: III 104  
 Eph 2, 3: V 144  
 Eph 2, 15: I 138  
 Eph 4, 24: I 138  
 Eph 5, 22—32: I 102  
 Ephodus II 10  
 Ephraemus Syr.: v. Afrem  
 Epiclesis I 170—1. 247; II 60. 154.  
 313; III 196—7. 260. 273—4; IV  
 71—72. 385—391; V 119, 121. 189  
 Epiphanius I 10. 277; IV 289 (de  
 matrim.)  
 Episcopi: v. Metropolitae, Hierar-  
 chiae origo  
 Episcopi electio II 279; III 12. 36.  
 54. 220. 222. 322; V 195  
 Episcopi monachi I 141; III 44. 57.  
 316  
 Episcopi Russici IV 189—190  
 Episcoporum iura et dignitas II 276;  
 III 8. 49. 55. 57. 221. 242. 316.  
 317. 326; V 48. 197  
 Epistolae cathol. I 141  
 Epitomiarum finis V 191  
 \*Esaulov M. II 116  
 Eschatologia III 29—31. 53; v. Iu-  
 storum s.; Spir. s. inhab.  
 Eschatologia Hebr. II 154  
 1 Esdrae 7, 1: I 79  
 1 Esdrae 4, 7—23: I 79  
 3 Esdrae V 78  
 Esdras I 79; II 10; III 22  
 Esther I 252; II 288  
 Estius III 339  
 Ethica III 48. 56. 120. 194. 220. 221.  
 222. 226. 228. 232. 250—51. 276—7.  
 304; IV 81. 245. 247. 341; V 198;  
 cf. Moralis; v. Faenus, Luxuria,  
 Obligatio, Kantii eth. etc.  
 Ethica et poësis I 43  
 Ethica et religio I 259; IV 5. 7. 111.  
 227. 236  
 Ethicae fundamentum II 256; III  
 226; IV 5. 112  
 Ethicae historia I 90  
 Euagrius III 223  
 Eucharistia I 37. 246. 278; II 60.  
 256; III 6. 59. 110. 255. 273; IV  
 2; v. Azyma, Communio, Epicle-  
 sis, Miss., Sacrif., Transubst.  
 Eugenius Bulg. II 154; V 118  
 Euphemius III 371  
 Eusebius Caes. II 31. 119  
 Eustachiani III 223  
 Euthymii opera III 2; reliquiae II  
 88. 89; vita II 89  
 Euthymius I 171  
 Evae formatio e costa IV 210  
 Evangeliorum codex Helat. II 37  
 Evangeliorum fides II 52  
 Evangeliorum veritas historica IV  
 243  
 Evangelium explicatum IV 100. 218;  
 V 70. 130  
 Evangelium Ostromiri II 11  
 Evangelium Pauli III 23—26  
 Evangelium Rhemense I 3—5; II 11  
 \*Evdiokim ep. II 51  
 Evolutio dogmatum: v. Dogmatum  
 progr.  
 Evolutio religionum I 322; V 86  
 Evolutionismus: moral. I 29; phil.  
 III 231; IV 104. 112. 329; phy-  
 siol.: v. Transformismus  
 \*Evséev I. II 54; III 115  
 Examen sponsorum III 115  
 Exarchatus V 13  
 Exclusiva II 245  
 Excommunicandi potestas I 149. 152  
 Excommunicatio III 34  
 Exegesis libri naturae IV 207  
 Exegetica I 221; II 55. 154; III 17—  
 18. 23—36. 53. 54. 56. 57. 62.  
 104. 121. 122. 232. 251. 256. 257;  
 IV 28. 34. 96. 100. 102. 108.  
 209—11. 216. 218. 235; V 130—  
 131. 144. 145. 163  
 Exhortatio fidelium IV 218  
 Exodus II 9  
 Expeditus s. IV 19—21  
 Ezechiel II 11  
 Ezechiel 1: III 228  
 Faenus I 44  
 Fallacia in rebus naturae III 303  
 Familia christiana I 30

Familiarum christianarum associa-  
tio III 256  
\*Faminskij V. III 54. 226; IV 21  
\*Fedyy V. II 56  
\*Feierfeil W. III 90  
Felicitatis condicione III 323  
\*Feliš K. III 4. 5; IV 4. 330; V 71  
Femina: v. Mulier; Emancip.  
Fénelon V 140  
Fermendžija I 53  
Festa II 156  
Festa Mariae: v. M. festa  
Festa V. T. II 10  
Festum Immac. Concept. II 16. 17  
Festum Nativit. Chr. I 206; IV 74.  
75  
Feuerbach L. III 54  
\*Fevraliev E. IV 335; V 152  
Fidei actus I 17; III 57. 242. 257  
Fidei autonomia I 230—1  
Fidei relatio ad scientiam IV 208.  
226  
Fidei vera notio III 321  
Fidei vis ad iustificandum III 104.  
322  
Fides Christ. I 88; III 53; dubit.  
c. fidem I 17  
\*Figurovskij I. III 242  
\*Füjalek J. IV 330  
Filaret III 102  
\*Filaret I 26. 148. 221; II 117. 118.  
119. 127. 160. 286; IV 253. 279.  
364; V 17  
Filiatio adoptiva III 106; IV 10  
\*Filimonov A. II 252  
Filioque: v. Spir. s. processio  
Filioque insertum II 153; III 198.  
208. 370—71; IV 359; V 82. 117.  
172  
Filothiej III 57  
\*Finkel L. IV 212  
Finlandia catholica IV 330  
Flaviam (metrop. Kiov.) III 231  
Flaviianus III 223  
\*Florenorskij P. III 243; IV 348  
Florentina unio II 57  
Florentinum conc.: v. Conc. Fl.  
\*Foltynovský J. I 8. 170  
Formae substantiales III 303  
Formationis (organismi) principium  
II 163; cf. Anima  
\*Fortescue V 116  
Fragmenta Kiovienia I 6; Pragen-  
sia I 6  
Fragmentum Verbencense I 39  
\*Frakassini U. III 372  
Franciscani in Russia V 139  
\*Franco N. V 180. 192  
Francomurarii: v. Latomi  
\*Frankii II 160. 310

\*Franko IV 78  
„Fratres“ Domini: v. Christi fra-  
tres  
Fredericq II 243  
\*Fridrich A. IV 331  
Fröhlich S. IV 353  
\*Fryč F. II 12; III 110  
\*Fulman M. II 95  
\*Fux A. II 18  
  
\*Gabryl F. I 17. 19. 20; II 94; III  
6. 143—5; IV 330  
\*Gaima V. IV 71  
\*Gajja F. I 58; IV 15  
\*Galahov III 43  
\*Galahov I. II 255  
Galatae I 24  
Gal 1, 11: III 24  
Gal 2, 5: V 144  
Gal 3, 13—19: III 26. 29  
Gal 3, 20: III 228  
Gal 4, 8. 9: II 258  
Gal 4, 25: V 144  
Gamaliel III 24  
\*Garski S. III 7  
\*Gavriil I 29  
\*Gec: v. Goetz  
Gemmae in s. Script. IV 224  
\*Gelski A. I 251  
Generatio aequivoca IV 232; V 201  
Genesis I 26. 44. 50—51; palaeosl.  
V 86  
Gen 1—3: IV 209—211  
Gen 1—11 IV 28. 344  
Gen 1, 20. 21: III 27  
Gen 3, 15: I 92  
Gen 4, 8. 9: II 258  
Gen 5, 3: III 33  
Gen 10: v. Tabula populus.  
Gen 10, 22: II 9  
Gen 13, 15: III 26  
Gen 14: V 70  
Gen 15, 2: V 2  
Gen 16, 3: V 2  
Gen 33, 18: V 16  
Gen 38 (Thamar): V 2  
Georgiana ecclesia: v. Hist. eccl.  
Georg.  
\*Georgij archim. I 138; III 54  
\*Georgij (Daškov) ep. V 160  
\*Georgij ep. IV 100  
Georgius (s.) III 123. 127  
Georgius V. Mogila II 272  
Georgius Mtazmindi IV 220  
Gerasim Domini metrop. III 61  
\*Gerbamovskij M. II 54  
\*Ger'e V. IV 26  
Germanus I. Cp. IV 385  
Germanus aep. Kaz. s. V 18  
Germogen ep. Pskov. V 161

- Germogen metrop. Kaz. V 13. 14  
 \*Germogen V 161  
 \*Gerstman A. I 250; IV 218  
 \*Gibescu G. V 55  
 \*Giduljanov I. V 85  
 \*Giduljanov P. II 54; III 7  
 \*Giese III 276  
 \*Gilijanov-Platonov N. II 54  
 \*Gilijanovskij V. I 141  
 \*Gjurić N. IV 353  
 \*Gladkov B. III 17; IV 100  
 \*Glagolev I 87  
 \*Glagolev A. I 153; II 113; III 22;  
     IV 223  
 \*Glagolev S. I 27. 81. 84. 194. 208.  
     209; II 54. 275; III 54. 148; IV  
     96. 225. 231; V 196. 198. 199  
 Glagolitica I 214—5. 215; II 25. 54;  
     III 90. 123—143. 281  
 \*Glebov I. I 131—134  
 \*Gliński B. IV 27  
 Gloria humana I 251  
 \*Glubokovskij M. V 82  
 Glubokovskij N. III 105  
 \*Glubokovskij N. I 2. 20—24. 30.  
     33. 33. 78. 79. 101. 158. 159. 160.  
     161. 195. 197; II 54. 111. 114. 257.  
     258; III 23. 273. 317; IV 15. 81.  
     266. 279. 280; V 75. 85  
 Gnoseologia v. Noëтика  
 Gnosis IV 11  
 Gnosticismus IV 324  
 \*Gockyj B. V 5  
 \*Godewski III 213  
 \*Godlewski M. II 26. 94  
 \*Goetz L. I 72. 167. 257; V 122  
 Gogockij S. IV 94  
 \*Gołab J. I 20  
 \*Golubcov A. II 50. 52. 156. 272;  
     IV 101; V 85  
 \*Golubcov V 157  
 \*Golubcov M. IV 86  
 \*Golubcov S. I 92. 255. 257; IV 231  
 \*Golubcov V. I 134—7. 194  
 \*Golubinskij I 77  
 \*Golubinskij D. I 81; V 82  
 \*Golubinskij E. I 114—9. 143. 255.  
     257; II 54; III 215; V 81  
 \*Golubinskij Th. IV 106  
 \*Golubinskij V. I 30  
 \*Gomerov V. II 158; III 54  
 \*Gondal J. I 212  
 Gorazdus I 77  
 Gorbackij I 92  
 \*Gorjučko P. III 52  
 \*Górka III 215; IV 6. 331  
 Gornjegradensis decanatus V 202  
 \*Gorodcev P. I 30  
 \*Gorodenskij N. I 30  
 \*Gorodskij B. IV 19; V 155  
 \*Gorskij 274  
 Gorskij A. II 32  
 \*Gorskij A. II 117; IV 86. 392  
 \*Gostomski W II 97  
 \*Goudal E. V 246  
 \*Govda A. III 245  
 \*Govjadovskij I. IV 236  
 \*Govorov S. I 29  
 \*Grabowski T. III 7; IV 217  
 Graecorum religio V 196  
 \*Grancolas III 276  
 \*Granić B. I 39  
 \*Grass K. III 91. 195  
 Gratia actualis III 104—5. 108. 321;  
     IV 12; v. Auxil. div.  
 Gratia in vitis sanctorum I 275  
 Gratia quid significet III 104  
 Gratia sanctificans ante Christi  
     mortem III 100—101; in Adamo  
     III 101. 103. 105; in angelis III  
     101. 105; in homine III 105-106;  
     IV 10  
 Gratiae actualis necessitas III 104  
     —5; IV 342; cf. Hominis inopia  
 Gratiae sanctificantis augmentum V  
     131; causa finalis V 84  
 Gratianus III 174  
 Gratiarum actio publica III 207  
 \*Gratiex A. V 180. 191  
 Gratitudinis vis IV 53  
 \*Grečev B. V 24. 198  
 Gregorius V. patr. Cp. II 45; IV  
     107  
 Gregorius IX. III 62  
 Gregorius XVI. III 64  
 Gregorius ep. Nonensis (sic) V 53  
 Gregorius Illumin. II 153  
 Gregorius Naz. I 10. 277; IV 217  
 Gregorius Nyss. I 29; (moral.)  
     276  
 Gregorius Pacurianus III 318  
 Gregorius Pallamas IV 233  
 Gregorius Sinaiticus IV 233  
 \*Grigorev K. II 46  
 \*Grigorevskij I 104  
 \*Grigorevskij M. II 119; III 277.  
     320; IV 288  
 Grigorij archiep. Kalug. IV 236  
 Grigorij Cambiak II 268; IV 235-6  
 Grigorij ep. Bélgorodensis V 81  
 Grigorij ep. Omskij IV 236  
 \*Grigorovskij S. V 85  
 \*Grivec F. I 24. 27. 34. 37. 71. 107.  
     207. 258; II 20. 33. 37. 57. 316;  
     III 15. 122. 251. 293. 294; IV 112.  
     344; V 28. 58. 60. 77. 161. 193  
 \*Gromnicki Th. IV 330; V 2—3  
 \*Gromoglasov III 240. 241  
 \*Gromoglasov I. I 141; II 53; IV  
     222. 348; V 199

- \*Grossu N. V 156
- \*Gruden J. I 37. 214. 282; III 257; V 59. 164
- \*Grudgev A. IV 223
- \*Grujić M. III 62. 250
- \*Grujić N. I 143
- \*Grujić R. I 282; IV 352; V 163. 164
- \*Grunskij N. II 54
- Grucia: v. Georgia
- \*Grzymała-Siedlecki A. III 305
- \*Gržetić III 122
- Guilelmus Paris. III 86. 361
- \*Guljaev A. I 196
- Gumilevskij A. III 53
- \*Gumplowicz M. IV 329
- \*Gurević J. III 54
- \*Gurij. J. III 15
- \*Gur'janov V. P. III 54
- \*Gusev IV 253
- \*Gusev A. I 29. 30. 148; V 82
- \*Gusev D. II 118. 119. 158
- \*Gusev Th. I 29
  
- Habdelić J. I 38
- Habitus regularis III 52
- Hadrianus II. III 209. 253; IV 200
- \*Hadzsega J. V 120. 122. 163
- Haeckel E. IV 104. 329; V 87
- Haereses II 280
- Haereses in eccl. ant. IV 108; V 6—13
- Haeresis psychologia I 107
- Haeretici: v. Ecclesiae membra
- Haereticorum receptio IV 198—9
- Hagiographi II 95
- Hagiographia II 19; III 90; IV 392; v. Menaea, Sancti
- Hakman ep. I 143
- \*Haluščínskyj M. I 84. 93. 205. 212. 261. 278; II 47. 102. 105. 111. 272; III 14. 47. 50. 147. 224. 245. 293. 295. 323; IV 12. 26. 31. 72. 349; V 80. 143. 199
- \*Hamberger J. II 78
- \*Háňavka K. I 8
- Hano episc. III 254
- Harmenopulus III 235
- Harnack I 27—8. 37. 143; II 11. 60. 85. 87; III 122
- Harrach I 47
- \*Hart J. IV 312
- Hartmann Ed. IV 237
- \*Hartmann S. I 174
- \*Haškovec P. II 11
- Hauran I 59
- \*Hazuška V. II 8; V 1
- Hebraei: v. Iudaei
- Hebr. ep. ad: III 20—21; IV 85
- Hebr 2, 3: III 21
  
- Hebr 6, 4 ss.: II 73—5
- Hebr 7, 1—4: III 315
- Hebr 10, 2—8: III 322
- Hebr 10, 26: II 75
- Hebr 10, 38: III 26
- Hebraica ling. V 87
- Hecker I. IV 246
- Hedvigis II 97
- Hegel IV 237
- \*Hejčíl J. II 9; V 134
- \*Hendrich J. I 7. 77. 171
- \*Henner K. II 246; V 66
- Henologium argumentum I 234
- Henricus de Segusio III 106
- Heortologia IV 392; cf. Mariae festa
- \*Herasymovych V. V 3. 4
- Hermas II 115. 118; IV 274—5. 353
- Hermeneutica III 232; V 78
- Herodes Agrippa III 251
- Hesychastae III 369
- Hexaëmeron II 9; III 53; IV 28. 207. 209
- Hiacynthus Odrowąż (s.) I 251
- Hierarchia occidentalis
- Hierarchia orientalis V 23. 118
- Hierarchiae origo II 88; III 8. 122; IV 88. 101. 225. 349; V 159. 198
- Hieronymus s. V 14. 68
- Hierosolyma V 14. 15
- Hierosolymitani patriarchae II 111. 153; III 230. 276
- Hierosolymitanum concilium anno 1672: v. Conc. Hierosol.; cf.道士heus
- Hierosolymitanum concil. a. 1849: V 246
- Hierosolymitanum templum II 246
- Hierosolymitanus patriarchatus I 208; II 46
- Hierosolymorum historia II 113; topographia II 113
- Hilarius III 79; V 26. 198
- \*Hilbert K. III 209
- Hippolytus II 220; V 7
- Historia bibl. II 8. 9
- Historia ecclesiae I 47. 197; II 55; IV 331; v. Adalb., Alex. Sev., Archaeol., Architect., Concil., Cyriacus et M., Schisma, Unit. etc.
- Hist. eccl.: Alexandrinae II 36; V 117; Amer. V 85; Angl. IV 107; Antioch. II 36; III 222; V 117; antiquae II 30—32. 54. 55. 87. 114—5. 207—227. 255. 273; III 7—14. 36. 37. 55. 100. 220—1. 221. 231; IV 100. 108. 225; V 85 (v. Concilior. compos., Ursacius etc.); Armen. II 153; IV 14; Au-

- striae I 43; Bohem. I 5. 46. 47;  
 II 2—3. 83; III 2. 110. 115—8.  
 209—210. 251—5; IV 74. 75. 316.  
 325. 326 (v. Agnet. etc.); Buko-  
 vin. V 4. 120; Bulg. I 53; II 19.  
 20. 120; IV 200. 237. 238; V 28;  
 catholicae in Oriente IV 316; ca-  
 tholicae in Russia V 139; Caucasi  
 IV 222; Constantinop. III 91. 222;  
 Croat. I 174; II 21. 91; IV 352;  
 Cypriacae V 117; Dalmat. I 145;  
 Finland. V 85; Galic. V 139; Gall.  
 III 39; IV 348; Georgianae II 153.  
 255. 256; III 231; IV 220. 221.  
 Graecae I 78. 78. 197; II 33; IV  
 348; V 118; Graecae in Italia III  
 225; Hierosol. II 36; Hung.-Val.  
 V 55; Illyriacae IV 244; V 52; in-  
 sul. Ion. IV 221; Istr. I 145; La-  
 tinae in Russia III 38; V 246;  
 Lavant. I 256; Littuan. I 256; II  
 26. 94; Macedon. II 20; Moldav.  
 et Valach. I 197—205. 282; II  
 265—272; IV 236; Orientalis in  
 Hungaria III 250; Orientalis in  
 Italia IV 334—5; Orientalis in Po-  
 lonia III 44—47; IV 104; V 139;  
 orthodoxae II 256; orthod. in  
 Austro-Hung. IV 109; V 196; or-  
 thod. in Japonia III 37—8 (cf.  
 Jap.); Podlachiae IV 329. 344; V  
 140; Polon. I 250. 251; II 93. 94.  
 96. 249. 250; III 5. 6. 7. 213. 214.  
 215. 228. 230; IV 80. 212—3.  
 215. 216. 330; Romaniae III 100.  
 147—194; Rumen. II 51 (cf. H.  
 e. Mold.); Russ. I 56—8. 73—76.  
 77. 80. 89. 91. 92. 93. 142. 143.  
 143. 195. 196. 254—8; II 38—9.  
 257; III 15. 16. 36. 44—7. 54. 55.  
 57. 91. 230. 276. 309. 315. 320.  
 323. 375; IV 24—6. 102. 103. 106.  
 236; V 13. 28. 84. 122 (v. Anna  
 imp., Veteroritual. etc.); Russ.  
 occidentalis IV 13. 104. 109; V  
 85. 140. 157; Ruthen. II 57; saec.  
 XIX: I 31; Serb. V 123. 246; Slav.  
 I 109 (v. Cyril. etc.); Slav. me-  
 rid. V 194; Sloven. V 164; Ukrai-  
 nae III 248; Vladislaviensis III 6  
 Historia Iudaea III 15. 22; V 139;  
 v. Iudei  
 Historia vitae christiana in Russ.  
 IV 335—8; V 152—5  
 Historiae eccles. scriptores V 24. 26  
 Historiographia Bohem. II 120; ec-  
 cles. V 197; Russ. V 85  
 \*Hlavatý V. I 50  
 \*Hobza A. IV 73  
 \*Hoffmann J. III 90  
 Hołowiński aep. II 97  
 \*Hölscher G. III 194  
 Homiletica I 37. 141. 142. 215. 252;  
 II 26. 56. 91. 195 (hist.: 56); III  
 7. 39. 56. 220—1. 230. 233. 245.  
 255; IV 107. 218  
 Hominis elevatio III 105  
 Hominis in opia ad salutem III  
 104—5; IV 228—9. 342  
 Hominis mira proclivitas ad pec-  
 candum III 104. 105; V 72  
 Hominis munus redemptorium III  
 105—6  
 Hominis natura II 9; III 303; v.  
 Brutum  
 Hominis natura empirica III 104  
 Hominis natura idealis III 104  
 Hominis origo I 27. 43; II 174  
 Hominis praestantia IV 232. 233  
 Hominum aequalis impietas III 105  
 Homo (anthropol.) I 50; II 55; III  
 56; in iustitia creatus I 146; lae-  
 sus in naturalibus III 103. 321;  
 V 72 (v. Voluntatis aequilibrium);  
 praehistoricus I 6  
 \*Honorař IV 217  
 Honorii I. causa III 147—214. 328  
 Honorius II 153. 280—1  
 \*Hortyński IV 7. 329  
 \*Horváth K. III 3  
 Hosius III 360; IV 217  
 Hozakowski Wł. IV 79; V 71  
 \*Hradský V. II 4  
 \*Hruška F. I 238  
 \*Hruševský M. III 248  
 \*Hudec T. IV 324  
 \*Hudeček J. III 107  
 \*Hugo A. III 90  
 Humanismus IV 13; V 161  
 Hume IV 208  
 Hummelauer III 227  
 Hungaria: v. Serbi in H.  
 Hus Io. I 49. 236—7; III 301. 372;  
 V 32. 122  
 Husitismus II 242  
 Huysmans IV 4  
 Hymni: v. Cantus  
 Hypnotismus: v. Psychurgica  
 Hypotheseos vis IV 112  
 Hyssopus II 10  
 Habiri V 70  
 \*Hahamov A. IV 220. 222  
 \*Halkolivanov I. I 29  
 \*Harlampovič K. I 255; II 43. 54  
 \*Charszewski J. III 215; IV 217; V  
 71  
 \*Hejfec Z. V 85  
 Heremetev B. IV 186  
 \*Chłędowski V 139  
 Hlysti III 194

- \*Chodyński S. I 250; II 93  
 Holmogory III 320  
 Homjakov A. II 153; III 306. 327;  
 IV 333; V 191  
 \*Homjakov A. I 168; II 153. 309;  
 IV 137  
 \*Chotkowski I 250. 251; III 249; V  
 139  
 \*Hrapovickij I 29  
 \*Hrustalev A. II 252  
 \*Hvolson D. III 274
- Iacobi s. epist. V 145  
 Iac 1, 13: V 145  
 Iac 4, 5: III 228; V 145  
 Iac 5, 12: III 121  
 Iac 5, 16: V 36. 227  
 Iacobitarum ritus sacramentalis III  
 367  
 Iacobus IV 83  
 \*Iakov A. III 54  
 Iamuarii s. miraculum III 58  
 Iason s. V 13  
 Iconoclastae II 281  
 Iconographia I 28. 142; II 27. 46.  
 54; III 54. 55. 118. 210. 310; IV  
 1—2. 102. 104. 106. 107. 108  
 Iconostasis I 59  
 Idea Creatoris: v. Creationis ratio  
 Ideae immatae II 188—9; III 121; IV  
 344  
 Ideae rerum creatarum II 163; III  
 302; IV 207. 211. 315  
 Idealismus concretus IV 343  
 Idearum vias ad cognitionem IV 207  
 Ideologicum argumentum I 135—6  
 Idolatriae origo I 187—8 (cf. Po-  
 lyth.)  
 Ieiunium I 8. 142; IV 200; V 5  
 Ieiunium die patroni V 4  
 Ieremias I 8; II 9. 113  
 Iesu Sirach 4. II 113; V 78  
 Jesuitae I 42. 141. 270; II 110; III  
 276; cf. Societ. Iesu  
 Jesuitae: in Alba Russia III 213; in  
 Bohemia IV 325; in Graecia II  
 35; in Polonia I 251; III 213; IV  
 6; in Russia I 190—3; 280—1; II  
 94. 115; III 375; IV 186. 187; V  
 246  
 Jesuitarum moralis III 15. 17; mu-  
 nus IV 197; scholae IV 325  
 \*Ignatij aep. III 366; V 207  
 Ignatij ep. III 105  
 \*Ignatij ep. II 54  
 \*Ignatij Semenov II 314  
 Ignatius Antioch. V 196—7  
 Ignatius patr. Cp. II 153  
 Ignorantia excusans II 176  
 \*Ihciev D. IV 352; V 28
- \*Ikonomikov V. V 85  
 \*Il'in A. I 141  
 \*Ilinskij G. II 54. 120; III 38  
 \*Ilinskij Th. II 52. 273  
 \*Ilinskij V. III 16; V 85. 160  
 Illuminati IV 4  
 Illustratio III 104  
 \*Il'ovajskij D. V 27  
 Imago Dei II 9  
 Immortalitas I 15. 17. 250; II 195;  
 III 144; IV 232  
 Impeccabilitas beatorum I 179  
 Impositio manuum I 8—9  
 Incredulitas huius temporis III 257  
 Index librorum prohibit. II 92—3;  
 III 16  
 Indifferentes morakter actus III  
 250—1. 277  
 Individualismus III 231; (ethicus)  
 IV 30  
 Individualitatis origo I 137  
 Indulgentialiae I 7. 112. 270. 271; II  
 153. 309; IV 342. 363—384; V 191  
 Infallibilitatis ecclesiae I 118; III 231.  
 306. 317. 327; IV 252; V 173; cf.  
 Concilior. auctoritas  
 Infallibilitatis papae I 121. 172; II  
 153; III 106. 147—194. 262—3; IV  
 26. 204. 342; V 190  
 Infallibilitatis ecclesiae obiectum II  
 236  
 Infantium morientium sors II 153.  
 309; IV 109  
 Inferni ignis II 308; locus II 308  
 Infernum IV 2; v. Apocalast.  
 Innocentes MM. V 130  
 Innocentius III. III 227  
 \*Innokentij III 367; IV 364; V 72  
 Innokentij aep. IV 103  
 \*Innokentij aep. V 85  
 Innokentij metrop. II 53  
 Innokentij Smirnov ep. Penz. V 24  
 Inquisitio I 6; II 85—6. 89; IV 3  
 „Inquisitio“ Russica I 168  
 Inspiratio I 46; II 7. 95. 254; III  
 22. 57. 219. 227. 327; IV 6. 218  
 Intensio actuum: v. Actuum int.  
 Intentio ministri sacram. III 90; V  
 89—94  
 Intentio necessaria recipientis III  
 368  
 Interpretationis leges IV 209. 211  
 Introductio in s. Scr. IV 6. 330; V  
 66—68. 71; N. T. I 43. 46; II  
 10—11; III 20—21. 23—26. 194;  
 IV 74. 211. 321—4 (v. Apoc., Mar-  
 ci evang. etc.); V T I 44. 169.  
 252; II 6; IV 101—3; V 82 (v.  
 Job, Prophet. etc.)  
 Intuitivismus III 55